R

BIBLIOTECA DELLA REGIA UNIVERSITÀ DI TORINO

D. VII. 218.

ANNALES
CANONICORVM
SECVLARIVM
S. GEORGII IN ALGA

Auctore

IACOBO PHILIPPO TOMASINO
HEMONIÆ EPISCOPO.



VTINI, Typis Nicolai Schiratti. MDCXLII.

SVPERIORVM PERMISSV.

SERENISSIMO
VENETIARVM PRINCIPI
FRANCISCO ERIZZO,
AVGVSTISSIMOQVE
REIPVBLICÆ SENATVI
Iac. Phil. Tomaſinus Hemoniæ Præſul

F. P.

DIVO GEORGIO ſacra tot annis Congregatio à maioribus veſtris olim ſumma ſanctitate cœpta, veſtris contexta purpuris, varijsque priuilegijs aucta, redux ex Algæ alluuie meo calamo Veſtræ ſe Maieſtati ſiſtit, ne temporum injuria, quibus in hunc diem eminuit, ſua decora pręter exſpectationem deperdat. Quorum diuturnitatem vt ſibi feliciori euentu promittat, veſtro eam ſinu fouebitis, pietate & conſtantia, Reipublicæ Venetæ propria. Priſca heic in lu-

cem redibunt patriæ ornamenta, quibus prima fuit cura, vt ſpretis mundi honoribus ad cœleſtem vitam contenderent. Viri nempe diuini cultus obſeruantiſſimi, puræ mentis, omnium virtutum cumulo decori, longe altius extuliſſent tantæ molis fundamenta, niſi eos mediocritas intra certos vitæ limites ſtudio continuiſſet. Æternæ in magnam Rempublicam obſeruantiæ meæ, mei in conſeſſum laudatiſſimum affectus, teſtes eos cupio, quorum geſtis inter huius religioſæ vitæ oblectamenta iſtæ mihi paginæ creuerunt; quibus beati animi Summorum Pontificum ac Principum priuilegia & decreta, ab injuria obliuionis aſſeruntur. Veſtræ magnanimitatis erit ea porrò tueri, quàm olim Heroes veſtri ſumma fortitudine ſtabiliendis Eccleſiæ incrementis oſtenderunt. Ea ſpe dicatum cupio veſtris nominibus hoc tenuitatis meæ monumentum. Cui ſi lucem auramque impetrauero, commiſſum mihi diuinitus populum veſtro patrocinio diu florentem incolumemque fore confido.

Patauij Cal. Nouembris M DC XLII.

ANNALES
CANONICORVM SECVLARIVM S. GEORGII IN ALGA apud Venetos
AVCTORE IACOBO PHILIPPO TOMASINO.

SAEVA *admodum publicæq. tranquillitati infeſtiſſima inciderant tempora; quibus longa emerſit Eccleſiæ calamitas, vbi ex ancipiti rerum dominio vix tutus erat innocentiæ receptus, nec vſquam terrarum vigebat amplius priſca morum ſanctitas, vt omnis propè virtus terris exulaſſe videretur. Acerrimis nempè bellorum caſibus necdum fracti mortales, perpetuis odij ſtimulis, ac imperandi libidine concitati grauia ſibi inuicem moliebantur, Italiq. Principes inter ſe diſcordes, & Rebuſpublicis infenſi, non in externam vim, ſed in ſemetipſos arma ciuilibus diſcordijs feſſa conuertebant. Ingens præterea cæli grauitas non exiguo diuinæ vindictæ argumento vniuerſam fermè Italiam adeò infeſtabat, vt nullus ſibi ſecuritatem promitteret. Inde auctum in dies animis ſtudium pietatis homines in tam diuerſum traxit Numinis cultum, in*

tam varias partes, vt prudenti potiùs moderatione, quàm ſtimulo hîc opus eſſet. Verùm, diuina tandem prouidentia, ſicrij conſederant fluctus, vt rebus ſenſim in tranquillum reductis verus ſinceriori pietati locus fuerit. Creuit hæc paſsim, maximéq. Venetijs, vbi ingenua libertas ſemper à factionibus innoxios retinuit ciues, & illibatum ſeruauit religionis ſtudium.

Canonicorum Secularium origo.

Hîc igitur, imperante vigilantiſsimo Duce Michaele Stenno, Anno ſalutis humanæ M C C C C, ANTONIVS CORRARIVS *Patricius Venetus, &* GABRIEL CONDVLMERIVS *è primis apud Venetos ciues ſpectabilis, virtutum genere ambo clariſsimi, diuinitus moti, proſcriptis ſeculi illecebris, vt Deo ac ſibi tranquillius degerent, vitam ab vrbanarum rerum ambitu alienam elegerunt. Longum nimis foret, nec huius eſt inſtituti, Corrariorum imagines hîc repetere. Notum enim eſt, peruetuſtam gentem Corrariam olim ex vrbe Roma Torcellum appuliſſe, atque inde Venetias, vbi vitæ inculpatæ gloria ac tribunitia poteſtate diu floruit. Philippum annales ponunt Anno* M C C V *inter electores Ducis Petri Zani; Angelum D. Marci Procuratorem* M C C L X V, *Petrum Cretenſes Archiepiſcopum agnouerunt anno* M C C C X L. *Philippum Senatus in electione Ducis Marini Georgij* M C C C X I *Communis Venetiarum Aduocatum habuit: Angelum præterea Cardinalem & Summum Pontificem* GRE-

Corrariorum familia.

GO-

GORII *Duodecimi titulo, ac Philippum fratrem D. Marci Procuratorem memorant, cui ſex erant filij Nicolaus, Ioannes, Laurentius, Andreas, Paulus, & Antonius. Sed neque obſcurior Condulmeriorum ortus, qui Ticino in Inſulam Venetam tranſlati inter veteres Tribunos & viros integerrimos enumerabantur. Ex his ob egregiam operam in arduis Reipublicæ negotijs, & præſertim in periculoſo cum Genuenſibus bello, Angelus, & Iacobus filius cum ſuis poſteris in numerum Patriciorum anno* MCCCLXXXI *recepti fuerunt. Altera eiuſdem familiæ ſtirps, e qua Angelus prodijt Gabrielis pater, à nobilium conſilio ſeparata, ſuis rebus contenta, & qui eius ſeculi mores erant nullius gloriæ auida ſibi vixit communi ciuium iure, donec alia via ad ſolidioris gloriæ faſtigium diuino fauore eueheretur. Nimirum ea erat Angeli Condulmerij inter omnes ciues exiſtimatio, vt Nicolaus Corrarius Vir nobilis ei filiam Berialam Angeli Cardinalis ſororem deſponſaret, ex qua tres filios Simeonem, Marcum, & Gabrielem atque vnicam filiam Poliſſenam ſuſcepit. Hæc Nicolao Barbo in matrimonium iuncta Paulum II. Summum Pontificem genuit. Ita clariſſima fœmina & omnibus ſeculis celebris Beriola raro felicitatis exemplo, fratrem, filium, ac nepotem Summos Pontifices vidit. Hæc itaque Corrariorum, & Condulmeriorum felix coniunctio Venetæ Vrbi primam ac ſummam ſacræ dignitatis gloriam attulit. Neque*

Condulmerij.

Beriola Corraria.

ab ea ſe alienum oſtendit ANTONIVS *Angeli Corrarij Venetæ Vrbis Epiſcopi religioſiſsimi ex fratre nepos, rerum peritia & patrui conſilijs clarus. Cui annis maiori ſe libenter ſocium præbuit è Condulmerijs* GABRIEL, *eiuſdem Epiſcopi ex ſorore nepos, animi ſolertia, & liberalium diſciplinarum ſcientia præcellens, maximeq. ingenio ſupra communem mortalium ſortem admirabili.*

Antonius Corrarius, & Gabriel Códulmerius Ordinis Canonicorum Seculariũ auctores.

Itaq; cum ANTONIVS *videret, ſeculi licentiam, opes, maiorum ſtemmata, amicorum neceſsitudinem, ceteraq. fortunæ ludibria, à rerum diuinarum meditatione animos non parùm abducere, vrbicam frequentiam multorum malorum occaſionem, curſum vitæ noſtræ incertum eorum in modum, qui maris fluctibus iactati timidi hærent; præterea labi ſenſim dies, & ruere horas, neque noctes à diurnæ curæ imaginibus liberas eſſe, forum querelarum eſſe plenum, omnia calliditate miſceri, alios mero percuſſos abire nutantes; vitæ ſolitariæ ſecuritate inductus, seriò ſecum agere cæpit, vt ei qui ſe Deo mancipauit omnia eueniunt diuerſa. Menſa enim huic pacifica, luxus ac tumultus neſcia, gulæ domitrix, expers immunditiæ, vbi gaudia animi habitent, vnde voluptas fœda exulet, vbi ſit regina ſobrietas, cubile etiam caſtum & quietum, conſcientia bona magis exhilarat eum, quàm inanis rerum multarum notitia. Quid verò his in vita optabilius? Quid iucundius? ſilentio & quiete proficit anima, & haurit diuinæ voluntatis*

tatis myſteria; hîc inuenit lacrymarum riuos, quibus ſingulis noctibus ſe lauet & mundet, vt conditori ſuo tantò familiarior fiat, quantò longius à mundi turbis diſtat.

Non inferiori animi ardore & rerum diuinarum ſtudio GABRIEL *vegetiores floreſcentis ætatis vires rerum humanarum labili exitu, & rerum ſupernarum perpetuitate æſtimans, ad idem vitæ genus maturo impetu ferebatur. Tacitus ei ſecum hic ſermo erat: Tranſit mundus, eiusq. deſiderium omne carnale gaudium blandè intrat, ſed demum mordet, ac premit. Lætus exitus triſtem ſæpe reditum parit, læta vigilia ſerotina triſte diluculum relinquit. Quid diu ſub Sole permanere poteſt? Si cuncta etiam videris præſentia, quid erit præterquam viſio vana. Leuemus oculos noſtros ad Deum in excelſis: Impetremus delictorum veniam, vana vanis dimittentes; quæ nobis Deus præcepit cogitemus.*

Hæc poſtquam animo aliquoties voluiſſet, amitini conſilio promptus adhærebat. Ad hæc ſæpe ſimul de ſeculi licentia, de perditis iuuenum moribus ſeriò conquerebantur, in Dei timorem accenſi de religioſæ ſolitudinis ſolatijs, vitæq. beatæ delicijs ſermones miſcebant; vtriuſq; idem animi inſtitutum, ob morum ſimilitudinem, qua non minus, quàm naturæ & ſanguinis vinculo nectebantur: vterq; ad cælibem vitam atque ad Eccleſiæ munera ferebatur, ſacras ædes inuiſere, concionibus, alijsq. diuinis officijs frequenter in-

intereſſe. Iam ANTONIVS ſacris initiatus & Eccleſiæ Coronenſis Decanus patrui Patriarchæ Conſtantinopolitani veſtigia ſuiq. genij ductum ſecutus, GABRIELEM non minus integritate, quam comitate ad idem vitæ genus pertrahere conabatur. Nec Romæ patruus conſilio defuit, qui omni cura rei benè ſuſceptæ occaſionem captauit. Accidit commodè, vt Veronæ Canonicus deficeret. Pontifex itaque Angeli deprecatione hîc GABRIELEM ſubrogat. Totum itaque cum ex Antonij voto cecidiſſet, Gabriel ætate minor non rarò ſe viæ comitem eò dedit: vbi vicinas maiori Templo ædes habitabat, quæ adhuc integræ in tanti Viri memoriam hac inſcriptione conſpicuæ ſunt.

Condulmerij domicilium Veronæ.

EVGENII IV. PONTIFICIS OPT. MAX.
FELIX DOMICILIVM.

Hiſce cogitationibus & patrui Angeli Corrarij apud Pontificem Bonifacium IX Romæ commorantis exemplo fortes Chriſti athletæ magis magisq. in fidei obſequio inualeſcentes ſuo exemplo alios ad ſimile vitæ genus inuitabant. In Veronenſi vrbe amœniſſima, ſed armorum furore penè dilaniata, incertas rerum humanarum vices, mortalium malitia corruptos vitæ mores & ſeculi deformitatem ſecum reuoluentes ad rectè viuendi rationem ſeſe confirmabant. Gabriel breui ſomno non curis domeſticis fracto, ſed virium neceſſitati recreatus, ſtatim Solis iubare exorto alacer in Cathedralem ædem pietatis feruore contendebat. Eiuſdem animi vitæq. ſocium ſe dabat

bat ANTONIVS, *vt diuinum rerum cæleſtium rorem hauriret. Heic læti ambo in conſpectu omnium humiliter proſtrati, imisq. ſuſpirijs vitæ innocentiam animiq. integritatem, ac vecordiæ fugam cælitus poſcentes, diuinas preces pio ore, & corde effundebant. Summum ijs votum ſpectare ſuperna, aurum calcare: terram, non purpuram, deſiderant. Canonicis deinde ſe iungebat* GABRIEL, *vt cum ijs ſimul de more diuinas laudes caneret.* ANTONIVS *interea loco Templi abdito, receptis in grege Chriſti precibus, lætus, & placidus dulciſsimi ſocij moram ferebat. Abſolutis tandem ſacris iunctim non per vrbis plateas aut frequentiores vicos, ſed vel in collibus vrbem ambientibus, vel iuxta Atheſim fluuium modeſto gradu redeunt, nihil æquè tutum rati, quàm vitam hanc tranquillam, & diuinis gaudijs plenam exigere, vt benè actam huius ſcenæ parum duraturæ fabulam nullis iniurijs turbatus finis excipiat. Domum reuerſis, temperatis ſeruitijs prandium frugale, non cupedijs dubium, apponebatur. Conuiuium illis dulce erat Dei meditatio, & Sanctorum Patrum exempla; quod non coronis vel floribus, ſed pia lectione erat conditum. Reliquum à prandio vſque ad veſperam ſacræ hiſtoriæ lectioni dabatur, donec edito ſigno ad veſpertinas preces conuenirent; poſt quas quod ſupererat temporis piorum hominum conſortio, & religioſorum virorum colloquijs inſumebatur. Inde pleriq; apud Veronenſes pietatis ſtudioſi cæpêre nobi-*

lium

lium horum iuuenum comitatem, doctrinæ morumq. præſtantiam, maximeq. aſſiduitatem in rebus diuinis admirari. Nihil in ijs cenſura dignum occurrebat, omnia ſupra ætatem, ſupra laxiorem ſeculi conſuetudinem ad altioris vitæ gradum. Sic illibatæ pietatis flores ſuauitatem ac maieſtatem Chriſti ſpirabant, egregiæ indolis adoleſcentes, maiorum ſanguine clari, forma ſpectabiles, quorum genas vix prima lanugo veſtiebat; nec tamen faſtu in ea fortunæ indulgentia turgentes, ſed animo humiles, liberalibus diſciplinis eruditi, verborum tamen parci, puro non ſumptuoſo corporis cultu contenti, ad ſublimiores animi cogitationes alios excitabant, ſemper meditabundi, ſed læti corde. Neq; enim conueniebat eos eſſe triſtes, qui futuri eſſent tanti ſodalitij patres, & cæleſtis regni propagatores. Gentiles triſtentur: iuſti autem lætantur: & qui terrena animo agitant, rebus terrenis gaudent, qui verò maiori ſpe digni cenſebantur communem mortalium ſortem excedebant. Hi namq. ſe totos Deo ſiſtebant, ſine inani rerum præſentium ſollicitudine, ſolo diuini deſiderij calore in dies Creatoris cultu efferueſcebat animus, cui nihil prius, quàm vt Domini voluntas in omnibus impleretur. Talia non vulgaris ſpei poſtquam de inſtituenda in diuinos honores familia ſummi iuuenes indicia dediſſent, exacto anno à parentibus Verona reuocantur. Illi mœrent gementes à ſolitaria & tranquilla viuendi ratione non ſine lacrymis Venetias abducuntur. Hic frequentia populi,

li, parentum, & amicorum familiaritas quum cœpiſſet tædio eſſe; quid confert nobis, ait ANTONIVS, *tranſactæ vitæ ſolatium, ſi hanc vrbem ingreßis vix liberum ſit in priore Dei cultu perſiſtere? Miſimus manum ad aratrum in agris Domini, ſi retro nunc reſpicimus, à Regno Chriſti longè erimus? Agedum perſeueremus in vocatione noſtra. Memento* GABRIEL *fœderis, ne ſimus infideles Redemptori, ne noſtra vota infringamus, nec pacta violemus. His verbis accenſi ſacris audiendis horas indicunt, ceteriſq. diuinis officijs in ſeceſſu more conſueto peragendis ſeſe commodant. Verùm hæc remotis arbitris nunquam ita cœlabantur, quin tantæ pietatis ſcintillæ tandem plurimis apertam lucem præferrent. Huius nempè fama, quæ diutiùs latere non potuit,* STEPHANVS MAVROCENVS *priſcæ ſuæ gentis imaginibus varijſq. diſciplinis clarus, iam olim ipſis veteri neceßitudine notus facile impetrauit, vt in amicum conſortium reciperetur: quod nec arduum fuit* MARINO QVIRINO, *quem Bernardus Iuſtinianus rerum Venetarum ſcriptor celebris non minus vitæ ſanctimonia, quàm doctrina conſpicuum, B. Laurentij auunculum memorat. Hos ſequebantur confeſtim Matthæus de Strata Ticinenſis, & Lucas quondam Philippi de Eſte, qui Iacobo archipresbytero Vicentino familiaris cum Antonio Venetias conceſſerat: quibus poſt acceſſerunt in hanc vitæ rationem propenſi Ioannes de Picenardis nobilis Cremonenſis, & Franciſcus*

Stephanus Maurocenus.

Marinus Quirinus.

Matthæus de Strata.

Lucas de Eſte.

Ioãnes Picenardus.

Franciſcus Barbus. *ciſcus Barbus Marci filius, Viri maturi omnes, literiſq. variè politi, in primis autem diuini cultus obſeruantiſsimi, mente puri, fide, ſpe, charitate firmi, omniumq. virtutum cumulo decori. Nulla eos fatigabat rerum abiectarum cura, nullæ in tranſuerſum agebant voluptatum illecebræ, ſed toti Deo addicti, mundi vanitatibus renunciauerant. Perpetuam nempè ſibi præfixerunt recentis inſtituti regulam aureum D. Baſilij ſcriptoris religioſiſsimi monitum:* Cœleſtium conuerſationum es amator, & angelicæ vitæ negociator, ſanctorumq. Chriſti diſcipulorum commilito fieri cupis: confirma te ipſum ad tribulationes tolerandas, & viriliter monachorum cœtum adi, & in principio renunciationis tuæ viriliter te gere, vt ab affectione cognatorum ſecundum carnem non diſtraharis, ſed in permutatione mortalium ad immortalia fortis ſis.

At quoniam Caſsinenſium & reliquorum monachorum habitationes in Commendas, vt vocant, iam fermè abierant, ad quas redire quum non eſſet integrũ, diuina prælucente face, ANTONIVS & GABRIEL *recentes Chriſti milites nouam ſibi ſocietatem & ſeceſſum, certamq. ſimul viuendi normam meditati,* Prima Maiorum noſtrorum ſedes. *primùm intra priuatos Antonij Corrarij parietes propè traiectum S. Blaſij Venetijs conuenientes, orationibus ac precibus ſtatuta diei hora omnem operam impendunt, vt diuini ſpiritus lumine ipſorum cogitationes in veræ ac ſanctiſsimæ Fidei cultum dirigentur,*

tur, ijq; in charitatis obſequium animati dignum tantæ molis ædificio fundamentum ſubſtruerent. Locus longè à foro in lectiſſima vrbis parte abditus, hodie ſplendida ſubſtructione videtur: vbi Illuſtriſſimus Hieronymus Corrarius laudatiſſima ſuorum anteceſſorum memoria priſci cœnaculi partem conſeruari voluit, qua religioſus ille cultus initium habuit. Hic vbi ſumma animi tranquillitate aliquamdiu latuiſſent, inſigni probitatis exemplo allecti ad eos confluxerunt alij, inſtitutum vitæ obſequiosè amplexati, eodem ſpiritu Ieſu Chriſti veſtigia ſectaturi. Horum quò conſpectior erat eruditionis ac nobilitatis dignitas, eò ardentiùs nouæ Societatis alumni ſuos anteſignanos ſuſpiciebant, quorum mutuo affectu veluti tenellæ ſtirpes ſuccreſcebant. Vna omnibus erat meta, ſupremi Numinis amor, & proximi cura, cunctis pietatis officia præſtare, ſuas opes erogare pauperibus. Vnus felicitatis finis, labor; vna votorum ſumma, Chriſtus. Quærebant nempe (*vt noſtri B. Laurentij verbis vtar*) non ſuam, ſed Domini gloriam, & proximorum lucra, hoc ſolum contenti ſtipendio, quod dominus laudabilis appareret. quæſtum enim ſuum diuinam gloriam eſſe cenſebant, & fratrum profectum proprium arbitrantes vti de ſuo, ſic de alieno lætabantur. *Creſcente paulatim huius ſodalitij fama,* Angelus Corrarius *primùm Vrbis Venetæ Epiſcopus, deinde circa hæc tempora Patriarcha Conſtantinopolitanus, & ali-*

Lib. de Monaſtica conuerſatione.

Angelus Corrarius noſtrorum fautor.

quamdiu poſtea ſuis meritis GREGORII *XII. titulo ad Pontificatum euectus, poſt ſuum è Curia Romana in patriam reditum exactioris vitæ normam ſummopere miratus, vt ſuauiſſimo eiuſmodi conſortio placidè frueretur, Antonium Corrarium & Gabrielem Condulmerium nepotes cum reliquis ſocijs è loco anguſtiori in ſuum palatium euocauit. Quos cùm mirò animi candore communi voto incenſos conſpiceret, eos tanquam Chriſtianæ pietatis aſſeclas ad ſuæ domus ornamentum aſſumpſit. Hic ſummo pietatis amore accenſus cœnobitarum ordines non minus Venetijs, quàm per vniuerſam Italiam ob ſchiſmatis procellas optimis patribus deſtitutos, & ferè diſiectos, ceteraq. Vrbis ornamenta, ædes ſacras, priſtino nitori reſtituere cogitabat, eoque vehementiùs, tum quòd* BONIFACIO *Nono Pontifici Maximo, cui (vt refert Panuinius) Patriarchæ dignitatem debebat, id ſummoperè gratum fore cenſeret, tum quòd ab hoc ipſo viuendi inſtituto non abhorreret, modò id Reipublicæ Chriſtianæ ſtatus, & quæ verſabat negociorum pondera id ei concederent. Interea verbis & exemplo oſtendit gratum fuiſſe, quòd nepotes ſuos, chariſſimosq. ciues ad optatam vitæ tranquillitatem reduxiſſet. Relictis igitur priuatis ædibus ad ipſius palatium tranſeunt, vt pientiſſimi Patroni præſentia, doctrina, & eloquio fruerentur, quem veluti patrem venerabantur. Nec ipſos ſpes deſtituit. Nimirum omnes ſumma liberalitate excipiebat, ſingulari prudentia*

dentia moderabatur, inſigni comitate fouebat, vt verè Societatis noſtræ parentem ac patronum dixerim. Quem locum cùm ob frequentiorem populi acceſſum ſolitudini aduerſum viderent ipſi, procurante id Patriarcha, Inſulam D. Nicolao ad Litus, vt vulgo dicitur, ſacram ſuo inſtituto commodiorem ſelegerunt. S.Nicolaî ædes noſtris conceſſa. *Opportunum hic domicilium præbuit Cœnobium, quod temporis iniuria irruente cum Genuenſibus bello munimenti loco erat, ſed pace reſtituta priſtino ſplendori paulatim redditum. Hic Viri religioſi ab hominum commercio remotiores, & ab vrbe, in angulo ferè æſtuantis maris aëre ſereno, & inter hortos amœnos communi victu ac veſtitu animis compoſitis cælicolarum more vitam ducebant. Cumq. iam inclaruiſſet horum Patrum virtus ac pietas,* LVDOVICVS BARBVS *generis nobilitate animique præſtantia clarus Prior Commendatarius S. Georgij ab Alga eos adhortabatur, vt relicto D. Nicolai domicilio remotiorem & in medio ſinus Veneti S. Georgij Inſulam habitarent, vnaq. ſecum tali loco fruerentur.* Lud. Barbus Prior S. Georgij ab Alga Commendatarius. *Hic Marco patre Senatore natus altiſsimæ indolis adoleſcens, decimum ſextum agens annum, defuncto Beltramo S. Georgij de Alga poſtremo ex Auguſtinianis Priore, à Summo Pontifice Bonifacio Nono locum hunc legibus & diſciplina deſertum cum annuo bis mille florenorum cenſu obtinuit Anno* MCCCXCVII *die Lunæ menſis Aprilis tertio, quemadmodum ex diplomate Sum. Pontificis ad Priorem Fr. Ioannem* Cœnobiū S. Georgij olim Auguſtinianorum.

B. Ma-

B. Mariæ Cruciferorum Venetijs adhuc patet. Quis verò quantuſq. fuerit Barbvs *oſtendunt res præclarè ab eo geſtæ. Eximiam nempè corporis formam comitabatur ingens animus, & pietatis plenus: acceſsit candor atque virtutis ſtudium, vt adoleſcentis liberali ſpecie Marcus Patauinus presbyter S. Michaelis ætate & pietatis opinione venerabilis, ei in æde D. Iuſtinæ obuius diuino quaſi ſpiritu prædixerit iſtius loci dignitatem intra paucos annos ab ipſo in priorem faciem reductum iri. Quod poſtea euentus ſatis confirmauit. Omnes enim cogitationes dirigebat ad loci incrementa, & ſui Prioratus commoda. Quò non parum contulit Franciſci Barbi fratris eius perpetua familiaritas, apud quem ſæpe dolebat locum adeo deſertum, diſciplina neglectum, ceteraq. ruinam minantia, quibus vnicè obuiandum meditabatur. Ideoq. ne votum ſine effectu eſſet, noſtros ad ſe magnis precibus inuitabat, vt delatæ ſibi Eccleſiæ diuinis officijs ex more inſeruirent, eumq. in ſuam ſodalitatem, vt optabat, reciperent.*

S. Georgij Monaſt. noſtris cõceſſum.

Æquiſsimo optimi Iuuenis deſiderio locum dedit petitionis æquitas. Illuc igitur cum emigraſſent, ipſorum probitate mirè allectus, aucto ſenſim in eos affectu, vt perpetuo ei adſciſcerentur contubernio, eorum commodis locum hunc deſtinauit. Hìc ille felici optimorum Patrum & dulciſsimi fratris ſui conuerſatione perfruebatur: vbi quum alter Iuſtinianæ familiæ adoleſcens, Marinum Quirinum auunculum ſæpius in-

inuiſeret, adeo ei placuit illud vitæ genus, vt relictis opibus ceteriſq. floreſcentis ætatis amœnitatibus nouæ huic militiæ Chriſti nomen daret. Sed quoniam LAVRENTII IVSTINIANI *pietas noſtro cœtui ſummo fuerit ornamento, ipſius primordia hoc loco paulò altius repetenda duximus.*

Natus ille perantiqua & illuſtri familia, quam à Iuſtinianis Imperatoribus ad Venetos defluxiſſe ſatis conſtat, Bernardo patre, & Quirina matre, ipſo die quo in memoriam inſignis ad foſſam Clodiam de Genuenſibus victoriæ vniuerſa Venetorum Ciuitas ſupplicationibus & publicæ lætitiæ feſtiuitatibus ſolemnia peragebat. Matrem parturientem in medijs doloribus diuino veluti gaudio perfuſam gratias Deo egiſſe ferunt, quòd partu laboris pleno ſubleuata eſſet exultante patria, ſimulq. optaſſe, vt puer ciuibus ſaluti, hoſtibus terrori foret. Nec votum ipſi irritum fuit. Infans ab ipſismet incunabulis animi magnitudinem & ingenij præſtantiam oſtendit, quumq. iam adoleſceret, in maturiora rerum ſtudia propenſus, nihil niſi ſerium, præter ætatis conſuetudinem, moliri videbatur, ad res magnas, & ſapientiæ plenas natus. Defuncto patre, mater quartum & vigeſimum agens annum, relictis ſibi quinque liberis, vidua ſummo ſtudio & prudentia rem familiarem geſſit, filioſq. magna pietate educauit. Florentem etiam ætatem inſigni vitæ auſteritate egiſſe memorant: ferrea catena ſemper cinctam abſtinentia & vigilijs corpus mace-

Laurentij Iuſtiniani ortus, & progreſſus

1381 Die 1 Iulij.

raſſe,

raſſe, benignitate in egenos, pijs largitionibus, alijsq. veræ probitatis exemplis præfulſiſſe. De filiorum ſalute ſolicita, atque in primis verita, ne ſublimis LAVRENTII *indoles ad alta nimis erumperet, neve ardor animi ad mundi oblectamenta deficeret, aliquando prudens reprimebat eius promptitudinem, ne elati animi feruor in ſuperbiam laberetur, maximeq. filium cœleſti tutelæ commendabat.* LAVRENTIVS *autem matri in omnibus obſequentiſſimus ad iſta ſubridens. Noli timere mater, ait, ingentem Dei miniſtrum aliquando videbis. O mini diuinus fauor reſpondit. Iuuenis enim dum ijs artibus inſtrueretur, quibus in florentiſſima Republica & religionis & nobilium gloria alitur, ſublime ingenium Deo & publicæ deuouens vtilitati, eo fuit animi vigore, vt anno ætatis vndeuigeſimo ſolus in cubiculo precibus addictior diuinæ ſapientiæ aſpectu ſe perculſum fateatur. Sic enim ipſe in libello, quem Faſciculum Amoris inſcripſit.* Eram & ego veſtri ſimilis quærens anxio æſtuantiq. deſiderio pacem in extrinſecis, nec inueni. Tandem diuina præuentus gratia, dum ſic laborarem, ſpecioſiſſima quædam Sole ſplendidior balſamoq. ſuauior mihi apparere dignata eſt, cuius omnino nomen ignorabam. Hæc namq; propius accedens venuſto vultu, placidoq. affatu inquit; O iuuenis in me diligende cur effundis cor tuum, pacemq. ſectando variaris per multa? Quod quæris in me eſt, quod concupiſcis

piſcis tibi polliceor ſpondeoq., ſi tamen me in ſponſam habere volueris. Fateor, quoniam ad eloquium illius elanguit cor meum; & amoris eius iaculo transfixus ſum, compleuit quadam inſueta lætitia mentem meam, & omnia interiora mea ſpirituali exultatione perfuſa ſunt. Quum verò in his poſitus nomen illius, dignitatem, & genus ſcire per optarem, adiecit ſe Dei ſapientiam vocari, & eſſe, quæ in temporis plenitudine pro hominum recõciliatione humanam formam ſuſcepit, & quæ ante indiuiſibilis erat cum Patre, viſibilem naturam, vt aptius amaretur, accepit ex matre. Cui cum ingenti gaudio, dum præbuiſſem aſſenſum dato pacis oſculo læta diſceſſit.

Hac viſione recreatus, & ſapientiæ amore vndique perfuſus, eam vt ſponſam toto animo veluti diuino quodam impetu colendam & amplexandam duxit. Itaque ſtatim ad Marinum Quirinum matris conſobrinum accurrit: rem illi aperit & à mundanis ſeparari optat, ac in ipſius Societatem recipi. Senex optimus quamquam magni momenti rem ſuſpicaretur, & feruidum iuuenem ad omnem altiſſimæ vitæ rationem ſatis compoſitum intelligeret, non abs re, illius voluntatem, & corporis robur experiri voluit. Itaque varia ei obiecit, aſperam nempe & duram viuendi rationem in ea vitæ militia, vbi per varia pericula intrepido animo elutandum aduerſos fortunæ inſultus, nec ſolis Chriſti Seruatoris præceptis, ſed re-

ligioſi cœtus inſtitutus ac Superiorum mandatis obediendum foret; opes, ambitus, honores, omnesq. huius ſeculi voluptates & commoda Dei amore penitus ſpreuiſſe, & deuictis affectuum deſiderijs ſemper & ſoli Deo vacare, humilitatem præ alijs profiteri, paupertatem tolerare, obedientiam præſtare, tolerantiam malorum oſtendere prima virtus eſſet, ne in agone hoſti ſuccumberet, qui leonis more incautum & langueſcentem adoritur, vt inferiorem viribus in perniciem trahat. Iuuenis quum omnia ſe diligenter conſideraturum reſpondit, diuinam ſapientiam ſeriò amplexandam ſtatuit. Interim nihil cultu, aut veſtitu à ſua conſuetudine alienum oſtendit, ne animi propoſitum fratribus & matri proderet. Cœpta nihilo minus auſterioris vitæ rudimenta; qua inediam, qua vigilias, matri filium tenerè nimis amanti diu occultare non potuit. Metuens illa ne filius eiuſmodi difficultatibus impar eſſet; nuptias cum virgine, forma, nobilitate & opibus præſtanti filij animum tentarè cœpit. Quod vnicum poſtquam is fratres cum matre meditari animaduertiſſet, ſumptuoſa matris domo relicta in D. Georgij ab Alga Inſulam tranſit, genibusq. Quirini aduolutus, en ait mi Pater ad te reuerſus matura animi deliberatione intra penetralia veſtra me, quibus par eſt conditionibus abdere cupio. Rogatus denuò corporis animiq. vires ſecum expenderet, quum firma ſatis conſtantiæ indicia dediſſet, QVIRINVS *iuuenem pacis oſculo excipiens collegas*

ro-

rogat Laurentium recipiant. Illi fuſis præ gaudio lacrymis iuuenem ſolemni ritu veſtitum admittunt. Ita LAVRENTIVS *ſtrenuus Chriſti miles ad omnia promptus atque alacris comparuit, quaſi nouum certamen inſtituturus cum illecebris corporis, cui nil molle concedendum ſciebat. Nihil eo parcius, cùm nunquam ſaturitatem delectu, ſed neceſſitate finiret. Nihil de eius obſequio in exequendis Patrum iuſſis dicam: nihil de eius humilitate, ac promptitudine in obeundis miniſterijs; nihil de ſumma tolerantia, qua nunquam commiſit, vt vel per ieiunium, vel per laborem, vel per Solis calores, potum poſceret, quem ſi quis offerret, quomodo inquit ſuſtinebimus æterni ignis æſtum; ſi hanc ſitim ferre non poſſumus? Vigiliæ adeo patiens erat, vt non ſolum matutinis precibus primus intereſſet, poſtremus diſcederet, ſed cum alij ſe quieti dediſſent, ipſe in templo pias orationes continuaret, donec reliqui ſub auroram ad precum officia redirent. Rem totam vt in pauca conferam,* LAVRENTII *vita initio noſtris admirationi, reliquo vitæ curſu omnibus exemplo fuit.*

Numerum Societatis auxerunt Marcus, & Michael Condulmerij, quos ſequebantur Romanus de Rudello Mediolanenſis ſacerdos religioſiſſimus, cuius vita & conſtantia ad tantæ rei initium non minimum conferebat; itemq. Simeon de Perſicis Cremonenſis, Hieronymus de Miſſis, vel de Muſis, Auguſtinus de Gaſtaldis Ticinenſes, & Antonius Ser Do- Marcus, & Michael Condulmerij.

C 2 nati

nati de Culcitris, & Dominicus Maurocenus nobilis Venetus, alij Venetæ vrbis incolæ omnes, Viriq. integerrimi. Hinc Ludouicus Barbus, vt hi venerabiles Viri perpetuò S. Georgij in Alga cænobio perfruerentur, MCCCCIV *Anno* M CCCC I V. *ſuas apud Pontificem preces interponit, vt eos huius ſuæ ædis Canonicos Seculares inſtitueret. Cui Pontifex, ad reſtauranda Eccleſiæ loca apprimè propenſus, iamq. à Prælatis Venetis in Curia Romana degentibus de his Patribus ſatis edoctus, eſſe nempe nobiliores Reipublicæ patricios, eſſe præſtantiores ciues, & aduenas qui humilitate, charitate, ceterisq. probitatis dotibus, omnium in ſe oculos animosq. conuerterent, eiuſdem anni Idibus Martij miſſo ad Angelum Epiſcopum Chyſamenſem reſcripto libens annuit.*

Diploma Bonifacij IX, quo Canonici Seculares inſtituuntur.

BONIFACIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI *Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Chyſamenſi in loco de Venetijs Caſtellan. Diæceſis commoranti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum, iuxta paſtoralis officij debitum intendentes ad reformationem illorum, quæ deformata ſentimus, partes Apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus. ſanè petitio pro parte dilecti filij* LUDOVICI *Prioris Monaſterij S. Georgij in Alega per Priorem ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini Caſtellanenſis Diæceſis nobis nuper exhibita continebat, quod Monaſterium prædictum, in quo ab olim laudabiliter viguit*

guit obſeruantia regularis, & cuius inſtituta regularia fuerunt per Sedem Apoſtolicam approbata à longis retroactis temporibus extitit; prout exiſtit, huiuſmodi regulari obſeruantia deſtitutum, ac in ſpiritualibus & diuinis officijs ibidem peragendis multipliciter deformatum. Quare pro parte dicti Prioris, qui vt aſſerit ad reformationem ipſius monaſterij feruenter anhelat, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis de opportuno remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Fraternitati Tuæ, de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad monaſterium præfatum perſonaliter accedens, & habens præ oculis ſolum Deum ſuper præmiſſis, eorumq; circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & huiuſmodi informatione per te ſic recepta, ipſum monaſterium, & quicquid in eo correctionis, ſeu reformationis miniſterio cognoueris indigere, tam in capite, quàm in membris, eadem auctoritate hac vice; corriges & reformes, ac ſtatuas, & inſtitues in perpetuum, vel ad certum tempus; augmentando, diminuendo, ſeu mutando, aut innouando præfati monaſterij ſtatum, ſtatuta, conſtitutiones, & alia etiam pro diuinis officijs huiuſmodi peragendis rationabilia, & ſalubria in ipſo monaſterio obſeruanda ordines & diſponas: ac omnia alia quæ Epiſcopus Caſtellanenſis exiſtens pro tem-

tempore cum Dilectis filijs Capitulo Caſtellanenſi circa præfatum monaſterium facere poſſet, ſeu quomodolibet exercere, facias & exerceas, prout ſecundum Deum pro vtilitate dicti monaſterij & perſonarum in illo degentium animarum ſaluti tibi videbitur expedire. At nihilominus per te ſit facienda, ordinanda, diſponenda, inſtituenda, & ſtatuenda facias auctoritate prædicta inuiolabiliter obſeruari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus monaſterij & ordinis prædictorum, ac alijs contrarijs quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede prædicta ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Martij Pontificatus noſtri Anno quintodecimo.

Has igitur BONIFACII *Noni literas cum Ludouicus Barbus Epiſcopo Chyſamenſi die* XXII *Septembris eiuſdem anni tradidiſſet, protinus ille Summo Pontifici obtemperaturus, more curiæ, mandati accepti ac delegatæ auctoritatis rationem ad palatij valuas atque Templi affixam ita omnibus diuulgat.*

ANGELVS DEI ET APOSTOLICAE Sedis gra-

gratia Epiſcopus Chyſamenſis. *Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Bonifacij diuina prouidentia Papæ IX. ad infraſcripta ſpecialiter delegatus, Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis, & quos infraſcriptum tangit negocium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum deceat maximè in Eccleſiaſticis miniſterijs docere, cuius auctoritate quiſque miniſtret Vniuerſitati veſtræ nec non & veſtrum ſingulis, tenore præſentium intimamus, quod Venerabilis & Religioſus Vir D. Ludouicus Prior loci Monaſterij, & Eccleſiæ S. Georgij in Alga Ordinis S. Auguſtini de Venetijs Caſtellanenſis Diœceſis Die XXII menſis Septembris proximè decurſi Nobis quaſdam literas Apoſtolicas cum earum vera bulla plumbea ad cordulam cannabis, more Romanæ Curiæ non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes præſentauit, licet alias eius parte nobis præſentari fecerit, petens humiliter & deuotè quatenus ipſas literas executioni mittere dignaremur, quod nobis per ipſius literas Apoſtolicas mandabatur. Quarum literarum Apoſtolicarum tenor per omnia ſequens, & eſt talis.*

Reformationis Sancti Georgij denunciatio.

BONIFACIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Chyſamenſi &c.

Publica auctoritate Pontificis, eiusq. benedictione mu-

Epiſcopus Chyſimēſis D. Georgij Cœnobium inuiſit.

munitus ad Inſulam S. Georgij profectus igitur Epiſcopus die XXX menſis Octobris, Ludouicum Barbum Priorem, Honoratum Venetum, & Ludouicum Florentinum, laicos religionem profeſſos inuenit; Cœnobiumq. omni norma deſtitutum, vt nulla ſpes reformandi & reſtituendi dictum monaſterium ſupereſſet; deficientibus iam Ordinis S. Auguſtini Patribus, qui olim ibi commorati fuerant, rogatu Ludouici Barbi, re prius cum magnis Viris communicata, priorem Cœnobij conditionem in Canonicorum Secularium Collegium tranſtulit. Viros itaque præclaros Antonium Corrarium, Gabrielem Condulmerium, ceterosq. ſocios coram ſe flexis genibus conſtitutos Epiſcopus auctoritate Apoſtolica CANONICOS SECVLARES dictæ Eccleſiæ & Monaſterij S. Georgij ab Alga declarat, annuloq. ſuo confirmat, ſimulq. ijs facultatem impertitur recipiendi alios, & continuandi cæptum modò Collegium, & Capitulum dictæ Eccleſiæ in ipſorum ſucceſſores; ſaluis omnibus Priuilegijs ſpiritualibus & temporalibus: reſeruata nihilominus Ludouico Barbo tertia redituum parte, & Antiſtitis dignitate, dum viueret, vel ad aliam dignitatem concederet. Atque hoc fuit Congregationis noſtræ initium: quod maioris fidei cauſa ex membranis Archiui noſtri S. Georgij in Alga totius rei ſummam, vt geſta fuit planè percipiamus, addimus, ne quid poſteros lateat, neve laboris noſtri inſtituto quicquam deſit.

AN-

Angelvs Dei &c. *Nos igitur cupientes in omnibus Apoſtolicis parere mandatis, prædictas Apoſtolicas literas, licet alias receperimus, iterum reuerenter recipimus, & communicato conſilio ſæpe ſæpius cum dicto D. Priore, alijsq. quamplurimis Venerabilibus Viris Eccleſiaſticis, morum grauitate, & ſcientia nec non experientia decoratis, tractatibus & conſilijs multis præcedentibus, ac ipſius Domini Prioris apud quem ſolum ad præſens totum Ius Capituli & Conuentus dictorum Monaſterij & Eccleſiæ pertinere dignoſcitur, accedente conſenſu, & cum deuota precum inſtantia ſolum Deum præ oculis habentes pro perpetua reformatione dictorum Monaſterij & Eccleſiæ, ad ipſum Monaſterium perſonaliter acceſſimus, & informatione præhabita, nec non inuenerimus in dicto Monaſterio niſi D. Ludouicum Priorem, & Fratrem Honoratum de Venetijs, & Fratrem Ludouicum de Florentia, fratres conuerſos tacitè profeſſos, nullumq. alium religioſum repererimus in dicto Monaſterio, ſed & ipſum inuenerimus omni bona religione, & obſeruantia regulari deſtitutum, ne ſpem aliquam haberemus reformationis ipſius Monaſterij per religioſos Ordinis in dicto Monaſterio conſueti, cum tam paruo numero reperiantur, vt proprijs Monaſterijs in quibus degunt deſeruire minime valeant; nec etiam in ipſis Monaſterijs vigeat obſeruantia regularis, conſideratisq. difficultatibus, & maturè & diligenter examinatis cum Domino Priore & alijs*

Canonicorum Secularium inſtitutio.

D Ve-

Venerabilibus Viris, & peritis, difficillimum & longiſsimum, ac quaſi impoßibile reputauimus ad reperiendum Fratres alterius Ordinis & Religionis, per quos dictum Monaſterium poſſet in bona & regulari obſeruantia reformari. Quapropter ſcientes Venerabiles Viros MARINVM QVIRINO, *& ſocios eius Clericos Seculares, qui ad præſens trahunt moram in ſupradicto Monaſterio, magnarum virtutum & morum eſſe grauitate decoratos, ac in eiſdem clericalem honeſtatem adeo renitentem, vt vita ipſorum odore ſtatus Eccleſiaſticus mirabiliter venuſtetur, & dietim eorum exemplo ad diſciplinam Eccleſiaſticam, & mundi contemptum quamplurimi attrahantur, ſicq. habilem exemplarem, certum & clarum reformationis prædicti Monaſterij modum, de perſonis nobis pleniſsimè cognitis, nec non & Clero & populo Ciuitatis huius habentes vias incertas, & perſonas incognitas, ac vt ſupra diximus difficultates quamplurimas declinantes de conſilio plurium venerabilium, & approbatorum Virorum, ac etiam de conſenſu antedicti Domini Prioris, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prædicti Monaſterij, Capituli, & Eccleſiæ ſtatum antiquatum præſentialiter mutamus, transferentes in nouum ſtatum Collegiatæ Eccleſiæ Secularis, Canonicorum Secularium, Clericorum ſimul conuiuentium, conueſcentium, commorantium, & Deum collaudantium, officijs nocturnis pariter & diurnis; ac ab hoc venerabiles Viros, vide-*

delicet Dominos Antonium Corrario, Gabrielem Condolmario, Stephanum Mauroceno, Franciſcum Barbo de Venetijs, Mattheum de Strata de Papia, Romanum de Rudello de Mediolano, Lucam quond. Philippi de Eſte ſacerdotes: & Dominos Marinum Quirino, Michaelem Condolmario, Laurentium Iuſtiniano de Venetijs, Ioannem de Picenardis; Simonem de Perſicis de Cremona, Hieronymum de Muſis de Papia Diaconos: ac etiam Dominos Auguſtinum de Gaſtaldis de Papia, Angelum Ser Donati de Culcitris, Marcum Condolmario, Dominicum Mauroceno de Venetijs Subdiaconos, coram nobis euocatos, & flexis genibus conſtitutos eadem auctoritate recipimus in Canonicos, & Fratres dictæ Eccleſiæ, ſiue loci S. Georgij in Alega, & ipſos omnes & ſingulos inſtituimus, ac præſentialiter inueſtimus cum omni plenitudine Iuris Canonici, per anulum noſtrum ſtatuentes ipſos Canonicos, & ipſorum ſucceſſores per eoſdem canonicè recipiendos, & inſtituendos, de cetero conſtituere Collegium & Capitulum dictæ Eccleſiæ, ſiue loci, in quod Collegium, omnia ſpiritualia Iura, & temporalia, nec non & curam animarum, Prioratum, & quamcumque aliam præſidentiam, & dignitatem tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus circa res & perſonas ſpectantes Monaſterio, Eccleſiæ, Capitulo, & Conuentui prælibatis præſentialiter transferimus pleno iure, inducentes omnes, & ſingulos Canonicos Seculares ſupradictos in corporalem

D 2 poſ-

poſſeßionem, vel quaſi dictorum Canonicatuum Secularium per pannum maioris altaris dictæ Eccleſiæ S.Georgij in Alega ſtallo in choro, & loco in Capitulo ſibi aßignatis ipſorum proprijs nominibus, & omnium aliorum præſentialiter abſentium & pro futurorum, reſeruato tamen ſemper præfato venerabili D. Ludouico Priori dumtaxat titulo ipſius Prioratus, ita vt de cura, ſeu regimine dictorum Canonicorum, & aliorum Clericorum, Conuerſorum, Oblatorum, & aliorum cuiuſcumque conditionis laicorum in dicto loco morantium, ſe nullatenus valeat impedire, ac etiam pro ſuo honeſto victu reſeruata ſibi tertia parte omnium reddituum, fructuum & prouentuum dictæ Eccleſiæ, ſiue loci, defalcatis, & deductis expenſis faciendis pro recolligendis & conducendis fructibus Venetias, & omnibus alijs expenſis, quæ faciendæ venerint extra corpus Eccleſiæ ſiue loci prædictorum. Expenſas autem circa locum, ſiue Eccleſiam opportunas fieri volumus ſumptibus dictorum Canonicorum, qui præſentialiter ſunt, ſiue pro tempore erunt, nulla detractione, ſiue defalcatione facienda de dicta tertia parte dicti Domini Prioris, cui ipſa tertia pars integrè aßignetur pro menſa, victu, & veſtitu, & alijs neceſſarijs, & opportunis, & pro libito diſpenſandi, & ne alicui (quod abſit) dicta diuiſio ſit ſuſpecta, volumus quod per ſupradictum D. Ludouicum Priorem Secularem, ſeu Rectorem cum Capitulo conſtituatur vnus vel duo Syndici de præfato Capitulo, qui exigant

gant & recipiant omnes prouentus, fructus, & redditus dicti loci, & partes faciant & diuidant, dentque tertiam partem D. Ludouico Priori, & medietatem regalium, & alias duas deſignent Vicario ſeu Rectori, & Capitulo diſpenſandas pro vt ipſius Collegij requiret neceſſitas. Volentes quod quicquid circa poſſeſſiones ipſius loci, extra corpus dictæ Eccleſiæ ſiue loci fuerit tractandum, modificandum, & innouandum abſque ipſius D. Ludouici Prioris conſenſu fieri nequeat. Cum autem dictus D. Ludouicus Prior ſuo aſſenſu ad aliud benefitium fuerit tranſlatus, ſiue Religionem mutauerit, vel vita functus fuerit, ac etiam ſi ipſum Prioratum vacare contigerit per ſpontaneam renunciationem dicti D. Ludouici Prioris, vel aliquovis modo, ex nunc pro vt ex tunc, ipſum Prioratum Regularem annullamus & infringimus, & auctoritate prædicta ſtatuimus nullum Priorem fore, & in Prioratus Canonicorum Secularium Clericorum dignitatem transferimus, & innouamus. Etſi quid in contrarium fuerit à quocumque attentatum quauis auctoritate, ex nunc pro vt ex tunc ſtatuimus dicta auctoritate Apoſtolica, decernimus ipſo facto irritum & inane. Impugnatores autem huiuſmodi excommunicationis vinculo innodantes, à quo niſi eadem auctoritate Apoſtolica munus abſolutionis nequeant obtinere: & ſi tales impugnatores Epiſcopali vel alia quacumque eccleſiaſtica vel ſeculari præfulgeat dignitate reſeruata nobis vſque ad annum à data præ-

ſen-

ſentium computandum, addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, reformandi, in omnibus & ſingulis præmiſſorum pro vt nobis videbitur ſecundum Deum nihilominus poteſtate. In quorum omnium teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtriq; Pontificalis ſigilli munimine roborari mandauimus. Datum & actum Venetijs in loco ſupradicto S. Georgij in Alega Caſtellan. Diœceſ. Anno Natiuitatis Domini millequadringenteſimo quarto, Indictione duodecima, Die Iouis trigeſimo menſis Octobris. Præſentibus Venerab. Viro D. presbytero Ioanne de Puteo Archidiacono & Canonico Eccleſiæ Negroponten. Domino Petro Mauroceno filio q. Domini Marini Canonico Eccleſiæ Taruiſinæ, nobili Viro Alberto Dente q. D. Andreæ de Parochia S. Iuliani, & Bartholomæo Faba f. q. Donati de Parochia S. Vitalis, & alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Innocentij Diuina prouidentia electi Papæ VII. Anno primo.

M cccc iv. xxx Octobris.

Reformationis teſtes.

Ego Luchinus Bono filius q. & Marci Ciuis, & habitator Venetiarum Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius publicus, prædictarum literarum Apoſtolicarum præſentationi, & ipſarum executioni ſeu ipſius Domini executoris & Commiſſarij Apoſtolici diſpoſitioni, modificationi, mutationi Prioratus prædicti, & nouæ reformationis ipſius loci S. Georgij in Alega, & omnibus alijs & ſingulis ſupradictis,

vna

vna cum ſupradictis teſtibus præſens fui, & ſic fieri vidi & audiui eaq. rogatus de mandato prælibati Domini Commiſſarij, & executoris Apoſtolici ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoq. meo, & nomine ſolitis me ſubſcripſi in fidem & teſtimonium præmiſſorum omnium & ſingulorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, ſuppletionis, caſſationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatione omnipotentis Dei, Beatorumq. Apoſtolorum & Pauli eius ſe nouerit incurſurum.

Atque hoc contubernij noſtri ex communibus publicisq. ſumptibus initium fuit, cum ante hoc tempus collatis ſymbolis patres vna viuerent. Inter ceteras vero Ludouici Barbi dotes memoranda inprimis beneficientia ſingularis, qua debitam ſibi ex conſuetudine tertiam redditúum partem in communem vſum contulit, nec ſibi quidquam peculiare voluit ab ijs quibus cum pari pietatis feruore vixit. Sic itaque Sancti Georgij de Alga Eccleſia Regularibus Patribus quondam destituta, ſublataq. regularis Antiſtitis dignitas tranſijt in ſecularem, mutato nomine, nouoq. viuendi instituto, Cænobium ceſſit noſtris integrè. Hi Clericorum duntaxat ordine noti varijs è locis huc accerſiti, quum neutiquam, vt Canonici alij, quos vocant Regulares; votis adſtringerentur, CANONICORVM SECVLARIVM *titulo vti cæperunt.*

Conuictus Maiorum collectitius.

Canonicorum Secularium appellati.

Non

Non portentoſo quodam, ut putant nonnulli, ſermonis genere: nec inuſitato, ut videri poteſt, veteris Eccleſiæ more. Quis enim crediderit Seculares legibus omnino fuiſſe ſolutos? Quis etiam veteris hiſtoriæ adeò ignarus, qui non viderit Clericorum nomine olim Canonicos liberioris fuiſſe inſtituti, quàm eos, qui vitæ auſteritatem profeſſi Monachorum titulo ſtrictioris viuendi norma ſe diuinis mancipauerant? Etenim Viri nobiles poſtquam relictis ciuilibus negotijs animum cultui diuino admouiſſent, à priori vita nomen retinuerunt, cuius memoriam pietatis exercitio minimè aduerſum cenſebant. Eius originatio hoc loco ſolicitè admodum inueſtigare non eſt animus. Memini quidem noſtros in rationem ſcriptionis Romæ apud literatores inquiſiuiſſe: maiorem verò partem reieciſſe diphthongum dubio procul Varronis auctoritate in libris, quos de lingua latina nobis mutilos reliquit: quamquam non modo veterum libri, ac monumenta, ſed Numi etiam refragantur. Sed Grammatici potiùs hoc eſt, quam Hiſtorici, cui vnus laboris fructus veritas, ob quam de primordijs noſtri Ordinis hæc ſuffecerint.

Nec ſatis erat Epiſcopum Chyſamenſem auctoritate Summi Pontificis Cœnobium reformaſſe, atque Collegium Canonicorum Secularium inſtituiſſe, niſi ſaluberrimis quoque legibus ex eorumdem inſtituto pœna duntaxat temporali armatis id muniuiſſet: vt libertate, quam Chriſtus diſcipulis tradidit, fruere-

mur,

mur, feruentiores in eiuſdem doctrinæ obſequium, non coacti legis iugo, ſed libero affectu, promptisq. votis iiſdem morigerari. At quoniam nunquam ita quiſquam benè ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid adportet noui; nobis leges condendi, ac veteres abrogandi, poteſtas conceſſa fuit. Cuius tamen ea ſemper fuit moderatio, vt nunquam animo exciderit vetus illud; Eos homines tutiſsimè agere, qui præſentibus moribus legibusq. etiamſi deteriores ſint, minimum variantes Rempublicam adminiſtrant. Quarum notitia ne effugeret, eas hîc recenſere commodum putaui.

Canonici vocem habentes in Capitulo præfato vnum de ipſorum Collegio ſacerdotem virum probatæ prudentiæ & oculati regiminis quouſque dictus D. Ludouicus Prior in dignitate prioratus, ſibi Vicarium deinceps verò Priorem Secularem ſiue Rectorem annis ſingulis eligant, vel confirment. Cuiuſque verò Vicarij & Prioris Secularis electionis vim tribuimus, & confirmationis. I Auctoritas eligendi Rectorem.

Quilibet Rector Secularis ſiue Rector electus per maiorem partem dicti Capituli, ſine alia ſolennitate dictos Canonicos Seculares ſecundum Deum ſtatim regere & gubernare incipiat, & per annum continuum curam gerat in ſpiritualibus & temporalibus, tam de rebus, quàm de perſonis cum omni poteſtate, & auctoritate ordinaria quam habent Priores perpetui in locis ſecularibus, ſiue regularibus. Completo II Eiuſdem poteſtas.

vero anno talis Prior Secularis, ſiue Rector ipſo iure ſit priuatus offitio, & alius per Capitulum eligatur modo ſupradicto, niſi præteritus denuò confirmetur.

III Canonicorum electio & dimiſſio. *Inſtitutionem autem & deſtitutionem Canonicorum huiuſmodi ad ipſum Priorem Secularem ſiue Rectorem & Capitulum volumus pertinere. Verum nullus in Canonicum aſſumi valeat niſi ad decimum octauum ætatis ſuæ peruenerit annum, & per annum continuum in eorum probatus fuerit Congregatione, & à maiori parte Capituli electus.*

IV Rectoris arbitrium. *Præbendas ſiquidem nolumus eſſe diſtinctas, ſed volumus & diſtricte præcipiendo mandamus, omnes redditus & prouentus eſſe communes & per Priores ſeu Rectores Seculares huiuſmodi, qui per tempora erunt, taliter ordinentur, quod omnibus detur quod vnicuique opus eſſe iudicabitur.*

V Communis viuendi ratio. *In vno autem dormiant dormitorio, & vno comedant refectorio, & ſic continuo ſint præſentes & reſidentes niſi fuerit licita & honeſta cauſa abſentandi, & cum licentia Rectoris ſiue Prioris Secularis prædicti.*

VI Exeuntiū mulcta. *Abſcedentes verò extra locum ſine licentia Prioris vel Rectoris prædicti, niſi pænituerit infra menſem ſatisfactione condigna ad Prioris ſeu Rectoris & Capituli prædictorum arbitrium Canonicatu priuari valeant, & licentiari.*

VII Veſtitus & Canonicorū numer⁹. *Veſtes quoque eorum ſecundum quod ius diſponit, deferant, nec nimia longitudine aut breuitate notentur,*

tur, vt meritò dici valeant temporalium contemptores. Numerum autem Canonicorum taxatum ſeu certificatum eſſe nolumus.

Si quis verò Canonicorum (quod abſit) propria bona habere voluerit, niſi poſt trinam admonitionem ſe correxerit, & ea libenter voluerit, vt decens eſt, eſſe communia ad arbitrium Prioris ſeu Rectoris, & Capituli prædictorum, Canonicatu priuari valeat, & extra locum licentiari. VIII Bonorum omnium communium.

Porrò Diuinum officium ſecundum ritum Romanæ Curiæ horis congruis collegialiter perſoluatur. IX Diuini officij ritus.

Ne verò cultus diuinus impediatur, pro miniſterio menſarum, & aliorum operum manualium, volumus & auctoritate prædicta poteſtatem tradimus Priori, ſiue Rectori Seculari prædicto, vt ipſe cum Capitulo ſuo poſsit recipere Laicos Deo dicatos, ſiue Conuerſos, & oblatos nullatenus vxoratos volentes viuere in communi ſine proprio: quos gaudere volumus priuilegijs Conuerſorum dummodo in decimo octauo anno ſint conſtituti, qui recepti honeſtè & decenter induantur. X Laicorum admiſſio.

Si verò inter prædictos Canonicos aut Conuerſos ſiue Laicos Deo dicatos aut oblatos fuerit aliquis perditionis ſeu iniquitatis filius & commonitus (quod abſit) ſe emendare noluerit, ad arbitrium Prioris ſeu Rectoris & Capituli prædictorum Canonicatu priuari poſſit, & de loco expelli. XI Correctio.

XII Ius condēdi Inſtitutiones. *Prædictis verò Priori Seculari, ſiue Rectori cum ſuo Capitalo plenam dantes auctoritatem, vt poßint ſibi nouas Conſtitutiones, ſeu ſtatuta condere, corrigere, addere, vel minuere, prout eis ſecundum Deum videbitur, quotieſcumque voluerint, & quæcumque alia ordinare, quæ ipſis vtilia viſa fuerint, & opportuna ad augmentum Diuini cultus, & clericalis honeſtatis, & pro obſeruatione huiuſmodi reformationis inſtitutionis & ſtatutorum. Quæ omnia & ſingula approbamus & volumus eſſe perpetua. Addentes vt non obligent ad culpam aliquam mortalem vel venialem, ſed tantummodo per Priorem ſeu Rectorem Secularem prædictum delinquentibus pænitentia imponatur.*

Et ſi quòd in contrarium à quocunque fuerit attentatum quauis auctoritate ex nunc prout ex tunc ſtatuimus, & dicta Apoſtolica auctoritate decernimus irritum & inane.

Datum & actum Venetijs in loco prædicto Sancti Georgij in Alga Anno Domini milleſimo quadringēteſimo quarto, Indictione duodecima, præſentibus &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, commutationis, ſuppletionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, &c.

Seculi frugalitas. *Inſigne verò iſtius ſeculi frugalitatem oſtendit in pri-*

primis ſupellectilis admodum tenuis tunc in D. Georgij cœnobio repertæ Index, quem in veteribus Archiui noſtri membranis aliquoties inſpeximus.

Interea Bonifacio Nono Summo Pontifice Calendis Octobris è vita excedente; literis ipſius nihilominus decurrente menſe obtemperatum fuit, modo, quem antea narrauimus. Huic ſuccedens Innocentius Septimus prudentiſſimus & optimus Paſtor, egregios ANGELI CORRARI *Theologiæ Doctoris eximij, quem pridem Referendarium, & in Curia ſocium viderat, mores vitæque innocentiam ſecum æſtimans, poſtquam hic ad Regem Ladiſlaum in Regnum Neapolitanum à Bonifacio IX Apoſtolicæ Sedis Nuncius eſſet miſſus; vt ſua auctoritate Neapolim, quæ Ludouici Andegauenſis Ducis partes ſequebatur, in Regis fidem reduceret, ſimulq. Eccleſiam ibi paſtore deſtitutam, adminiſtraret, ac deinde Piceni Legatione perfunctus, primùm Epiſcopus fuiſſet Caſtellanus, deinde Chalcidienſis in Euboea inſula Græciæ, quæ tunc Venetis parebat, tandemq. Patriarcha Conſtantinopolitanus, abſentem purpurea Cardinalis dignitate decorauit Anno* M CCCC V. *pridie Idus Martij. Hunc eius ætatis ſcriptores non indigni fide,* priſca ſeueritate & ſanctimonia *emicuiſſe tradunt.*

Et ſanè tanta valebat apud omnes vſus, prudentiæ, pietatiſq. opinione, vt INNOCENTIO *menſe tertiodecimo ſui Pontificatus ad meliorem vitam traducto* GREGORII *XII nomine ad ſummum* Angelus Corrarius ad Pontificatū euectus.

illud

illud & diuinum in terris arbitriũ Anno M CCCCVI. *Die prima Decembris ſubrogatus, Nonis eiuſdem menſis octogenario maior ſuæ coronationis inſignia ſuſceperit. Quod quidem Societati noſtræ iam tunc adoleſcenti non parum lætitiæ ac incrementi attulit. Is olim maiorum noſtrorum aliquandiu in ſuo palatio ſuaui conſortio, vitaq. inculpatæ conſuetudine plurimum delectatus aliquod ſui amoris indicium vt impertiretur, ſtatim Antonium Corrarium, ex fratre & Gabrielem Condulmerium ex ſorore nepotes ad ſe vocauit, vt iam ſenio confectus eorum conſortio recrearetur, ij verò neglectis opibus & ceterorum familiaritate diuinis contemplationibus dediti, abdicata libertate ſub alterius imperio degentes cum hoc pacto à ſocijs ſuis & vitæ huiuſmodi genere auellerentur, patrui imperium detrectabant.* GABRIEL *tamen ceteriq. Patres* ANTONIVM *rogant, vt Romam contendat, pro felici euentu iter precibus perſecuturi. Antonius autem ipſum veluti vegetioris ætatis & ingenij illuc proficiſci hortabatur. Ne igitur mandata Pontificis contemnere viderentur, cùm alter ab altero ſeparari non poſſet, voluntati tanti patris, cuius imperare & conſulere obſequiosè parendum eſſe ſtatuunt; ea opinione, vt confirmata eorum Societate, mox redirent. Acceptis itaque Ludouici Barbi Prioris & Maiorum ſupplicibus libellis D. Georgij Inſulam deſerunt. Patres præclara quæque ijs ominabantur, illi verò diuina voluntate & Eccleſiæ obſequio*

Antonius Corrarius, & Gabriel Cõdulmerius vocati Romam accedunt.

quio

quio ducti Romam tendunt. Eò cum perueniſſet, Summo Pontifici ſe conſueto pedis oſculo humiliter ſiſtunt, vnum ſibi itineris precium poſcentes, vt ſua auctoritate eorum ſodalitium confirmaretur, eosq. ad ſuos conſodales redire permitteret. Viros hos humiles non ſumptuoſos, nobilitatem attamen & diuinos mores ſpirantes admirati ſunt aulici vrbis, cum in eorum vultu nihil inſuaue, nihil aſperum appareret; hi enim ab omni ambitu, non vt Summi Antiſtitis nepotes, ſed tamquam priuati homines atque ignoti, nihil ab alijs alienum oſtendebant. Quos poſtquam tenerrimè amplexatus eſſet, eorum votis libenter annuit, ordinemq. inſtitutam ſuis literis confirmauit, eos verò ad ſui obſequium Romæ perſiſtere iubet.

CORRARII *viri Sanctiſſimi ad ſummum Apoſtolatus apicem promotio, maximo omnium ordinum gaudio Venetijs excepta fuit. Vrbis totius & Sereniſſimæ Reipublicæ ingenti lætitia gratiæ Deo publicè ſolutæ, quod patricio Veneto prima D. Petri ſedes obtigiſſet. Hinc ſolemnitatibus publicis indictis, decreuere Patres, vt octo Oratores è primis Senatoribus eligerentur, qui Summo Pontifici ſolemni pompa gratulaturi Romam accederent, viresq. ſuas, & omnem Principatum in ſanctitatis eius ac totius Eccleſiæ Romanæ tutelam laudatiſſimo ſuorum maiorum exemplo offerrent. Huic muneri prima die Martij Anno* M. CCCC. VII. *deſtinati fuerunt, Iacobus Guſſonius, Nicolaus Loredanus, Andreas Contarenus, Rogerius Mau-*

Gregorij XII electio Venetis grata.

Legatio Veneta ad Pontificẽ.

Maurocenus, Marcus Triuiſanus, Benedictus Capellus, Polus Zane, & Marcus Iuſtinianus Orſatus. Quibus additi ſexdecim è primoribus iuuenes ſelectiores, aliiq. viri nobiles, & Eccleſiaſtici primates, ſumptuoſiſſimo frequentiſſimoq. apparatu, adeò vt annales Veneti memorent tercentos fuiſſe Legationis equites: Quæ die XIII *Aprilis Romam peruenit. Aduentus Oratorum omnibus ordinibus obuiam effuſis notior erat, quàm vllus vnquam antea. Pompa etiam vniuerſi comitatus, qua primo fuerunt excepti & deducti vſque ad Vaticanum conſuetum aliorum modum ſummopere exceſſit; vniuerſo fermè populo Romano confluente. Poſt ſolemnem venerationem à Summo Pontifice benigniſſimè excepti, cùm Sereniſſimæ Reipublicæ communemq. patriæ lætitiam breui oratione expoſuiſſent, vna omnium voluntas, Pontifici ſe ſuaq. committere, antiquo fœdere eius partibus ſemper ſtrenuiſſimè defenſuros ſe pollicebantur. Celebrata vndique Venetorum gratulatione, poſtquam ii Paulum Vrſinum Summo Pontifici aliquantulum aduerſantem in fidem & gratiam ipſius reduxiſſent, muneribus ornati alacres ad ſuos lares redeunt. Canonicis ſolatio fuerunt ab* ANTONIO & GABRIELE *miſſæ per iſtos Confirmationis Tabulæ. Ipſi verò actis per literas de officio gratiis eos admonent, vt plurima, quæ initio aulicæ vitæ aduerſa imminebant, conſtanti animo tolerarent. Diploma Pontificis hoc eſt.*

GRE-

Gregorius XII Societatem confirmat.

Gregorivs Episcopvs Servvs Servorvm Dei Ad Fvtvram Rei Memoriam. *Illis quæ pro diuini cultus augumēto auctoritate Apoſtolica præceſſerunt, vt illibata perſiſtant, libenter cum à nobis petitur Apoſtolicæ confirmationis adijcimus firmitatem. Sanè petitio dilectorum filiorum Ludouici Prioris & Capituli Secularis & Collegiatæ Eccleſiæ S. Georgij in Alega Caſtellanenſis Diœceſis, Nobis exhibita continebat; quod olim Ven. Frater noſter Angelus Epiſcopus Chyſamenſis auctoritate quarumdam literarum felicis recordationis Bonifacij Papæ IX prædeceſſoris noſtri, eandem Eccleſiam, quæ tunc Monaſterium Ordinis S. Auguſtini erat, nec non per Priorem regi conſueuerat in collegiatam erexerat, & in ea Priorem ac Canonicos Seculares Capitulum facientes, nec non quoſdam alios etiam Clericos Seculares in perpetuos Vicarios, ſeu beneficiatos in eadem Eccleſia inſtituit, nec non quædam alia circa hæc fecit, ſtatuit, & ordinauit, prout in quodam publico inſtrumento inde confecto prædicti Epiſcopi ſigillo munito, cuius tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte ipſorum Prioris & Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt erectioni & inſtitutioni prædictis, & alijs in ipſo inſtrumento contentis, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere dignaremur de ſpeciali gratia. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Erectionem & Inſtitutio-*

F nem

nem prædictam, nec non alia in ipſo inſtrumento contenta, & quæcumque inde ſecuta rata habentes, & grata ea auctoritate Apoſtolica, & certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes defectus ſi qui interuenerint in eiſdem &c.

Datum Romæ v. Cal. Iulij Pontificatus noſtri Anno primo. De mandato Gratis Io:de Pempeluonde.

Canonicorum habitus, & viuendi ratio.

Confirmata igitur, & in ordinem redacta noſtra Societas cùm in Pontificis tutelam eſſet recepta, Maiores noſtri vnanimes Chriſti obſequio eximium omnibus ſui deſiderium excitabant ac venerationem. Omnia hîc ſine querimonia, & inuidia erant communia, nec vlli quicquam peculiare aut proprium. Veſtis ad vnicum vitæ vſum, animiq. candorem compoſita; pompæ, & delicijs nihil datum. Interulam ex lana alba texturæ ſubtilioris tegebat eiuſdem materiæ, & coloris tunica talaris, cui collare erat depreſſum & arctum: fortaſſis quod color albus, vt egregiè Tullius, cùm in ceteris, tum maximè in textili, præcipuè Deo ſit decorus. Pedes muniebant calopodia ſolùm domi morantibus, quæ adhuc tironibus noſtris vſitata: Tunicam tegebat veſtis promiſſa ex panno violaceo, quæ ab eo tempore in hunc diem pellanda nominatur, cuius manicæ erant laxæ, vt & ipſa, à talis vſque ad pectus integra, plicis vndique protenſa, quæ circa thoracem arctabatur. Albæ veſti, qua pri-

priuatim à Feſto Reſurrectionis Dominicæ ad Sanctæ Crucis Exaltationem induebantur, in publicum prodituri ſuperinijciebant ex eodem panno togam Senatoriæ ſimillimam, cuius manicæ ampliores eximiæq. longitudinis ſupra carpum reuoluebantur, manibus ad pectus modeſtè complicatis. Hoc pallium à Summo Pontifice Gregorio XII nos accepiſſe, refert Ioſephus Mozzagrunus in ſua Hiſtoria Canonicorum S. Saluatoris Ordinis S. Auguſtini Lib. v. Sanctiſſimus (*Angelus Corrarius*) Patriarcha præceptis Apoſtolicis libentiſſimè obtemperauit, atq; eam Congregationem S. Georgij in tantum dilexit & amplexus eſt, quod poſtea ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptus, eodem habitu, quo S. Romanæ Eccl. Cardinales ab antiquo tempore, licet colore & forma aliquatenus poſtea alterato, vſi fuerant conſiſtorium intraturi, eam decorari voluerit. *At verò hanc Togam, quam Tabarum vulgariter vocamus, & cuius adhuc in nonnullis magiſtratu apud Venetos diſtinctis non rarò occurrit ſpecies, Maiores noſtros, quorum maior & præcipua pars erat Nobilium Venetorum, ab ipſis Senatoribus mutuatos iam conſtanti fama tenemus. Quo nomine doctiſſimus Vir in Collectaneis Bullarij ſub titulo* CANONICORVM, *rectè noſtri Ordinis Canonicos,* SENATORES VENETOS *appellauit.*

Cæruleo autem colore nullus videbatur conuenientior. Hic enim ipſe Venetus mortalium animis rerum

cæleſtium memoriam ingerit; Senatoriæq. maieſtatis decus repræſentat. Imò à ſenioribus noſtris accepimus, maiores non alia fermè de cauſa pio inſtituto cæruleum elegiſſe indumentum, quam ex ardenti in

B. Virgo Societatis Tutelaris. *Deiparam Virginem cultu: cuius tutela & præſidio res Societatis noſtræ in ſimplicitate ſpiritus, & rerum mundanarum contemptù ſenſim adoleuit, vt iure ab illius ſinu pendere videamur. Peculiarem huius cultus profeſſionem maximè indicat vetus orandi modus à maioribus noſtris inſtitutus, cum in ædes* A*NTONII* C*ORRARII ſecederent. Hodieq. inoleuit apud nos laudabilis maiorum conſuetudo, vt à prandio iunctim bini per porticus, & hortos B. Virginis laudes alternent. Huius verò ſententiæ veſtigium non temnendum præbent paſſim per Cœnobia noſtra B. Virginis icones cæruleo pallio amictæ, cui vtrinque Patres noſtri ſupplices aſtant. Cæruleo additus fuit interioris ac domeſticæ veſtis color candidus, fidei teſtis. Qui enim ſeſe victoris fidei tradunt, candida veſte induuntur; & ab eo colore candidati vocari ſolent, qui non ſpem ſed fidem ſequuntur. Cui verò Candidati Patres noſtri rectiùs quàm Chriſto victori ſe dedere potuerunt? Caput præterea cucullus tegebat, à quo ſtola in dorſum propendebat, cuius adhuc diuerſæ in templis noſtris picturæ ſpeciem exhibent, quam ad priſci ſeculi memoriam ſtudiosè conſeruare nitimur. Eam nobilioribus viris peculiare fuiſſe oſtendit, quam vidimus, Carrarienſis Patauini*

tauini

tauini Ducis effigies, habitu quoque & colore ſimillima.

Hanc vero, vt omnia, ætas mutauit. Commodius enim ac decentius Venetæ Vrbis incolis fuit, ſtola ſiniſtrum humerum tegere. cetera veſtimenti genera è vili panno conſtabant. Caput domi pileo tegebatur panneo, non rotundo, ſed in crucem formato ad aures depreſſo, qui plicabilis erat. Capilli, & barba eius ſeculi & Cleri conſuetudine ad cutem tendebantur. Sua cuiq. ordinatim in eadem contignatione erat cellula, cum pulpito. Cubile ad hominis menſuram culcitra inſternebatur villoſa, quæ ſine delitijs frigus arceret, nec vllus niſi ſacræ imaginis ornatus. Silentium ſuis horis hîc erat perpetuum: neque vllus præterquam de rebus diuinis ſermo miſcebatur. Nulla vel admodum rara cum ciuibus aut laicis conuerſatio intercedebat: conſanguineorum vbique pia obliuio. Priuata exercitia ad religioſorum normam inſtituebantur, vel ſacris libris voluendis, vel meditationibus & orationibus, quibus perpetuò erant addicti. Doctiores aliorum inſtitutioni deſtinabantur; certis alij horis ſe hortorum cultura reficiebant. Ædiũ ſumma in primis obſeruabatur munditia: Omnes idem excipiebat cœnaculum, vbi pia ſimul lectione animus paſcebatur; mantilia, mappæ, ceteraq. vtenſilia nitida. Miniſteria probatis moribus taliq. contubernio digna. Charitatem omnia, religionem, tranquillitatem ſpirabant.

Rarò

Canonicorum Secularium humilitas.

Rarò autem humilitatis exemplo, nulla legum, aut inopiæ neceſſitate, Patres ipſi mantica in Vrbe Veneta panem petebant. Quod de B. Laurentio in eius vita notauit Bernardus Iuſtinianus rerum Venetarum clariſſimus Scriptor: Memini puer adhuc cùm eſſem, videre B. Laurentium ad domus noſtræ ianuam pulſantem panes petere, domum tamen aut ianuæ limen non ingredi, ſed foris ſtantem panes operiri. Mater autem filium ægrè ferens tanto onere grauem diutius per vrbem vagari, iubebat miniſtris vt ſaccum illis panibus implerent. Recuſare ſemper Laurentius & panibus duobus contentus diſcedebat, vt operam nauaret humilis mendicationis, & non domeſtici quæſtus. *Conatum verò homini faſtum atque ſuperbiam non meliori modo reprimi poſſe ſtatuerunt Patres, quàm hac animi demiſſione. Parum eſt quippe opes & honores non negligere, maximæ autem virtutis eſt, non ſolùm honorem contemnere, ſed etiam patienter contemni velle, & contemptum appetere. Magis enim eſt, quòd malè affici nolis, quàm vt benè affici non deſideres; ſummæ vero perfectionis eſt malè affici velle. Illud poſteritatis memoria vnicè dignum eſt, quod idem ſcriptor ſe à Maphæo Contareno Laurentij diſcipulo, & in Patriarchatus ſedem ſucceſſore audiuiſſe teſtatur. Hic enim Laurentio iunctus quum de more petendi panis gratia vrbem circumiret, & frequentata ciuibus loca declinare videretur: Quid,*

Ma-

Maphæe, moueris inquit Laurentius? quin conſtanti paſſu incedamus; nihil enim profecimus, ſi verbis mundum relinquimus, niſi etiam id opere declaremus. Vili ſaccorum onere glorioſum hodie de ſeculo triumphum agamus.

Atque ea fuit apud omnes de noſtris opinio, vt cum quis per vrbem Venetam alibive incederet, quod rarò contingebat, illum obuius quisq. veluti ſanctitatis nomine inſignem ſubmiſsè veneraretur, quod paucis ab hinc annis Antiſtiti noſtro eueniſſe adoleſcens à maioribus noſtris accepi, qui eiuſmodi obſequium non à plebe, ſed à Senatoribus Reipublicæ Venetæ profectum fuiſſe mihi atteſtabantur. Canonicorum veneratio apud Venetos.

Quibus recenſendis cum hactenus non ſine conſilio ad poſterorum memoriam prolixior fuiſſe videar, ad Congregationis noſtræ ſeriem pertexendam redibo. Huius, vt rerum omnium, quamuis exilia fuerint initia, ſenſim tamen cultura ſic adoleuit, vt nihil eius incrementa obſcurarit primordij tenuitas. Vitæ nempè auſteritatem diluit loci amœnitas, quem natura religioſo ſeceſſui deſtinaſſe videbatur. Patauini territorij continentem linquentibus occurrit in medio ſinus Veneti inſula D. Georgio ſacra, cui frequens Algæ alluuies cognomen dedit, non modò incolis commoda, ſed aduentantibus ſubita tempeſtate deprehenſis portuoſa. Hic ſitum eſt Cœnobium vetuſtiſſimum, initio Monachis Benedictinis, poſtea D. Auguſtini ſectatoribus dicatum, quod tandem noſtris ceſſit, qui S. Georgij topographia.

adi-

ædificijs nouis ſenſim ampliarunt. Huic ab ortu ſe ſe tota Vrbis Venetæ facies obijcit, ab occaſu Lombardiæ littus, paludibus, agris, palatijs, collibus Euganeis diſtinctum, à borea caneſcentes Tироliæ montes eminùs conſpicui, à meridie Mediomaci portus, appellentium vndique receptaculum. Templum hic ſatis amplum à Marco Michaeli Epiſcopo Caſtellano & Rainaldo Antiſtite Anno M CC XXVIII *conſecratum oſtendit marmor in porticu.*

NOS MARCVS MICHAEL DEI GRATIA CASTELLANENSIS EPISCOPVS ASSOCIANTE NOBIS RAINALDO VENERABILE EPISCOPO FRATRE NOSTRO AVCTORITATE DEI OMNIPOTENTIS ECCLESIAM ISTAM IN HONOREM EIVS BEATISSIMI MARTIRIS GEORGII CONSECRAVIMVS, FIRMITER STATVENTES VT QVICVMQVE AMODO ANNVATIM ECCLESIAM ISTAM TRIDVO ANTE SOLEMNITATEM HVIVS DEDICATIONIS VEL TRIDVO POST FESTVM PIE VISITAVERINT QVADRAGINTA DIES DE CRIMINALIBVS PECCATIS ET TERTIAM PARTEM VENIALIVM IN CHRISTO INDVLGEMVS. ACTA SVNT ANNO DOMINI PERCVRRENTE M CC XXVIII MENSIS APRILIS DIE SECVNDA EXEVNTE.

Hortos habet ea amœnos, ac viridaria plantis rarioribus conſita, arboribusq. priſci laboris teſtibus variata, quæ tribus partibus Cœnobium cingunt: ſua his

ſunt

ſunt ambulacra, pergulæ, ſcenæ frondibus concamerata, fructuumq. ac florum multiplici colore picta; ſunt parietes malorum punicorum, ac lauri tapetibus veſtiti. Hinc clauſtra, quorum area binis ciſternis opera elegantioris fœcundatur. Hic religioſæ vitæ ſeceſſus, clericis noſtris ad Canonicatus titulum, & Congregationis cognomen aditum præbuit. Hinc præcipuè Virtus, Pietas, Sanctitas Maiorum noſtrorum toto orbi effulſit, atque in primis LAVRENTII IVSTINIANI, *cuius exemplo plurimum proficiebant alij, quorum ſuo loco non ſilenda fuerint in publicum merita.*

Rebus igitur noſtris rectè conſtitutis firmatiſque, ANTONIVS *Corrarius, &* GABRIEL *Condulmerius Gregorij* XII *Pontif. Maximi patrui mandatis obtemperaturi Romæ morabantur. Vbi Corrarius Patriarcha Conſtantinopolitanus nominatur, ac Epiſcopus Bononienſis, Condulmerius Protonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius varijs beneficijs locupletatus Epiſcopatui Senenſi præficitur. Senenſes Gabrieli extraneo aliquandiu obluctabãtur. Addebant ætatem iſti muneri non ſatis conuenientem, quandoquidem nondum annos* XXV. *attigiſſet. Iſti honori aptiorem è ciuibus ſuis aliquem, qui mores hominum & ritus ciuitatis noſceret. Sed vicit Pontificis auctoritas, probata Gabrielis integritate ac prudentia confirmata, qui paulo poſt maioribus honoribus eum condecorauit.* Corrarij & Cõdulmerij honores.

G *At*

Mali Genij in Societatem inſidiæ.

At quò omnia felicius iſtorum Virorum votis reſpondebant, eò grauior tenellæ adhuc Congregationi imminere videbatur tempeſtas: vt iure Patres noſtri pro ſalute publica Deum feruentius ſolicitauerint. Vrgebant mali Genij inſidiæ; qui rectis piorum animis ſemper aliquid tentat, maximeq. operis benè cœpti fundamentum ſubmouere nititur. Tale quid LAVRENTIO *Iuſtiniano accidiſſe veterum monumentis accepimus. Intima neceſſitudine ei coniunctus erat nobilis Venetus, qui ex orientalibus regionibus in patriam reuerſus, cùm videret amicum toto vitæ genere à ſe diuerſum, ſtipatoribus & citharœdis munitus veteris amicitiæ repetiturus cœnobium S. Georgij adit, blanditijs terrori mixtis iuuenem varia arte in ſuam ſententiam perducere cogitat. Dubij hic erant Patres, num is in colloquium eſſet admittendus. At verò meliora longè ſibi promittebat* LAVRENTIVS. *Prodit igitur & amicum benignè excipit. Ad huius conſpectum, res mira, is ita elanguit, vt dimiſſo protinus comitatu ei adhæſerit, quem à religioſo conſortio auellere conabatur. Sed quemadmodum viri Sanctiſſimi conſtantia pietatis incremento enituit, ita quorumdam animos in diuerſum agebat neſcio quæ leuitas ac moræ impatientia. Sub id tempus quidam præteritæ vitæ commodis & pertæſo ſeruitutis ſpiritu vexatus quum ad ſeculum redire cogitaret, ad Laurentium accedens, dulciſſimis verbis in Societate retinebatur, ſed cum denuò ab humani generis aduerſa-*

rio

tiatiã grauiter afflictaretur, vt amplius reſiſtere non poſſet, iterum Laurentio occurrens, ſuccumbo Pater ait, fer opem, ecce, niſi adiuueris, ad priorem vitæ ſtatum redeo. Tunc Laurentius attente ſuauiterque ipſum aſpiciens maieſtate ſua malignos ſpiritus profligans, hodie inquit mi frater ne abeas: Cras ad libitum deliberata, cui lætus ille paruit. Laurentius autem nocte vna in orationibus & lachrymis exacta magno ſuæ Societatis incremento ſic dæmonem fugauit, vt hominem deinceps nunquam aggreſſus fuerit. Sic itaque ſibi Deoque reſtitutus ille ſequenti manè ad pedes Laurentij proſtratus fuſis præ gaudio lachrymis manus eius continuò exoſculabatur.

LAVRENTII *porrò dotes mirificas illuſtrauit caſus alter longè nobilior. Nobilis quidam Venetus noſtræ Societatis, quem nonnulli Mapheum Contarenum putant, quum ſimili fermè qua alter ille cogitationum incitatione permotus ad certiſſimam Laurentij opem recurreret, precibus ſacris ille in cellula vacabat, vbi ad cubile vaſculo aquæ luſtralis flaccidus Lauri ramuſculus inhærebat. Audita imminentis diſcriminis ſumma, ne auxilium poſcenti deeſſet, ramum ipſi aridum hiſce verbis porrexit. Lauri hunc ramuſculum in horto planta, qui ſi reuireſcit, de tua perſeuerantia ſecurus eſto. Abijt ille dictis parens, quumque ſtatim reuireſceret, dæmone miraculosè profligato in ſtatione ſua permanſit, præcipuo loco inter ſuos alumnos habitus. Ita hoſtis in pios calliditas de-*

læſa fuit, quam tamen in Laurentium retorſit, cuius animi conſtantiam quum expugnare non poſſet, corpus eius vario morborum genere affligere nitebatur. Elanguit nempe Laurentius graui & periculoſa infirmitate, dum tuberculis, quæ medici ſcrophulas appellant, vniuerſa eius ceruix occuparetur. Patres à ieiunijs, ab exercitijs eccleſiaſticis, laborantem abſtinere ſuadent. Ille verò feruentior ijſdem non ſolùm ad communem vitæ neceſſitatem, ſed miranda doloris tolerantia inſiſtebat. Inualeſcente ſenſim morbo, quum medici de eius ſalute deſperarent, vnum videbatur præſidium in ſetis per tranſuerſam ceruicem traiectis ſæpeque deductis, quo praui humores commodiùs educerentur, deinde in ferro candenti, quo malum omne exſtirparetur. Tantis cruciatibus num par foret non immeritò dubitabatur. Is verò Patribus hæc ei exponentibus, vultu, quo ſibi ſemper erat in omnibus ſimilis, ita reſpondit. Quid dubitatis? Quid timidi hæſitatis? Secet atque vrat medicus vt lubet, an non poterit Dominus meus mihi impertiri fortitudinem, qui tribus pueris in fornace candenti adfuit? Numquid hoc morbo à dulciſſimis meis ſocijs in cubiculo ſegregatum, & à publicis exercitijs alienum viuere conuenit? Quum igitur medici manum iam promptus experiretur, illud admiratione dignum memorant ſcriptores, quod præter vnam Ieſu appellationem ſemel emiſſam, ne minimum quidem gemitum edere auditus fuerit, imo ad ferri ictum ſubſtitiſſe in-

Iuſtiniani cõſtantia.

tre-

trepidum, ac medicum hiſce verbis animaſſe: Incide audacter, neque enim nouacula tua laminas martyrum ſeuitia ſuperabit. Sic ille breui ad priſtinam ſanitatem cæleſti auxilio redijt.

Creſcente ita altiſſimi Numinis auxilio inter noſtros pietate, iunctiſque in dies maiorum noſtrorum animis ad amplius noſtri Ordinis incrementum, cùm Anno MCCCCV *die Veneris* XVII *Nouembris poſt viginti menſium obſidionem diuturna peſtilentia & fame Vrbs Patauina in Reipublicæ Venetæ poteſtatem perueniſſet, ciues & Canonici Deo ſummiſque tutelaribus grati animi vota ſoluentes, templa & cœnobia publica clade omnino deuaſtata ad priſtinum cultum ac ſplendorem reducerent, ſuum Veneto Senatui obſequium vt magis probarent, diuulgata iam de noſtris patribus, maxima ex parte nobilibus Venetis, fama, ijs recentibus Chriſti aſſeclis Cœnobium S. Ioannis Decollati, quod antea S. Ioannis Euangeliſtæ titulo Ordinis S. Benedicti fuerat, à mœnibus Patauinis non longè diſſitum extra Pontem Curuum receſſus amœnitate gratiſſimum, omni iam regulari obſeruantia deſtitutum, concedunt. Paulus itaque de Portogruario Præpoſitus Eccleſiæ Concordienſis Domini Stephani de Carraria electi Epiſcopi Patauini Vicarius Generalis vna cum Archipresbytero Dom. Franciſco Zabarella viro ob legum ſtudia & vitæ integritatem præclariſſimo, quem iſta tempora S. Romanæ Eccl. Cardinalem habuerunt, & Collegio Ca-*

S. Io. Decollati Patauij Cœnobiũ noſtris conceſſum.

no-

nonicorum Cathedralis Templi illud ad ſtatum Eccleſiæ Secularis tranſtulerunt; & Venerabili Viro D. Stephano Mauroceno Canonico noſtro Præpoſito, D. Petro Barbo, D. Romano de Rudello, D. Luca de Eſte, D. Ioanne de Picenardis, D. Laurentio, & D. Marino Quirino, eius Eccleſiæ Canonicis aſſignarunt. Eamque loci mutationem Dominus Albanus Epiſcopus Patauinus Anno M CCCCVI. *Die* XII *Iulij hiſce tabellis ratam eſſe voluit.*

MCCCCVI. S. Io. Decol. cœnobium à Canonicis Patauinis traditum.

In Chriſti nomine Amen. Anno Domini à natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo ſexto, Indictione XIV. *Die Lunæ duodecimo menſis Iulij in Epiſcopali Palatio ſuper ſala magna inferiori, præſentibus venerabilibus & ſapientibus Viris D. Aziano de Ranucis de Senis, D. Franciſco de Zabarellis de Padua, Iuris vtriuſque Doctore, atq; Archipresbytero Eccleſiæ maioris Paduanæ, D. Paulo de Portogruario, Præpoſito Eccleſiæ Concordienſis, D. Presbytero Thomaſino de Abriana, & Presbytero Bartholomæo de Villa Tituli, omnibus Canonicis Eccleſiæ maioris Paduanæ, D. Presbytero Benedicto de Gall de Legalta præpoſito S. Andreæ de Padua, & Dom. Fratre Hieronymo de Rainerijs de Venetijs, Priore Monaſterij S. Crucis de Padua, teſtibus ad hæc habitis ſpecialiter vocatis & rogatis & alijs &c. Ibique cum ſufficienti & diligenti inquiſitione Reu. in Chriſto Patri & D. D. Albano Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Paduano innotuerit reformationem*

Mo-

Monaſterij S. Ioannis Decollati propè Paduam, & eiuſdem mutationem ac reductionem ad ſtatum Eccleſiæ Secularis collegiatæ & Clericorum Secularium ſimul viuentium, Deum collaudantium, ac in eodem dormitorio quieſcentium, per venerabilem Virum D. Paulum de Portogruario ſupradicti Reu. in Chriſto Patris; & D. D. Stephani de Carraria Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia electi Paduani præceſſoris præfati D. Epiſcopi in ſpiritualibus Vicarium Generalem vnà cum venerabilib. viris D. D. Archipreſbytero, Canonicis, & Capitulo Paduano ad hoc ſpecialiter conuocatis, omni debita ſolemnitate ſeruata, ac diligenti & matura deliberatione præhabita, prout de prædictis conſtat publicis documentis rogatis per Bartholomæum q. Nicolai de Padua de Contrata Domi, publicum imperiali auctoritate notarium, quæ diligenter inſpexit & ſuper contentis in eis plenam informationem recepit, ex qua informatione eidem Domino Epiſcopo conſtitit omnia & ſingula in eis contenta vera eſſe à me notario infraſcripto, etiam viſis & lectis. Attendentes itaque quod ſecundum iura, ne dum quæ mala ſunt inchoata principio, ſalubriori ſint reuocanda conſilio, ne deteriorem exitum habeant; ſed ea quæ benè geſta ſunt benigno ſunt proſequenda fauore ac ſolidiori firmitate roboranda, ipſam reformationem & ſtatus mutationem cum omnibus & ſingulis in ipſo reformationis inſtrumento contentis confirmauit ac ipſum nihilominus Monaſterium de

nouo

nouo reformatum, cum de religioſis ſuæ vel alterius Religionis ſiue Ordinis facultas reformandi non ſubſiſtat, ex cauſis in prima reformatione expreſſis, vna cum Venerabil. Viris D.D. Archipresbytero, Canonicis ac Capitulo Paduano ad hoc ſpecialiter conuocatis, & expreſſe conſentientibus tranſtulit, & reduxit ad ſtatum Eccleſiæ Secularis collegiatæ ſecundum formam in ipſo reformationis inſtrumento contentam. Ipſas inſuper inſtitutiones, collationes, ſiue prouiſiones de prædicta Eccleſia factas per præfatum D. Paulum Vicarium ſupradictum, acceptauit & confirmauit; eaſque nihilominus de nouo faciens Venerabilem Virum D. Stephanum Maurocenum *de Venetijs hac vice inſtituit Præpoſitum dictæ Eccleſiæ, ſiue loci S. Ioan. decollatis Ceteroſq. Clericos nominatos, videlicet Dominos Petrum Barbo,* Dominicum Maurocenum *de Venetijs,* Romanum de Rudello *de Mediolano,* Lucam de Eſte *ſacerdotes: Ioannem de Picenardis de Cremona, Laurentium Iuſtinianum, & Marinum Quirino hac vice inſtituit Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ſiue loci S. Ioannis decollati ſecundum formam in ipſo reformationis inſtrumento contentam. In quorum teſtimonium, & ad maiorem roboris firmitatem præfatus D. Epiſcopus præſens publicum inſtrumentum per me Corteſium notarium infraſcriptum fieri & ſcribi mandauit ſuiq. Pontificatus ſigilli appenſione muniri.*

Ego Corteſius filius nobilis Viri D. Zamboneti de

Pa-

Paradiſis de Padua publicus Imperiali auctoritate notarius, ac prælibati D. Epiſcopi Cancellarius præmiſsis omnibus & ſingulis præſens fui, & rogatus ſcribere, ea fideliter ſcripſi, & in hanc præſentem publicam formam redegi, meisq. nomine & ſigno roboraui conſuetis, in teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum &c.

Patauium itaque dum ſe conferrent patres, Ludouico Barbo comite vt D. Ioannis Cœnobium obtinerent, ad venerabilem presbyterum Marcum Eccleſiæ S. Michaelis propè caſtrum Rectorem diuerterunt. Infimis quidem ille natalibus, ſummaque animi ſimplicitate ab adoleſcentia, humilitate, & charitate, aliјsq. pietatis dotibus innotuerat, religionis tamen opinione ſublimis Patauij florebat. Nec inferiori animi ardore eius mater, frater, & cognata in aduenas maximèq. pauperes efferueſcebat; vt eius vniuerſa domus cœleſti fauore plena ſacris viris pateret. Maximam vitæ partem Marcus pijs exercitijs impendit: inter quæ frequens D. Iuſtinæ viſitatio, cuius Baſilica Sanctorum reliquijs potiſſimum reſplendet. Ita, cui animum & affectum tantopere dicauerat, loci reſtaurationem conſpicere meruit. Beneficij verò tam eximij mens diuinis veluti monitis præſaga fuit. Etenim templum die quodam ipſi viſum fuit penitus collapſum, denuoque omni ornatu extructum. Ad S. Leonini quoque ſepulcrum in ædicula S. Archangeli, quum preces ſuas perageret, ſimi-

li ſpiritu raptus, non ſolum eiuſdem Eccleſiæ reformatio ei apparuit, ſed Ludouicus Barbus S. Georgij in Alga Prior huic negotio delectus, manus ſuas porrigere. quem dum hoſpitem ſuum mox agnoſceret, hilari vultu, non ſolum obuius Dei voluntatem in dictam Eccleſiam innuit, ſed intra domunculæ ſuæ penetralia rem exactius totam his aperuit. Fili mi, electus es ad templum hoc reſtaurandum, velut alter Dauid D. Benedicti gentem dilapſam ad Chriſti meſſem reducturus. Quod audiens iuuenis, ſe omnino tanto oneri imparem affirmabat. Rem verò totam ſecum cogitans, poſt aliquot dierum in D. Ioannis cœnobio moram, vt pios quoſdam viros in S. Leonardi Monaſterio inuiſeret, Veronam conceſſit, Venerabilis Viri Vaticinium committens cœleſti eius voluntati, quem ſummum tanti operis moderatorem ſciebat.

Interea maioribus noſtris hanc publicam Ciuium Patauinorum beneficentiam Anno MCCCCVIII *cum Stephanus Maurocenus, qui in diplomate Michael appellatur, Ludouico Barbo iunctus ad reformationem Sanctæ Iuſtinæ eſſet profecturus, petentibus noſtris Summus Pontifex Arimini ratam conſtituit, ſed liberam inſuper alterius Præſidis electionem nobis conceſſit.*

Gregorij XII diploma de præpoſitura S. Ioannis.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM. *Ea quæ pro diuini cultus augmento & Eccleſiarum ſtatu prouidè facta ſunt, vt illibata perſiſtant cum à no-*

nobis petitur Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem. Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ S. Ioannis decollati Paduanenſis Diœceſis nuper exhibita continebat, quod olim dilectus filius Paulus de Portugruario dilecti filij Stephani olim electi Paduani in ſpiritualibus Vicarius Generalis; vna cum dilectis filijs Archipresbytero & Capitulo Eccleſiæ Paduanæ attendentes quod dicta Eccleſia S. Ioannis, quæ tunc Monaſterium Sancti Ioannis Ordinis S. Benedicti erat,& propter guerras, quæ ibi fuerunt, omni regulari obſeruantia deſtitutum, & in prouentibus & redditibus deſtitutum, exinanitum,& multis debitorum oneribus vltra modum grauatum extiterat, & pro recuperatione poſſeſſionum magno ſubſidio indigebat. Facta ſuper præmiſſis diligenti inquiſitione,& conſiderantes quod non reperiantur Monachi, qui in dicto Monaſterio reſiderent, habitisq. inter ſe tractatu & deliberatione maturis, ne prædictum Monaſterium totaliter remaneret deſertum, Monaſterium ipſum ad ſtatum ſeculare & collegiatæ Eccleſiæ reduxerunt, ſupprimendo Priorem ſeu Prioratus dignitatem & ordinem antedictum in eo, ipſamque dicti Monaſterij Eccleſiam in collegiatam & ſecularem erexerunt, ac dignitatem præpoſituræ crearunt, & ordinarunt in ea, ac voluerunt & ſtatuerunt quod prouentus ſiue redditus dictæ Eccleſiæ prouenirent in communi. Et de ijs tam Præpoſitus, quàm Canonici reſidentes victum

H 2 per-

perciperent etiam in communi. Nec non Præpoſito ſuo pro tempore exiſtenti curam Eccleſiæ S. Ioannis & Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ pro tempore exiſtentium ac Præpoſito & Capitulo prædictis inſtitutionem & deſtitutionem Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ S. Ioannis, ipſiſque Capitulo eiuſdem Eccleſiæ S. Ioannis quotiens tempus vacationis ingruerit, electionem Præpoſiti ſupradictorum commiſerunt; idemque Vicarius cum conſenſu Archipresbyteri & Capituli prædictorum auctoritate ordinaria quondam Michaelem Maurocenum dictum D. Stephanum in Præpoſitum præfecit, ac nonnullos alios Clericos idoneos tunc expreſſos in Canonicos eiuſdem Eccleſiæ creauit, & ordinauit. Et deinde Venerabilis frater noſter Albanus Epiſcopus Paduan. præmiſſa omnia, & ſingula per præfatos Vicarium, Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Paduan.; vt præmittitur facta & ordinata cum conſenſu Archipreſbyteri & Capituli prædictorum, auctoritate ordinaria confirmauit, prout in diuerſis litteris inde confectis Vicariatus Eccleſiæ Paduan. & Epiſcopi prædictorum ſigillis munitis plenius continetur. Quare pro parte Capituli eiuſdem Eccleſiæ Sancti Ioannis & Canonicorum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt reductioni ſuppreſſioni, erectioni, creationi, voluntati, & commiſſioni prædictis, ac omnibus alijs in ipſis litteris contentis, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere; nec non quod ad Præpoſituram eiuſ-

dem

dem Eccleſiæ vacantem ad præſens per obitum dicti Michaelis extra Romanam Curiam defuncti aliquam perſonam idoneam in ipſius Eccleſiæ S. Ioannis Præpoſitum eligere poſſint, concedere, ita quod huiuſmodi electio per prædictos Capitulum ipſius Eccleſiæ Sancti Ioannis, vel maiorem partem Capituli prædictorum facta, vel facienda canonicè, poſtquam electus ipſe electioni de ſe factæ conſenſerit, ipſo facto vim confirmationis habeat, ſtatuere & ordinare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, reductionem, ſuppreſſionem, erectionem, creationem, voluntatem, commiſſionem, & omnia in dictis litteris contenta, rata, & grata habentes, ea auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem. Et inſuper præfatis, Capitulo eiuſdem Eccleſiæ S. Ioannis quod ad prædictam Præpoſituram, cuius fructus, redditus, & prouentus, Centum florenorum auri ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, vt ipſi aſſerunt, non excedunt, ſic vacantem, aliquam perſonam idoneam in Præpoſitum ipſius Eccleſiæ eligere valeant, concedimus, ſtatuentes, ac etiam ordinantes, quod huiuſmodi electio per eoſdem Capitulum ipſius Eccleſiæ Sancti Ioannis, ſeu maiorem partem ipſorum canonicè facta, poſtquam electus huiuſmodi in eam conſenſerit, vim confirmationis habeat: ita quod

ipſe Præpoſitus ſic electus pro tempore, vno anno dumtaxat, dictam Præpoſituram regere debeat, & eodem anno elapſo, annis ſingulis ſucceſſiuè perpetuis futuris temporibus alius Præpoſitus pro tempore, modo ſimili eligi; & ipſam Præpoſituram per vnum annum dumtaxat obtinere debeat, atque poſſit, Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ Sancti Ioannis contrarijs, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatis, & alijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, ſuppletionis, conceſſionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Arimini ij Non. Februarij, Pontificatus noſtri Anno tertio.

R. gratis de mandato Domini noſtri Papæ,
F. de Modio.

S. Ioannis topographia. *Locus porrò iſte primum noſtræ familiæ in continenti habitaculum fuit, vbi Templum ſatis amplum & penicillo Andreæ Mantineæ clariſſimi pictoris Patauini exornatum cum organo, cuius valuulæ adhuc elegantiſſimi operis memoriam in meo Muſeolo conſeruant. Varijs etiam ornamentis protinus à noſtris auctum, aliquandiu ciuibus Patauinis atque exteris pro amœniori vitæ religioſæ ſeceſſu habitum: qui*

eo frequentiores acceſſerunt, quò diligentius loci forma, Cænobij ſtructura, & aucta ſacerdotum familia, omnia in conſpectum reuocabant, quæ abſentium monachorum incuria iam diu neglectui erant. Accedebat mira noſtrorum maiorum manſuetudo, & in excipiendis aduenis comitas, qua non ſecus ac priſci hoſpitalitatis cultores aduentantes fouebant, qui eorum colloquijs, cultu, candore admodum exhilarabantur. Cænobium ædi iungebatur binis porticibus circumſeptis, & in eorumdem areis ciſternæ limpidiſsimam aquam præbebant. Extra porticus horti procurrebant vitibus & arbuſtis grati, ſuiſq. ambulationibus commodi, viris nobilibus maximeq. Patauini Gymnaſij Profeſſoribus, qui, peractis ſacris, ad animi oblectationem, in eos non rarò diuertebant. Ædificia vbique ordine, ac nitore quoſvis allectabant. Superior contignatio, præter patrum cubicula, alia grandiora iuxtaq. cænaculum habebat. Inde conſpectus vrbis verſus ſeptentrionem, ad meridiem montium Euganeorum habitationi non minimum gratiæ venuſtatiſque attulit. Hic Antonius Corrarius Cardinalis noſtri Ordinis auctor religioſiſsimus magna probitatis fama poſt varios pro Eccleſia exantlatos labores extremos annos egit. Ea quippe loci ſuburbani amænitas erat, ea Patrum ſanctimonia, vt non pauci viri celebres hoc ſibi extremæ ſenectutis domicilium ſelegerint. Sed quæ rerum humanarum viciſſitudo eſt ſacrum hoc habitaculum Anno Salutis M D I X *in*

vr-

vrbis Patauinæ tutelam aduerſus hoſtem imminentem, auctoritate publica cum alijs ædificijs fuit deſtructum.

Sed & Gabriel *Condulmerius cum in Pontificis Curia arduas Eccleſiæ per ea tempora difficultates ſua prudentia & dexteritate ſuſtineret, in dies prouentibus & Eccleſiarum commendis auctus ſumma pietate opes pauperibus, commendas religioſorum Ordinibus diſtribuebat, id ſolum cogitans proximo & Deo integré ſuam operam probare. Hinc ſuæ Societatis memor, eam exemplo auunculi ſummo ſtudio ſummaq. liberalitate ornare nitebatur. Maiores verò noſtri intra clauſtra modicis contenti, vix vltra maris æſtuarium pedem proferre, vix rerum magnarum ſpem animo fouere audebant. Attamen cum iam Patauinorum ciuium precibus S. Ioannis ſeceſſum pia tranquillitate colerent recenti exemplo excitatus Gabriel bina eiſdem monaſteria, nempe S. Auguſtini extra Vicentiæ pomœria, & SS. Firmi ac Ruſtici ad municipium Leonicum in agro Vicentino ſibi à Pontifice conceſſa, eiuſdem auctoritate, reſeruatis ſibi* CCC *ducatis aureis, executore diplomatis Epiſcopo Veronenſi, eius loci præfecto Laurentio Iuſtiniano Anno* M CCCC VII *aſcripſit.*

Mccccvii

Cœnobiorum SS. Firmi & Ruſtici, nec non D. Auguſtini acceſſio.

Gregorivs Episcopvs Servvs Servorvm Dei *Venerabili Fratri Epiſcopo Veronenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dignum arbitramur, & congruum, ut illis ſe reddat Sedes Apoſtolica gratioſam,*

tioſam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter ſuffragantur. Dudum ſiquidem omnes dignitates, perſonatus, & officia, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura tunc apud ſedem prædictam vacantia, & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſeruantes decreuimus ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentare. Cum itaque poſtmodum Prioratus ſecularis & collegiatæ Eccleſiæ S. Auguſtini de S. Auguſtino, cui olim Prioratus SS. Firmi & Ruſtici de Leonico, tunc ordinis S. Benedicti canonicè fuit vnitus Vicentinæ Diœceſi per liberam reſignationem dilecti filij Gabrielis Condulmario, olim ipſius Eccleſiæ S. Auguſtini Prioris per eum, qui Theſaurarius noſter exiſtit de illo, quem tunc obtinebat in manibus noſtris ſponté factam & per nos admiſſam apud ſedem ipſam vacauerit, & vacet ad præſens, nullasque de illo præter nos hac vice diſponere potuerit ſiue poſſit, reſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Nos volentes dilectum filium Ioannem, alias Laurentium Iuſtinianum de Venetijs presbyterum Caſtellanenſis Diœceſis apud nos, de vita ac morum honeſtate, alijsque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu fauore proſequi gratioſo: Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi per diligentem examinationem eumdem Ioannem bene legere, bene conſtruere, & be-

I ne

ne cantare, ac congruè loqui latinis verbis, & alias idoneum ad dictum Prioratum S. Auguſtini qui curatus & dignitas principalis in ipſa Eccleſia S. Auguſtini exiſtit idoneum eſſe repereris, vel etiam ſi dictus Ioannes non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad Sancta Dei Euangelia, quod infra annum ac tempore examinationis huiuſmodi computandum bene cantare addiſcet: ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus: Prioratum S. Auguſtini prædictum, ad quem quis per electionem aſſumitur, cuiusque fructus, redditus, & prouentus mille ducatorum aureorum ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum, vt aſſeritur, non excedunt ſiue vt præmittitur, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcunque perſonæ, vel per Conſtitutionem felicis recordationis Ioannis XXII prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, EXECRABILIS *vacet etiam ſi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij, ad eamdem ſedem legitimè deuoluta, vel ipſe Prioratus S. Auguſtini diſpoſitioni Apoſtolicæ, alias ſpecialiter reſeruatus exiſtet, & ſuper eo inter aliquos lis pendeat indeciſa, dummodo tempore dat. præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum. Cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis præfato Ioanni auctoritate noſtra conferas & aſſignes inducens per te, alium, ſeu alios eumdem Ioannem vel Procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Prioratus S. Augu-*

ſtini,

ſtini, iuriumque & pertinentiarum prædictorum eadem auctoritate, & defendens inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ipſum Ioannem, vel dictum Procuratorem pro eo, ad Prioratum Sancti Auguſtini prædictum, vt eſt moris admitti. Sibique de ipſius Prioratus S. Auguſtini fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus tam piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII & prædeceſſoris noſtri, quam alijs quibuſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis nec non ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ contrarijs iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratis &c. Datum Senis II Idus Septembris. Pontificatus noſtri Anno primo.

Duobus paſſuum millibus ab Vrbe Vicentiæ collibus adiacet Cœnobium S. Auguſtini. Locus eſt ab hominum frequentia longè remotus, quem aquæ ex vicinis collibus adfluentes vndique cingunt, agris & vitibus fœcundus, aeris ſalubritate & dulciſſimo fructuum prouentu laudatur. Conſtructum fuit Cœnobium à Fratre Iacobo q. Cadi de Vico Sancti Felicis, quem Scaligerorum tempore natione Vicentinum morum honeſtate vitaque ſanctimonia omnibus gratum extitiſſe prodit nondum publici iuris factus Baptiſta Pagliarinus Vicentinæ hiſtoriæ ſcriptor clariſſimus. Is Diuo Auguſtino tutelari ſuo, cuius inſti- Cœnobij S. Auguſtini deſcriptio.

I 2 tuto

tuto coram Epiſcopo Vicentino Sperandeo die XXVI *Iulij Anni* MCCCX *nomen dederat, pijs Vicentinorum ſuffragijs templum erigere conabatur. Cæptum vero fidelium ſubſidio & continuatum biennio opus; bellorum ſæuities aliquandiu interrupit: Quod poſteà eorundem Scaligerorum auxilijs à Fratre Thomà abſolutum, Inſcriptio ad templi ſuper liminare indicat:*

MCCCXXII INDICTIONE V INCAEPTVM FVIT HOC OPVS ET EXPLETVM FVIT MCCCLVII INDICTIONE X. EXISTENTE PRIORE RELIGIOSO VIRO FRATRE THOMAEO DE VICENTIA.

Quæ Iacobus Templi dedit his fundamina ſacris,
Religione nitens humiles Simeonis imago
Hæc noua ſeu ſurgens veteri de ſtipite planta,
Baſilicæ Rector clauſtri, Paſtorq. Thomæus,
Cultibus immenſis auxit, miroq. decore
Auguſtine tibi renouans venerabile Templum
Scaliger ipſe Canis tribuit, & grandia dona,
Et Verona ſuum tulit, & Vicentia munus.
Sedulus hic Cimbris fauit, fratrumq. ſuorum
Plauſibus, & conſurgentis delubra peregit.
Sexq. patrum celebri ſtatuit noua templa dicari
Pontificum turba ſacra depicta figuris;
Voluerat à Chriſto tunc annos mille trecentos
Luſtraq. dena ſimul ſeptem Sol duxit & æſtus.

L. Iuſtinianus S. Auguſtini Cœnobium habitat.

Aſſumptis igitur aliquot ſocijs quinto ac vigeſimo ætatis anno ad hunc locum conceſſit Laurentius, cui præ-

præcipua cura fuit, vt ſanctitatis opinionem in animis omnium retineret. Quò non parum conferebat loci ſolitudo, ſed amœnitatis plena. Supereſt adhuc eius hic Muſeolum; vbi de Solitudine Commentariolum *ſcripſiſſe credibile eſt. Nec minor ei erat SS. Firmi & Ruſtici cura, qui locus in vertice collis poſitus Caſtello imminet cæli clementia gratus, totiq. planitiei, ſitu conſpicuus. Monaſterio autem penitus collapſo, ex ruderibus paucis patribus vix domicilium ſtruere licuit. Horum locorum Prioratum Iuſtinianus, vt refert ipſe Anno* M C C C C X I I *quinto decimo Ianuarij, certis & legitimis de cauſis ſponte, libere, & ex certa ſcientia renunciauit in manus D. Iuliani de Manerbio nomine ſuo & Canonicorum acceptantis, cui ab eodem Capitulo S. Auguſtini ſuffectus eſt D. Lucas de Eſte. Anno ſequenti ſecunda Septembris ſubrogatur ei D. Romanus Mediolanenſis; cumq. continua ſerie noſtræ Societatis alij ſecuti; quos ſuo loco memorabimus. Non igitur, vt in ſui ordinis Hiſtoria tradit Vir quidam eruditus in D. Auguſtini Cœnobio iacta fuerunt prima noſtræ Societatis initia; ac deinde ad S. Georgij de Alga Monaſterium tranſlata, quod aliquot ante hæc tempora annis Ludouicus Barbus in nos contulerat.*

Hoc ipſo anno X I I *Cal. Octobris Summus Pontifex petentibus Patribus per decennium conceſſit, eos ad ſacros ordines à quocunque catholico Antiſtite poſſe promoueri alio non obſtante, & quorumlibet* MCCCCVII

alio-

aliorum licentia ſuper hoc minimè requiſita.

Corrarius & Cõdulmerius ad dignitatẽ Cardinalitiam euecti.

Acceſſit nuperæ Pontificis liberalitati alia in noſtros primates benignitas, quam priuatim in ANTONIVM CORRARIVM, *&* GABRIELEM CONDVLMERIVM *huius Congregationis Auctores dignitate Cardinalitia teſtari voluit. Quorum prior, titulo S. Gregorij S. R. Eccl. Camerarius, & Bononienſis Epiſcopus, alter S. Clementis nomine, ac Senenſi Epiſcopatu eminuit. Ne verò dignitatis incrementum nobis Antonij Corrarij memoriam eximat, examinanda Morigiæ opinio, qui lib. 1. Originum Religionum cap. 43. eum ſui Ordinis fuiſſe contendit. Cui etſi multa reponere poſſem, hoc ſaltem ſufficit: quod eius Societas, vel ipſo teſte, ſemper triplici voto ſolemniter ſe obſtrinxerit; quod necdum in ea Sacerdotij munus receptum eſſet. Adde, quod Anno* M CCC XCV *primus inter Patricios Venetos Antonius Bembus Geſuatarum familiæ ſe adiunxerit. Quomodo ergo Antonius Corrarius noſter Anno* M CCC XC VI *Sacerdos, & Decanus Eccleſiæ Coronenſis, vt ex fide dignis membranis accepimus, illam Societatem Anno* M CCC XC IV *ingreſſus inibi decennium vixerit, cùm luce clarius fuerit, quod huius Templi præfecturam gerens, poſtea Maiores noſtros circa Annum* M CCC XC VIII, *&* M CCC XC IX *domi ſuæ vniuerit, quibus deinde numeroſiori contubernio creſcentibus primo Angeli Patrui Sedem Epiſcopalem, mox Cœnobium S. Nicolai,*

Morigiæ, & aliorum opinio expenditur.

tan-

tandem Anno M CCCC I *S. Georgij Inſulam habitauerit, quem locum Anno* M CCCC I V *publico Pontificis decreto obtinuiſſe ſupra tradidimus, nomenq. ab hoc loco ſumpſiſſe. Antonio igitur Corrario noſtri Ordinis initia deberi certum eſt: quem ille cum Gabriele Condulmerio, ceterisq.* X V *ſocijs iam cæptum Bonifacij Noni, & Gregorij* X I I *auctoritate fretus omni ſtudio ſtabiliuit. Neque hic concedere poſſum, Ludouicum Barbum fuiſſe Lateranenſis Congregationis Canonicum profeſſum, cum rationibus nondum confecerit vllus, S. Georgij in Alga Cænobium tunc à dictis Canonicis Regularibus habitatum fuiſſe, vbi D. Benedicti familiam Anno* MCCLXV, *et* MCCCVIII *vixiſſe conſtat ex decreto quodam maioris Conſilij Patauini: imo bonæ fidei auctor in vita Ludouici Barbi prodit, Cænobium hoc à familia Gattara extructum Monachis Caſsinenſibus Abbatiæ titulo traditum. Plures enim Religioſorum, & Canonicorum familiæ circa ea tempora S. Auguſtini nomine honeſtabantur. Quales fuiſſe duos Laicos, cùm à noſtris occuparetur locus, ibi repertos, ex reformationis Inſtrumento apertum eſt. Hos autem ex familia fuiſſe Eremitanorum, qui Ordinis S. Auguſtini ſunt, & Auguſtiniani Patres vocantur, quidam tradiderunt. Ludouicum verò Barbum iam tunc fuiſſe votis obſtrictum, non vſque planum eſt; Annos namque ſex, & decem natus, cum* M CCC XCVII *die tertio Aprilis Prioratum à Summo Pontifice Bonifacio de-*

Ludouicus Barbus neutiquam Canonicus Lateranēſis.

deſtinatum adiret; in diplomate CLERICI *de Venetijs Caſtellanenſis Diœceſis,non autem* CANONICI REGVLARIS *titulo appellatur. Etſi verò in diplomate Ludouicum iuuenem (vt verbis literarum Apoſtolicarum vtar) in Canonicum, & fratrem dicti Prioratus, ſiue in eo certus Canonicorum numerus ſit, ſiue non, recipi iubeat, etſi annuat profeſsionem edere: Attamen dum literis obtemperatur, nulla omnino de profeſsione mentio fuit. Solum is in poſſeſsionem Prioratus introducitur. Iam quippe omnia in commendam abierant. Accedit, quod nobis locum iſtum aſsignans Ludouicus Barbus, præter titulum, tertiam partem prouentus ſibi reſeruatam voluerit. Quod proprium eſt Prælatis Commendatarijs, & non ijs, qui veluti Regulares votis obſtricti. Commendam fateor ipſi debemus, non originem, cùm eiuſmodi beneficium cum alijs ſine originis prærogatiua ſæptus nobis commune fuerit. Imo vt ab initio rem ducam, adoleſcentulus admodum ad exquiſitam morum diſciplinam conſanguineis ſuis, imo fratri ſuo noſtri Ordinis Viris erudiendus tradebatur. Inter quos aliquot annis religioſiſsimè vixit, donec ſuis meritis D. Iuſtinæ Cœnobio Patauij præficeretur, ex quo tempore, poſtquam D. Georgij Cœnobium nobis integrè ceſsiſſet, eius loci Antiſtes primùm eligi cœpit. Non igitur tenerior ætas, nec munus commendæ perſuadere poteſt, Ludouicum Barbum Societati Religioſæ initia dediſſe, cui diſciplinam adoleſcens*

ſcens

ſcens debuit. Nec ſanè nobis, ei-ve indecorum fuiſſet initio eius Ordinis nomen tuliſſe, quem ab ipſis Eccleſiæ incunabulis floruiſſe tradunt. Imo Societas Canonicorum Lateranenſium Maioribus noſtris plurimum debet, cùm Antonij Corrarij, & Gabrielis Condulmerij rogatu Gregorius XII patruus Priuilegia, & Immunitates Canonicis Frigdionarijs conceſſerit, & in primis ipſos Canonicos in dicto loco commorantes à decimarum ſolutione, eorumq. bona à publicis vectigalibus etiam gratuiti ſubſidij immunes eſſe voluerit; Cænobium præterea S. Leonardi in Monte Dominico propè Veronam ipſis donauerit, electo eius loci Priore D. Benedicto Ariminenſi, ſuo quondam domeſtico. Cænobium pariter S. Mariæ Tremitanæ in Inſulis Diomedeis. Extat præterea in eos eximium Antonij Corrarij, & Gabrielis Condulmerij ſtudium, quorum ille S. Ioannis in Viridario Patauij commendam à Patruo conceſſam liberaliter dictis Canonicis Regularibus reliquit, hic alteram commendam S. Saluatoris Venetijs; ad ſummum verò diuina ope Pontificiæ dignitatis apicem euectus, non ſolum Prioratum S. Clementis Venetiarum defuncto D. Iacobo de Leonardis Charitatis Cænobio vniuit, & S. Bartholomæi Feſulani, S. Petri de Pado Cremonæ, S. Bartholomæi extra Vicentiam, S. Bartholomæi Piſtorienſis Cænobia, aliaq. eis conceſſit; ſed in illius cætus reſtaurationem mirè propenſus Lateranenſem præterea Eccleſiam priſco ſplen-

Corrarius & Cõdulmerius Canonicorũ Lateranẽſium fautores.

dore Canonicis Regularibus deſtinauit. Quare Anno M CCCC XLII *pace inter Italiæ Principes compoſita, quum Patres iſti Ferrariæ Comitijs adeſſent, Canonicos triginta duos ad reformandam Lateranenſem Eccleſiam Romam mitti iuſsit. Hi ſumma Pontificis benignitate, donec Cœnobium extrueretur, in palatio Lateranenſi alebantur, deputato eis tantiſper S. Silueſtri ſacello; vbi ſacra peragerent: Rebus ob abſentiam Pontificis turbatis, cùm eos Clerici Seculares abegiſſent, Anno* M CCCC XLIV *Pontifex eos timidos, animiq. dubios reuocat. Auctor eſt Penotus inſignis Theologus, ſuæq. Societatis Hiſtoricus, quòd ſtudio, precibusq. Venerab. Patrum D. Arſenij, & D. Cypriani Monachorum S. Iuſtinæ, & D. Matthei Canonici S. Georgij in Alga, qui tunc à cubiculis erant Pontifici, placatus tandem Eugenius quarto Idus Ianuarij* M CCCC XLV *eos Canonicos Baſilicæ Lateranenſis declarauerit, ac ſequenti anno Canonicos Frigdionarios verè Canonicos Lateranenſes pronunciauerit, nec amplius S. Mariæ de Friſonaria, ſed Saluatoris Lateranenſis cognomine appellandos. Maiorum itaque noſtrorum cura vniuerſus Canonicorum Regularium Ordo iam denuò florere cœpit. Cuius incrementa, ſplendorq. diuerſis cœnobiorum redditibus, & immunitatibus reſtitutis æternæ* CORRARII, *&* CONDVLMERII *memoriæ debentur. Sed ne in re nota diutius hæream, imo vt ad noſtrum inſtitutum redeam, ſilentio indi-*

gna

gna mihi videtur GABRIELIS CONDVLMERII *cum candore certans liberalitas, qui purpura Cardinalitia inſignitus Anno* MCCCCVIII *menſe Iunij, in eo honorum faſtigio, ſub grauißimorum negociorum onere, grata loci memoria, & amicorum, quos ibi coniunctißimos reliquerat, memoratam auri ſummam quintodecimo Decembris eiuſdem anni ſuæ Religionis alumnis vltrò conceßit hac verborum forma.* Gabrielis Cōdulmerij liberalitas in Canonicos Seculares.

GABRIEL *miſeratione diuina tituli S. Clementis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter, Cardinalis Senenſis vulgariter nuncupatus, Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Vniuerſitati veſtræ notum facimus per præſentes, quod cùm dudum de Prioratu ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Auguſtini de S. Auguſtino, cui Prioratus Sanctorum Firmi, & Ruſtici de Leonico S. Benedicti Vicentinæ Diœceſis canonicè fuit vnitus, per liberam reſignationem per nos tunc dictæ Eccleſiæ Priorem, in manibus Sanctißimi Domini Gregorij Diuina prouidentia Papæ XII liberè, & ſpontè factam, ac per eumdem Dominum noſtrum admiſſam, vacante, & antea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruato, Venerabili Viro Ioanni aliàs Laurentio Iuſtiniano de Venetijs Presbytero Caſtellanenſis Diœceſis, idem Dominus noſter per ſuas literas gratioſè mandauerit prouideri, vt in ipſis plenius continetur, volens nobis qui tunc Theſaurarius præfati Domini*

noſtri eramus, vt ſtatum noſtrum decentius tenere valeremus, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, ex fructibus, redditibus, & prouentibus dicti Prioratus Eccleſiæ huiuſmodi trecentos ducatos annis ſingulis per Ioannem prædictum, ac ſucceſſores ſuos Priores dicti Prioratus, qui pro tempore fuerint, nobis quoad vixerimus efficaciter perſoluendos in feſto eiuſdem S. Auguſtini, ſeu in alio termino, de quo cum dicto Ioanne concordaremus, auctoritate Apoſtolica duxerit reſeruandos, prout in literis Apoſtolicis exinde confectis clariùs, & pleniùs continetur. Nos igitur præfatum Ioannem, quem beneuolo proſequentes affectu, & morum decore, vitæ honeſtate, ſcientiæ claritate, deuotionis vbertate, aliarumq. multiplicium ſuarum virtutum donis, ac ipſius, & ſociorum ſuorum exemplaris vitæ excellentia, quibus ad inſtar Sanctorum Patrum laudabiliter fulgere noſcuntur, noſtri fauoris, & gratiæ munera ſentire volentes, dictam reſeruationem dictorum trecentorum ducatorum per eumdem Ioannem, & ſucceſſores ſuos annis ſingulis Nobis, vt præmittitur ſoluendorum, & per præfatum Dominum noſtrum factam, eidem Ioanni quoad vixerit dimittimus, & relaxamus, ipſumq. & ſucceſſores præfatos à ſolutione dictorum trecentorum ducatorum, vt prædicitur nobis facienda, tenore præſentium abſoluimus, & etiam liberamus. In quorum teſtimonium præſentes literas fieri, & ſigilli noſtri iuſſimus appenſione muniri. Datum Arimini Ann. Do-

Domini M CCCC VIII. *Indictione prima, die* XV *menſis Decembris; Pontificatus præfati Sanctiſſimi Patris, & Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XII. anno ſecundo.*

Inſigni Religionis ardore flagrans Summus Pontifex, poſtquam S. Benedicti ſodalitatem bellorum pernicie ac temporum calamitate apud Italos ferè collapſam perſpiceret, eam priſtini nitori reddere cogitat. Vbi primum ſe obtulit ſplendidum D. Iuſtinæ Cœnobium, cuius reſtauratio inter cetera animo obuerſabatur. Pio huic inſtituto maximè aptus cenſebatur LVDOVICVS BARBVS *Canonicorum Congregationis, & Patria Venetus.* ANTONII CORRARII *nepotis conſilium ſecutus Pontifex, iam cognita Ludouici virtute, ac vitæ integritate, in rebus agendis prudentia, atque eruditione non contemnenda, cui S. Cypriani Abbatiam nuper obtulerat, habito ſacro Senatu ſexto Calendas Ianuarij Abbatem S. Iuſtinæ dicit Ludouicum Barbum. Ea Arimini agebantur, vbi* GREGORIVS *XII Pont. Max. ſchiſmatum procellis iactatus reſidebat, quò, vt diuinis monitis, ac amicorum conſilijs obtemperaret, contendens Ludouicus Barbus cùm gratias Pontifici egiſſet, iubetur ſolenniter Abbatis dignitatem accipere. Monaſtico igitur habitu indutus S. Benedicti Regulam* III *Nonas Februarij* M CCCC IX *ætatis* XXVII *Ludouicus coram Epiſcopo Tiphernate Ioanne à Puteo profeſſus & Abbas conſecratus*

Benedictinorum reſtauratio.

M cccc ix.

Lud. Barbus S. Iuſtinæ Pattauij Abbas declaratur.

etiam

etiam Summo Pontifici obedientiam vouit, aſſumptis in diuini operis ſubſidium duobus ſuæ Societatis S. Georgij Canonicis, ſcilicet Stephano Mauroceno, & Franciſco Barbo ſumma animi integritate vitæq; ſanctimonia, quæ ipſi fuere diuinitus mandata exequitur, collapſumq. Cœnobium, ac Ordinem priſtino nitori reſtituit, quemadmodum publica teſtantur tabulæ, à Iacobo Cauacio ſummæ fidei ſcriptore in Hiſtoria Cœnobij S. Iuſtinæ relatæ.

Poſtquam igitur in S. Iuſtinæ monaſterium diſceſſiſſet Ludouicus Barbus, relicto noſtris S. Georgij de Alga Cœnobio, Antiſtes nouus vi Priuilegij iam conceſſi quotannis creari cœpit. Ea vero fuerunt Laurentij merita, vt poſtquam Antonius Corrarius & Gabriel Condulmerius noſtræ veluti proſapiæ patres Romam abierant, vbi varijs à Patruo dignitatibus aucti detinebantur, ipſe ſolus videretur molem hanc incepti ædificij ſuis humeris ſuſtinere; in qua humiliores, & abiectiores ij primi ceteris præferebantur, ad quos etiam veluti perfectiores reliqui patres animo imbecilliores accedebant. LAVRENTIVS *autem miro Chriſti ardore efferueſcens, orationi & contemplationi perpetuò addictus, humilitatem ita præ ceteris virtutibus colebat, vt eam virtutum reginam appellaret; cui inſignis magnitudo & patientia in ferendis iniurijs acceſſit. Rarum huius exemplum narratur. Quum aliquando in congreſſu Patrum de monaſterij negotijs ageretur, frater quidam ſimplicio-*

Lau. Iuſtiniani dotes.

ris

ris ingenij, vel mali ſpiritus ductu, inſimulauit Laurentium tamquam inſtituti neſcio cuius præuaricatorem: Laurentius etſi cognoſceret hominis ingenium, & animi illius defectum, nec ſe purgare difficile sciret, ſubſtitit tamen initio quaſi obiecta non audiret, tandem lento gradu vultu nihil mutato, in medium illorum patrum procedens, flexis genibus, parcite (inquit) Patres: peccaui in cælum, & coram vobis, ecce quam mihi impoſueritis pœnam libenter ſubibo. Ea optimi Patris humilitate motus frater ille & pœnitentia ac dolore ductus, illico ad Laurentij pedes profectus de contumelia immerito illata veniam poſcit. Alia pariter vice, cum ei ſimile quippiam falsò impingeretur, loquendi & tacendi tempora prudentiſſimè diſcriminans, nihil reſpondit, ne aut mendax confeſſio malum exemplum proderet, aut negatio contentionem gigneret. Hiſce alijsq. virtutibus præfulgens ſidus hoc noſtrum ita cunctos in ſui obſequium alliciebat, vt Anno M CCCC IX *die ſecunda Septembris vnanimi conſenſu primus Congregationis Sancti Georgij ab Alga Prior ſolemni ritu ſalutaretur.* Lau. Iuſtinianus primus Canonicorum Rector. *Vniti Patres Apoſtolorum exemplo numen ſic adorſi: Tu Domine qui corda noſtra noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his vnum accipere ſortem miniſterij huius. Edita vix voce diuini ſpiritus inſtinctu Laurentium Rectorem primum Societatis nominant, cui mox manus oſculo & ſigilli oblatione obſequium teſtantur. Is autem parere quàm imperare promptior*

ptior conſtanter reluctabatur. Sed patrum votis precibusq. tandem victus, cæleſtis numinis auſpicio dux gregis electus ſanctè & piè Societatis infantiam ad virilem ætatem perduxit.

Lud. Barbus Concilio Piſano interuenit.

Hoc tempore Concilio Piſas conuocato Ludouicus Barbus Abbas Gregorij XII Pontificis loco interfuit. Pontifex enim Sauonam profectus Benedicto XIII. ſeſe ad abdicationem Pontificatus pro publica Eccleſiæ tranquillitate offerens, cum illuſus ab eo videretur, dicto Concilio parere noluit. Inde ſchiſma non ſublatum, ſed auctum, vt rectè Sanctus Antoninus Conuentum Piſanum illegitimum conciliabulum pronunciauerit.

Mccccx. Anni ſequentis tertio Septembris LAVRENTIO D. Iulianus de Manerbio hac forma ſubrogatur.

Ritus eligendi Rectorem.

Notum ſit vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quod vacante Eccleſia, & monaſterio S. Georgij in Alega Caſtellanen. Diœceſis milleſimo quadringenteſimo decimo, die tertia Septembris, infraſcriptis Canonicis præfatæ Eccleſiæ & monaſterij S. Georgij in Alega, ſcilicet DD. Auguſtino de Gaſtaldis de Papia, Marino Quirino, Laurentio Iuſtiniano, Luca de Eſte, Angelo de Venetijs, Dominico Mauroceno, Iuliano de Manerbio, Baſiano de Mediolano, & Hieronymo de Placentia in vnum per ſonum campanæ in capitulo eiuſdem Eccleſiæ & monaſterij S. Georgij pro prouiſione, & electione Prioris eiuſdem Eccleſiæ & monaſterij congregatis, qui ad faciendam maiorem

par-

partem Capituli, ac penes quos totum ius Capituli reſidebat alijs Canonicis abſentibus & extra prouinciam exiſtentibus, habito debito tractatu ſuper electionem ipſius Prioris Eccleſiæ & Monaſterij Sancti Georgij in Alega propoſuerunt & deliberauerunt electionem celebrare per inſpirationem Spiritus Sancti Deo magis gratam & Iuri conſonam. Idcirco eiuſdem Spiritus Sancti gratia inuocata omnes ſupradicti Canonici vnanimiter & concorditer nemine diſcrepante publicè & alta voce nominauerunt & elegerunt in Priorem ſupradictæ Eccleſiæ, & Monaſterij S. Georgij in Alega venerabilem virum D. Iulianum de Manerbio. In cuius teſtimonium ipſum Capitulum has literas fieri mandauit, & communi ſigillo Prioris Sancti Georgij & Capituli ſubſcriptione muniri.

Ego Marinus Quirinus Canonicus S. Georgij ſubſcr.

Ego Baſsianus de Mediolano Canonicus S. Georgij ſubſcr.

Ego Dominicus Mauroceno Can. præf. Monaſterij ſubſcr.

Ego Angelus præfati Monaſterij Can. ſubſcr.

Ego Lucas Canonicus præfati Monaſterij ſubſcr.

Ego Auguſtinus Canonicus S. Georgij ſubſcr.

Ego Laurentius Canonic. præfati Monaſterij ſubſcr.

Ego Hieronymus de Placentia Canonic. præf. ſubſcr.

Anno M CCCC XI & M CCCC XII *qui fuerunt Rectores, temporis iniuria deperditis actorum*

tabulis obſcurum eſt. Solius Laurentij Iuſtiniani me-
Mccccxiii *moria eſt in archiuis noſtris, quem An.* MCCCCXIII
denuo die ſecunda Septembris S. Georgij Rectorem nominatum fuiſſe ex ſubiecto Collegij noſtri monumento planum erit.

I. Iuſtinianus denuò Rector electus.

In Christi Nomine Amen. *Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo decimo tertio, die ſecunda Septembris, Nos infraſcripti Canonici monaſterij, & Eccleſiæ S. Georgij in Alega Caſtell. Diæceſis, ſcilicet D. Laurentius Iuſtinianus, Romanus de Mediolano, Auguſtinus de Gaſtaldis de Papia, D. Marinus de Venetijs, D. Baxianus de Mediol. D. Nicolaus de Cremona, ac D. Bernardus de Cremona facientes & repræſentantes maiorem partem Capituli & Conuentus & Eccleſiæ S. Georgij, & in quibus ius & poteſtas totius Capituli reſidebat, in vnum ad ſonum campanellæ more ſolito capitulariter conuocati, & congregati in Capitulo prædictæ Eccleſiæ ſiue monaſterij S. Georgij in Alega pro electione celebranda Prioris ipſius monaſterij & Eccleſiæ S. Georgij tunc vacantis, habito prius diligenti tractatu de perſona idonea eligenda; conſiderantes quod vacationes monaſteriorum, & Eccleſiarum, vt plurimum conſueuerunt eſſe damnoſæ, palamque ibi propoſito, quod tribus vijs poteſt procedi ad electionem nouiter celebrandam, videlicet vna ex forma inſpirationis Spiritus Sancti, vti magis Deo gratam, & Iuri conſonam. Idcirco eiuſdem Spiritus Sancti gra-*

gratia inuocata: Nos igitur omnes ſupradicti Canonici ſcilicet D. Romanus de Mediolano, D. Auguſtinus de Gaſtaldis de Pauia, D. Iulianus de Manerbio, D. Marinus de Venetijs, D. Lucas de Eſte, D. Angelus de Venetijs, D. Dominicus de Venetijs, D. Baxianus de Mediolano, D. Nicolaus de Cremona, D. Bernardus de Cremona facientes maiorem partem Capituli, vt ſupra vnanimiter, & concorditer noſtrorum nemine diſſentiente nominauimus, & elegimus pro hoc anno proximè futuro iuxta tenorem & formam Priuilegiorum Apoſtolicorum antedictæ Eccleſiæ, & monaſterij S. Georgij in Alga Caſtellanenſis Diœceſis venerabilem virum D. Laurentium Iuſtinianum de Venetijs ibidem tunc præſentem in Priorem prædicti monaſterij & Eccleſiæ S. Georgij in Alga, committentes eidem curam, regimen, & adminiſtrationem dictorum Prioratus & Eccleſiæ cum omnibus iuribus ſpiritualibus, & temporalibus, ac mandantes ſibi per quos ſpectat & pertinet de fructibus, redditibus, & iuribus quibuſcumq; ad ipſum monaſterium, & Eccleſiam quomodocumq; ſpectantibus, & pertinentibus pro hoc anno reſponderi: Quam quidem electionem dictus D. Laurentius humiliter & deuotè acceptauit, & à cunctis Canonicis ibi adſtantibus pacis oſculum in ſignum inueſtituræ accepit. In quorum teſtimonium has literas fieri mandauimus, & communis ſigilli Prioris ſcilicet & Capituli dictæ Eccleſiæ ſiue monaſterij S. Georgij in Alga

Caſtellanæ Diœceſis impreßione muniri.

Lau.Iuſtiniani dotes.

Porrò veluti ex ſonoro vocum concentu vel organi docta cognoſcitur artificis manus, & ex verborum ordinata dictione oratoris patet facundia; ſic ex recta regiminis moderatione clareſcit laus & virtus illius, qui præeſt. Modicum eſt alijs parere, magnum eſt, & propè Diuinum rectè alijs imperare. nam qui benè imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt, & qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe. Quod quidem Laurentius agnoſcens, dum ſe rebus gerendis imparem prædicat, inſtantibus enixè Patribus, vt publicis votis & Deo acquieſceret, in electionem Prioratus conſenſit, quam alia vice modeſtè reiecerat. Bono ſanè conſilio. Etenim cùm nihil ſit laborioſius eorum vita, qui rebus gerendis præſunt, nec Deo quicquam gratius, ſi eo quo noſter iubet Imperator Chriſtus animo ſtudeant prius ſui animi deindè corporis affectus ſub iugum continentiæ reſtringere, vt alios valeant ſine rubore corrigere, & ad frugem reuocare, prima illis cura incumbit, vt prudenter quæuis exequantur, deindè iuſtitiam præcipue colant, vt nihil videantur gratia vel odio egiſſe, ſed cuiusq. meritis locum reliquiſſe, ac tandem ſummæ virtutum perfectione, charitate chriſtiana, ſocios complectantur.

Ita Laurentius monaſterij Rector tamquam id ſibi muneris contemptui potius eſſet, quàm honori, infima quæq. miniſteria obibat, ſua contemni, ac deſpici

cupic-

cupiebat. Nihil niſi de peccatis ſuis loqui, ſua deteſtari: frequentes de humilitate Domini Ieſu & Beatiſſimæ Virginis inſerebat ſermones. Ea moderatione alios regebat, vt iiſdem obedire cenſeretur. Donum illi diuinitus collatum erat, vt omnes cum quibus loqueretur, læti ſemper ac hilares ab eius conſpectu redirent. Maxima cura fuit ſuis aßiſtere, mæſtos conſolari, imbecilles ſubleuare, curare infirmos, laborantibus ſubuenire, cogitationes & diabolicas inſidias ſua oratione ab eis arcere. Inde boni iuxtaq. mali, ſine vllo pene diſcrimine, illum colebant. Sic eius verba, oculi motus, & omnia quæcumq; aut diceret, aut faceret (tanta erat virtutis & gratiæ vis) rapiebat animos mortalium in ſui amorem, & admirationem, vt frequenter alij religioſorum cœtus ad eum conuolarent, vt de vita religioſe ducenda, de vita cœlitus comparanda eius monita auribus auidis haurirent. Sermone fuit ſuaui, breui, & ponderis pleno, concionibus tamen ad populum parum apto, cum nec ſpiritu, nec lateribus eſſet firmis. Sæpius tamen ad ſuos ſermonem habuiſſe fertur: vbi illud memoria dignum accepimus. Cum aliquando ſub vmbra fagi Patribus concionaretur, ecce repente nimbis ac tonitribus incredibili cum fragore cœlum miſceri viſum eſt; cumq. patres hinc pluuiam, hinc grandinem metuerent, ſubridens ille, quieſcite, inquit, hæc Satanæ ludibria ſunt. Vixq. hæc præfatus, ſubito cœlum miras poſuit. De humilitate, manſuetudine, & inſigni charitate

ritate

ritate ipſius plura non afferam; nec de ieiunijs & corporis macerationibus. De paupertatis amore ſummaq. in Deum confidentia & orationis efficacia hoc vnum addam. Contigerat forte vt cœnobij tectum conflagraſſet, ſub quo patres omnem annonam repoſuerant. Aberat eo die Laurentius. Redeunti fratres mœſti occurrentes cùm infortunium narrarent, Laurentius nihil à ſe diuerſus reſpondit: Quid mali vobis accidit? Nunquid paupertatem timetis? Qui dat ſemen ſerenti, panem etiam ad manducandum præſtabit, modò ei fidamus. Nunquam deſerenda in Deum fiducia, in qua animi vita conſiſtit. Conſulto Dei donum religionis hominibus occultatum eſt. Nam ſi ab omnibus eius felicitas cognoſceretur, omnes ſpretis humanis illecebris, ad eam amplexandam confugerent: nemo bene ſciret, quid eſſet humilitas, niſi qui à Deo accepiſſet, vt eſſet humilis, in nullo enim tam falluntur homines, quàm in humilitate cognoſcenda. Contendentibus ad religioſam vitam pluribus, ſapienter incommodum præuidit, vix morum rigiditatem ea frequentia & numeroſo ordine, diu ſubſiſtere poſſe. Hinc nobili Veneto filium noſtris parentum ſuaſu adſcriptum repoſcenti his verbis reddidit: accipe filium tuum; religionis donum à Deo, non ab hominum oblectamentis: longè deterius eſt à religioſa vita deficere, quàm eam nunquam ſuſcepiſſe. Miram animi moderationem & prudentiam exornabat frequens pietatis exercitium. Nunquam enim ſacra

cra

cra intermiſit, niſi grauiſsima valetudine impeditus, affirmans quod, cùm poſſet Domino ſuo frui, nec frueretur, facile ſe declararet Domini ſui curam non habere. Seculi felicitatem auxit Thomas Mocenigus, qui defuncto Steno Venetorum Duce ad Reipublicã principatum electus decem annis ſumma cum prudentia rebus præfuit. Th. Mocenigus Venet. Dux eligitur.

Laurentio Iuſtiniano ſucceſsit tertia Septembris MCCCCXIV *Nicolaus Cremonenſis, vir genere & eruditione clarus. Ea vero erat Sereniſſimi Senatus Veneti in noſtros benignitas, vt* XXII *Iulij Dux Thomas Mocenigus Rectoribus Patauinis Leonardo Mocenigo, & Sanctio Venerio præciperet, ne prædia noſtra in agro Patauino ad cenſum vocarentur. Circa hæc tempora florebat Romæ* ANTONII *Corrarij, &* GABRIELIS *Condulmerij Pontificis nepotum pietas, & in rebus agendis dexteritas: ambo pij, Deum ſuppliciter orantes, vt ſublatis tandem Eccleſiæ diſsidijs, tranquillitas Orbi Chriſtiano redderetur. Iam* CORRARIVS *cœnobium D. Iuſtinæ Patauij ſibi à Pontifice creditum Ludouici Barbi tutelæ reliquerat, cuius prouidentia religioſorum numerus, cæteraq; loci ac diuini cultus ornamenta inſigniter creuerant. Inde* CONDVLMERIVS *æmulus virtutis, quæ in ipſo elucebat, coniunctiſsimus Abbatiam S. Pauli Romæ à patruo conceſſam reſtaurare meditabatur. Templum ob Pontificum Auenioni abſentiam malè habitum: Benedictini* MCCCCXIV Corrarius Cœnobiũ S. Iuſtinæ L. Barbo concedit.

Clu-

Cluniacenſes Monachi diſperſi: ruptis Eccleſiæ laquearibus, tectoq. diruto, mera imminebat ruina, quod reliquum erat ſtructuræ in aduenarum culinas, & ſtabula abierat: minima huius immenſæ molis fa-ctris inſeruiebat. GABRIEL *itaque reparationem cogitans Ludouicum Barbum Abbatem rogat, ut quamprimum Monachos mittat. Abbati placuit Cardinali optimè de ſe merito ſatisfacere, & Ordini ſuo tum decus, tum ſubſidium Romæ adferre. Monachis igitur* XVI *præmiſsis, ipſe cum duobus ſecutus maxima omnium gratulatione, & ipſius Cardinalis lætitia exceptus eſt. Res noua omniumq. conſpectu digna, tres Societatis noſtræ auctores, Antonium, Gabrielem, purpura inſignes, & Ludouicum Abbatem per Vrbem incedere, veluti priſcæ religionis, & ſanctitatis antiſtites, in reſtaurandis ſacris ædibus, in Religioſorum Ordinibus reformandis non minori pietatis ſtudio, quam alacritate occupatos, accedente in primis liberalitate Cardinalis. Etenim ſub aduentum Abbatis, in reparationem Eccleſiæ & ædificiorum Cardinalis cæpit proprium æs profundere ea promptitudine, ut precioſam etiam ſupellectilem oppigneraueri.*

Cõdulmerius S. Pauli Abbatiã Benedictinis tradit.

Itaque ingentes animi conatus poſtquam breui expleuiſſet, deducta Monachorum colonia Eccleſiæ ſacris adhibetur. Incolæ vndiq; confluunt, pio inſtituto opem ferentes, ut priſtino decori nihil deeſſet. Per hæc tempora Congregationi S. Iuſtinæ adiecta fuit vetus Abbatia Sancti Sixti, quam Angilberga Auguſta

S. Sixti Abbatia S. Iuſtinę addita.

coniux

coniux olim Ludouici II Cæſaris, Placentiæ conſtruxerat, & altera ibidem non inferior prouentibus. CONDVLMERIVS *porrò Benedictorum incrementis ſtudens ampliſsimum Venetijs S. Georgij Maioris cœnobium, prolapſa Monachorum diſciplina ſibi creditum poſtquam ſacris reddidiſſet, dictæ Congregationi addidit. Atque hac maiorum noſtrorum diligentia Diuæ Iuſtinæ Congregatio ad ſublimem priſci ſplendoris gradum euecta fuit.*

Sigiſmundus iam ſui imperij initio in Italiam venerat, vt de publico concilio cogendo tollendi ſchiſmatis cauſa cum Ioanne XXIII deliberaret; ad Gallorum quoque Regem profectus, ipſum in eandem ſententiam cum alijs Principibus pertrahere conabatur. Conuocato itaque anno M CCCC XIV *quinto Nouembris Conſtantiā Concilio vniuerſali, Ioannes XXIII, vt Chriſtiani Orbis quieti conſuleret, ſponte dignitatem Pontificiam deponit. Angelus pariter Corrarius Gregorij XII titulo incomparabilis noſter Patronus publicæ pacis ſtudio die quarta Iulij* M CCCCXV *procuratore ſuo Carolo Malateſta Arimini Domicello ſponte Pontificatu ceſsit, ac poſtea Synodi decreto Cardinalis creatus Epiſcopus Tuſculanus, Collegijq. Cardinalium Decanus, perpetuusq. Piceni Legatus, cunctis eius actibus confirmatis, Recanati paulo ante Martini V creationem nonagenarius extremum vitæ clauſit Anno* M CCCC XVII, *ibidem in maiori Templo conditus hoc elogio.*

Cōcilium Conſtantienſe.

Gregorius XII Pontificatū deponit.

Eiuſdem obitus.

Maximus Eccleſiæ Princeps, ſummusq. Monarcha
Ordine Gregorius biſſenus clauditur arca
Hic pro pace datus, cæleſti munere ſemper
Ferbuit æthereos ſuperis munire decenter.
At bis ſchiſma malum, facta hæc dementia Piſis,
Ipſe prius releuat, facta eſt Conſtantia teſtis,
Cardine bis ſacro Paſtoris conſcia ſede.
Marchia ſuſcepit Recanati Flauius æde.

Obijt Anno Domini M CCCCXVIII.

Tanta verò fuit Viri huius pietas, vt S. Antoninus, dum eorum vitas perſequitur, qui ſanctitatis opinionem reliquerunt, ipſum haud dubiè propter ſummam in aduerſis conſtantiam D. Stephano compareret.

Huius Pontificis ſepulcrum Anno M DCXXIII *ob constructionem palpiti muſici ab Eminentiſſimo Cardinali Roma illius Vrbis Epiſcopo cum deſtrueretur, cadauer habitu Pontificio adhuc ſarto ornatum maxima omnium admiratione integrum fuiſſe ex literis Cl. Viri Gonfalonerij Archidiaconi Recanatenſis habemus.*

Non minimum ſanè Conſtantienſis Concilij obſequium fuit in Pontificem; quod Cardinales ab eo creatos, de quorum auctoritate hærente ſchiſmate dubitari poſſet, ſacro Collegio adſcriberet. Viri nempè erant omnes conſpicui, Antonius Corrarius Venetus S. Ro. Eccl. Camerarius, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ, D. Gabriel Condulmerius Venetus presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, Petrus

Mauricenus Venetus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ, Fr. Ioannes Dominici Florentinus, Ordinis Prædicatorum presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, Angelus Barbadicus Venetus presbyter Cardinalis Sanctorum Marcellini & Petri, & Bandellus de Bandellis tit. S. Balbinæ. Concilium verò die VIII *Nouembris* MCCCCXVII *Othonem de Columna Martini V. nomine ſummum Pontificem eligit.*

Priore S. Georgij in Alga Laurentio Iuſtiniano, vigeſima ſecunda Aprilis Conſtantienſe Concilium finem habuit. Summus Pontifex licet ab Imperatore rogatus, vt in Germania aliquandiu moraretur, XVII *Cal. Maij Conſtantia diſceßit, ac per Sabaudiam in Italiam reuerſus menſe Octobri cum Mantuam veniſſet, aliquot ibi menſes traxit. Hic ſub* XV *Cal. Decembris Martinus Quintus, vt aliquod grati animi monumentum in Gregorium XII ederet, Angelo Barbadico Cardinali è viuis erepto, Antonio Corrario Cardinali defuncti Pótificis nepoti Prioratum S. Angeli Veronæ ſponte conceßit. Quem locum* CORRARIVS *noſtri memor* XVIII *Cal. Februarij* MCCCCXIX *Canonicis noſtris liberaliter tradidit. Ludouicus Barbus S. Iuſtinæ Abbas die ſeptima Auguſti eiuſdem anni Romano Mediolanenſi S. Georgij in Alga Priore negocium hoc ſibi commiſſum exequitur.*

Purpurati Patris munificentia hoc in primis loco elucet. Collis enim vertice S. Angeli Cœnobium in-

Mccccxviii

Corrarius S. Angeli cœnobium noſtris cedit.

Mccccxix

S. Angeli cœnobij deſcriptio.

ter arces S. Felicis, & S. Petri imminet. Gemina via huc iter eſt: quæ per mœnia vrbis vetuſtiora ducit, facilior eſt; altera ex vrbe accliuior, cuius medio viuæ aquæ fons irrigans feſſis ſitim leuat. Accedentibus obuium eſt Templum antiqui operis, vnico fornice erectum: vbi chorus, aræ quinque, organum, ceteraq. ſatis exornata. Hinc in cœnobium via patet, cui nihil deeſt ad habitantium commoda. Area namque ſuis periſtylijs clauſa ciſternam habet: ædes omnis generis domicilio inſtructæ. Parte abditiore, amœniſſimus eſt proſpectus in hortos & adiecta hic olíueta, muro cincta, adeoq; in vniuerſam ciuitatem; qua ferè nihil oculis gratius; ſiue ſpectes ſplendida vndique circumfuſa ædificia, ſiue vireta, hortosq; nobiles, Templa, fora, plateas, & celebre Amphitheatrum, quod Arenam *ciues appellant, quæ omnia interluit pleno curſu ingens Atheſis, quem incolæ magnificæ ſtructuræ quatuor pontibus ſuperant. Taceo vicinos colles, prata & reliquam benignæ matris naturæ prodigalitatem. Habitantes exhilarat ampliſſimum pomarium frutetis & vitibus fœcundum; quamquam anguſtior hodie loci ambitus ſuadente ita neceſſitate publica, ad munimenti vſum. Dignitati nihilominus nihil planè detractum. Rector quippe Sancti Angeli adhuc Sancti Petri Archipresbyteratus titulo gaudet. Redditus augent agri opulentiores Sancti Petri in Cariano, quinto ab vrbe lapide; Item pagi Bonamici, vbi alia prædia & ædes Parochialis, cui*

è no-

è noſtris ſacerdos cum facultate decimarum præeſt.

Nec inferiori affectu Pontifex Condulmerium proſecutus eſt, quem Piceni Legatum Bononienſibus ſibi infenſis mittit: Is verò ſublata ſeditione Pontifici gratiſſimus fuit. Corrarij exemplo ſummus Pontifex, cum ad eius aures maiorum noſtrorum quæ erat ſanctimoniæ fama perueniſſet, noſtram ſodalitatem ampliare ſtudens, ſingulari benignitate breui tempore bina nobis iunxit cœnobia. Nempe die XXII *Aprilis* MCCCCXIX, *quod D. Gregorij ſacrum ea ætate extra portam S. Vitalis in agro Bononienſi erat ſitum; ſequentis vero anni decima Decembris, Rectore S. Georgij in Alga Hieronyma Placentino, S. Iacobi Montiſilicis alterum: quorum ſingula ſuis confirmauit literis. Ingens profectò liberalitatis argumentum, ſiue commoda, ſiue ſplendorem ſpectes. De origine eorum hæc habuimus.* Mccccxx

Cœnobium S. Gregorij olim Canonici Ordinis Sancti Auguſtini habitauere, quibus bellorum illius temporis ſæuientium iniuria diſperſis, in commendam abijt, vno D. Gregorio Priore cum laico ex omnibus Patribus ibi relicto; qui ætatis prouecta & quotidianæ calamitatis pertæſus ſummo Pontifici ſupplices de reformatione loci libellos porrigit. Cui Pontifex annuens reformandi auctoritatem Nicolao Epiſcopo Bononienſi diplomate committit. Is igitur ad dicti Prioris arbitrium, reſeruato ipſi Prioratus titulo & certa auri penſione, cœnobium hoc cum ſuis prouentibus noſtris S. Gregorij Cœnobium.

ſtris Canonicis tradidit. Hi cùm locum reſtaurare, ædem exornare, agros, vineas excolere cœpiſſent, incolæ ad eos vndiquaque conuolant, ciuesq. ad eorum ſacra ingenti frequentia & veneratione accedunt.

Vtriuſque loci cura peculiaris Epiſcopo tum Bononienſi, tum Patauino dabatur. Ille honorifico de noſtris iudicio publicis literis rem exequitur. Quorum hic partem damus.

Eiuſdem reformatio.

NICOLAVS DEI & Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus Bononienſis, &c. Attendentes honeſtam ac laudabilem conuerſationem morumque grauitatem, nec non vitam exemplarem venerabilium Virorum Canonicorum Secularium monaſterij, ſiue Eccleſiæ S. Georgij de Alega Caſtell. Diœceſis, per quos ſtatus Eccleſiaſticus mirabiliter venuſtetur, & dietim eorum exemplo ad diſciplinam Eccleſiaſticam & mundi contemptum quamplurimi trahuntur. Sicq. habentes habilem & exemplarem prædicti monaſterij S. Gregorij reformationis modum, de ipſis Canonicis, vel de perſonis nobis pleniſſimè cognitis de conſilio plurium, & venerabilium, Deumq. timentium Virorum, ac etiam de conſenſu, & voluntate præfati D. Prioris S. Gregorij reformare deliberauimus ipſum monaſterium S. Gregorij, & ipſos Canonicos ibidem inſtituere & ordinare. Idcirco auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prædicti monaſterij, Capituli, & Eccleſiæ S. Gregorij ſtatum antiquatum præſentialiter mutamus, transferentes illum in nouum ſtatum

tum

tum Eccleſiæ Collegiatæ Secularis Canonicorum Secularium clericorum ſimul conuiuentium, conueſcentium, commorantium, & Deum collaudantium officijs nocturnis, pariterq. diurnis. Et ob hoc venerabiles Viros D. Auguſtinum de Gaſtaldis de Papia, D. Lucam Philippi de Eſte, D. Marinum Quirinum de Venetijs præſentes, D. Romanum de Rudello de Mediolano, D. Laurentium Iuſtiniano, D. Angelum de Venetijs, D. Iulianum de Manerbio, D. Baſianum de Mediolano, D. Nicolaum de Cremona, D. Dominicum Mauroceno de Venetijs, D. Hieronymum de Placentia, & D. Georgium de Valentia omnes ſacerdotes, licet abſentes, inſtituimus Canonicos, & fratres dicti monaſterij, ſiue loci, ac Eccleſiæ S. Gregorij cum plenitudine Iuris Canonici. Ipſosq. DD. Auguſtinum de Gaſtaldis de Papia, Lucam Philippi de Eſte, ac Marinum Quirino de Venetijs tunc præſentes per pannum Altaris, ac aßignationem loci in choro, & introductionem domorum præfati monaſterij inueſtimus; recipientes pro ſe, ac aliorum ſupranominatorum Canonicorum nomine corporalem poſſeßionem monaſterij prædicti & eius Iurium, ſtatuentes ipſos Canonicos, & ipſorum ſucceſſores per eoſdem Canonicè recipiendos, & inſtituendos, de cetero conſtituere Collegium, & Capitulum dictæ Eccleſiæ, ſiue loci S. Gregorij, in quod Collegium, ſiue Capitulum omnia iura ſpiritualia, & temporalia, nec non & curam animarum, Prioratum, & quamcumq; præſidentiam & dignitatem

ralis noſtri officij debito circumſpectione prodire ſalubri, vt deformatis religionum locis noſtræ Paduan. Diæceſ. quibuſlibet illud apponatur præſidium, per quod etiam diuino inſtaurato cultu loca ipſa celerem, & debitum reformationis conſequatur effectum. Dudum ſiquidem monaſterium monialium Ordinis Sancti Benedicti, S. Iacobi de Monteſilice propter debitam honeſtatem per moniales dicti monaſterij minus debite in ipſo monaſterio ſeruatam, ſolacio perſonarum diuino cultu vacantium deſtituatur ex ipſius monaſterij indecenti ſituatione monialibus deputati, cum monaſterium ipſum ſit extra caſtrum Montisſilicis in loco publico campeſtri & valde aperto, cuius aditus liber omnibus patet vndecunq; die noctuq. ad ipſum adeundum, et monialibus, ſecundum Deum bene viuere volentibus, male condecens ſit pro earum honeſtate ſeruanda, & locus ſatis apertus omnibus, ex cuius aperta ſituatione & manifeſta, moniales ipſæ ipſius monaſterij in dehoneſtatem plerumque incurſæ ſunt, & incurrunt, & ſcandala multa, quæ quotidie & non parua, & non modica exinde ſuborta ſunt ad reformationem ipſius monaſterij nos inducunt, Cognoſcentesq. quod omnis reformationis ſpes ipſius monaſterij per moniales in dicto monaſterio ex minus debita honeſtate vt præfertur in eo ſeruata omnino extincta ſit ipſeque peſtifer morbus adeo creuit, quod ad plenam reformationem ipſius monaſterij non eſt alius habilior modus, nec inueniri, ſeu haberi poteſt, niſi quod

monaſterium ipſum ad virorum in Domino ſeruientium gubernationem, & curam ducatur, & ad ſui primam naturam reducatur virorum, prout aliàs fertur ipſum monaſterium fuiſſe, ex eo quod locus ipſe ſeu monaſterium ipſum ſit ita manifeſtè apertum, quod homines in eo Deo ſeruientes periculo prout ſubſunt moniales, & ſorores religioſæ non ſubiacent, ſed ſi dictarum monialium, & ſororum in dicto monaſterio ſuppreſſo ordine certus ſecularium, qui de ipſius monaſterij facultatibus, & redditibus ſuſtentari poßit inſtitueretur, & erigeretur Clericorum numerus, ſpes exiſtat, quod monaſterium ipſum paßim auctore Domino in ſpiritualibus & temporalibus floreret antedictis. Nos igitur cupientes reformationem huiuſmodi in ipſo monaſterio fieri, Vacante Abbatia ipſius monaſterij S. Iacobi de Monteſilice Ordinis S. Benedicti ex libera renunciatione, & ſpontanea reſignatione per Venerabilem Dominam Maphæam ipſius monaſterij vltimam, & immediatam Abbatiſſam in manibus Vicarij noſtri ſponte factis, & de noſtra licentia admiſſis, & acceptatis, ac ſcandala quæ quotidie ex inhoneſtate ipſarum monialium, & ſororum oriuntur, nos infeſtant, & animum noſtrum non parum perturbant, ſedare, amouere, & totaliter eradicare, conſiderantesque quod monaſteria vacantia, & proprio Rectore, & Gubernatore carentia in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta plurima patiantur, intendentesque ipſius monaſterij damnis, incommodis, & de-

detrimentis obuiare, huiuſmodi reformationem in Domino affectantes pro diuino cultu inſtauratione, quo omnino dictum monaſterium deſtitutum erat, & omni obſeruantia regulari, Omnibus melioribus via, iure, cauſa, & forma quibus magis, & melius de iure poſſumus, & debemus auctoritate ordinaria qua fungimur, ordinem eundem monialium, & ſororum Sancti Benedicti ipſius monaſterij S. Iacobi ſupprimimus, & ipſum omnino in ipſo monaſterio extinguimus, ac ipſum monaſterium pro Secularibus Clericis in Domino piè viuentibus, qui de huiuſmodi monaſterij fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus, in communi viuere, & in ipſo monaſterio verſari, ſub ipſiuſq; tecto, & Prioris obedientia quieſcere, & dormire, ac vnum ex ipſis annis ſingulis in Priorem, atque caput inibi eligere debeant, qui quidem electus per ſindicum, ſeu procuratorem Capituli ipſius monaſterij nobis, ſeu ſucceſſori noſtro pro tempore exiſtenti legitime præſentetur, quæ præſentatio facta, vt præfertur vim confirmationis obtineat, Prioratumq; huiuſmodi in ſpiritualibus, & temporalibus per vnius duntaxat anni ſpacium à die præſentationis præfatæ computandum regere, & gubernare valeat, & circa regimen, curam, & adminiſtrationem prædictam, niſi eius exigentibus meritis denuò concordi aliorum dictorum ipſius Capituli tunc ſuperſtitum, ibidem voluntate aſſumatur: at illud penitus anno quolibet euoluto expiret, & conquieſcat officium in

Seculares Eccleſiam, & Prioratum erigimus, reformamus, & inſtituimus, Quo ordine monialium, & ſotorum in dicto monaſterio per nos ſuppreſſo, & extincto, & Seculares Eccleſiam, & Prioratum per nos auctoritate ordinaria erectos in monaſterio antedicto, Et intendentes quæ ad Dei laudem & gloriam Clericorum, animarum ſalutem, cultus diuini, & eorumdem cedunt augmentum, & pro dicto Prioratu in Secularem Eccleſiam erecto per nos auctoritate ordinaria perſonas, & Clericos Seculares idoneas, & ſufficientes, ac ſecundum Deum viuentes, & Domino ſeruientes cum eiſdem moribus, & obſeruantijs prout ſupra in ſupraſcripta erectione continetur. Conſideratisq. ac diligenter diſcuſsis, matureq. examinatis Clericis Secularibus, qui in communi viuant, in vna domo veſcantur, ſub vno quoque tecto dormiant, & quieſcant grauiſsimum, & difficillimum, & quaſi impoſsibile reputauimus ad reperiendum alios Clericos Seculares quam ſocietates S. Georgij in Alega de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. per quos dictus Prioratus poſſet in iſta bona obſeruantia reformari, Quocirca cognoſcentes Venerabiles Viros D. Laurentium Iuſtiniano, & Socios ſocietatis Clericorum, & Canonicos Seculares S. Georgij in Alega prædicti grandium virtutum, & morum eſſe grauitate decoratos, ac in eiſdem Clericalem honeſtatem adeo renidentem, vt vita ipſorum odore ſtatus Eccleſiaſticus mirabiliter venuſtetur, & dietim eorum exemplo ad diſciplinam Ec-

Eccleſiaſticam, & mundi contemptum quamplurimi attrahuntur, ſicque habilem exemplarem certum & clarum Clericorum Secularium prædicti Prioratus erectionis modum de perſonis nobis & pleniſſimè ab experimento cognitis in quantum humana fragilitas noſse ſinit, nec non & Clero, ac populo Montisſilicis habentes vias incertas, & perſonas incognitas, ac, vt ſupra diximus difficultates quãplurimas, declinantes in ſupraſcriptos ſocios ſupraſcriptæ ſocietatis S. Georgij in Alega ſimul in communi conuiuentium, commorantium, conueſcentium ſub vno quoque tecto dormientium, & quieſcentium, & Deum collaudantium officijs nocturnis pariter & diurnis. Et ob hoc præmiſſorum intuitu Venerabilem Virum D. Baſſanum natum quondam Ludouici de Mediolano Canonicum, & conſocium ſupraſcriptæ ſocietatis S. Georgij in Alega præſentem, & acceptantem nomine ſuo proprio, & aliorum ſociorum ſocietatis ſuæ prædictæ, abſentium Canonicorum Secularium in Clericos Seculares dicti monaſterij S. Iacobi de Monteſilice auctoritate ordinaria ſtatuimus, ordinamus, atque diſponimus, dictumq. D. Baſſanum coram nobis perſonaliter conſtitutum nomine ſuo proprio & iſtorum electorum, ordinatorum, atque inſtitutorum per nos in dicto Monaſterio vt præfertur & nomine & vice ſupraſcriptæ ſocietatis Canonicorum Clericorum Secularium S. Georgij in Alega in Clericos Seculares dicti monaſterij S. Iacobi de Monteſilice Priorem inſtituimus,

mus, & per anulum noſtrum quem geſtamus in manu de dicto Prioratu ipſius monaſterij S. Iacobi per ſui digiti impoſitionem cum plenitudine iuris Canonici auctoritate ordinaria præſentialiter, & actualiter inueſtimus, dictumq. Prioratum ſibi contulimus, ipſum præficientes eidem in Priorem, & Rectorem, ſibique de eodem prouidimus, Ipſorumq. Prioratus, & monaſterij curam, regimen, gubernationem, & adminiſtrationem eidem in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Statuentesque quod dictus Prior habeat in dicto monaſterio penes ſe alios quatuor Clericos Canonicos Seculares dictæ ſocietatis ad minus, & multiplicandos in futurum pro reddituum ipſius monaſterij ſufficientia, ipſosq. Canonicos Seculares, & ipſorum ſucceſſores per eoſdem canonicè recipiendos, & inſtituendos de cetero conſtituere Collegium & Capitulum dicti monaſterij, & loci in quod Collegium omnia iura ſpiritualia, & temporalia, necnon & curam animarum, Prioratum, & quamcunque aliam præſidentiam, & dignitatem tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus circa res, & perſonas ſpectantes monaſterio, Capitulo, & Eccleſiæ antedictis præſentialiter ordinamus, & diſponimus auctoritate ordinaria pleno iure, ita quod de huiuſmodi Prioratus fructibus, redditibus, prouentibus, & obuentionibus in communi viuere in eodem monaſterio veſcantur ſub ipſo eodemque tecto dormiant, & quieſcant. Diſponentesque & ordinantes, quod dicti Canonici Seculares

lares

lares vocem habentes in dicto Capitulo vnum de ipſorum Collegio virum probatæ prudentiæ, & oculati regiminis annis ſingulis in eorum Priorem ſuperiorem, atque caput inibi eligere debeant. Qui quidem electus poſt electionem de ipſo factam per ſindicum, & procuratorem eiuſdem Capituli nobis, ſeu ſucceſſori noſtro pro tempore exiſtenti præſentetur, quæ præſentatio vim ipſo facto obtineat confirmationis, Prioratumq. huiuſmodi in ſpiritualibus, et temporalibus per vnius dumtaxat anni ſpacium à die præſentationis huiuſmodi computandum regere, & gubernare valeat, & cuius circa curam regimen, & adminiſtrationem prædictam niſi eius exigentibus meritis denuò concordi aliorum cum Canonicorum tunc ſuperſtitum ibidem voluntate aſſumatur, ad illud penitus anno quolibet euoluto expiret, & conquieſcat officium, & alius ſucceſſor eligatur per idem Capitulum modo ſupradicto, niſi præteritus denuò confirmetur, inſtitutionem, & deſtitutionem Canonicorum Secularium huiuſmodi ad ipſum Priorem, & Rectorem Secularem, & Capitulum dictæ ſocietatis Canonicorum Secularium ipſius monaſterij volumus pertinere. Præbendas ſiquidem in dicto monaſterio nolumus eſſe diſtinctas, ſed volumus, & diſtrictè præcipiendo mandamus omnes, & ſingulos redditus, fructus, & prouentus dicti monaſterij eſſe communes, & per Priorem, & Rectorem Secularem huiuſmodi qui per tempora erit, taliter ordinetur, quod omnibus detur, quod vnicuiq; opus

fue-

fuerit, & eſſe videbitur. In vno autem dormiant dormitorio, & in vno comedant refectorio, & ſic continuò ſint præſentes, & reſidentes, niſi fuerit licita, & honeſta cauſa abſentari cum licentia tamen Prioris, ſeu Rectoris prædicti. Porrò officium diuinum ſecundum ritum, & morem Romanæ Curiæ collegialiter perſoluatur ſecundum ipſorum ſocietatis laudabilem morem, quem hactenus obſeruarunt, eorum officium dicendo horis debitis, & congruis nocturnis pariter, & diurnis prædicta omnia, & ſingula etiam circa modum, & formam, atque normam viuendi, & incedendi Canonicorum prædictorum ſecundum quod hactenus inceſſerunt, incedant, nec non diuina in prædicto Prioratu per tempora exercenda officia, & aliter eadem auctoritate ordinaria ſtatuimus, ordinamus, atque diſponimus, Et vt præſens noſtra collatio, prouiſio, inſtitutio, & diſpoſitio ſuum debite conſequatur effectum, Committimus, & mandamus Venerabili Viro presbytero Dominico de Margaritis Archipresbytero Plebis S. Iuſtinæ de Monteſilice noſtræ Paduan. Diœc. licet abſenti quatenus te in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem ipſius Prioratus auctoritate noſtra inducat, faciens tibi de omnibus & ſingulis fructibus redditibus prouentibus iuribus, & obuentionibus quibuſcunque dicto Prioratu, & monaſterio S. Iacobi ſpectantibus, & pertinentibus plenariè & integrè reſponderi. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia oppor-

opportuna remedia compeſcendo. Poſt quæ idem D. Baſſanus corporaliter manibus noſtris tactis iurauit ad Sancta Dei Euangelia omnia, & ſingula bona dicti monaſterij mobilia, & immobilia, & maximè diuino cultui argentea deputata, & deputanda non vendere, nec alienare, nec alio modo aliquo obligare, ac inuentarium bonorum omnium, & ſingulorum dicti monaſterij facere, & ea bona omnia toto poſſe manutenere, & defendere à quibuſcunq; perſonis, ac nobis; & ſucceſſoribus noſtris canonicè intrantibus reuerentiam, & obedientiam debitas exhibere. Dat. & act. Paduæ in noſtro Epiſcopali Palatio Paduanenſ. Præſentibus famoſiſſimo V. I. Doctore D. Proſdocimo de Comitibus ciue honorabili Paduæ de contrata Sanctæ Cæciliæ, Venerabilib. DD. presbytero Iacobo nato Nicolai de Teramo Diœceſ. Aprorutin. ſtudente Paduæ in iure Canonico, Ioanne nato quondam Gualterij de Arimino ſtudente Paduæ in iure ciuili, Nicola nato quondam Arnoldi, Ioanne de Burgis clerico Traiectenſ. Diœceſ. Iacobo nato quondam Ioannis de Cremona ambobus familiaribus noſtris, & alijs pluribus teſtibus. In quorum omnium teſtimonium præſentes literas in forma publici inſtrumenti manu infraſcripti notarij publici noſtri, & Curiæ noſtræ Paduan. ſigilli penſione munitas tibi duximus concedendas. Sub anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, Indictione tertiadecima, die Lunæ ſextodecimo menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris,

tris, & Domini noſtri Domini Martini diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno tertio.

✠ Locus ſigilli. *Ego Luchinus Bono filius quondam ſ Marci de Venetijs habitator Paduæ in Epiſcopatu Paduan. publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, ac Iudex ordinarius prædictæ Abbatiſſæ renunciationi, & renunciationis ipſius Abbatiſſæ acceptationi prædicti monaſterij ſuppreſſioni, et in Eccleſiam, & Prioratum Seculares Clericorum Canonicorum Secularium inſtitutioni, & reformationi, & dicti Prioratus collationi, & inueſtituræ, ac poſſeſſionis inductioni, commiſſioni, ac omnibus & ſingulis ſupraſcriptis vnà cum præſentationis teſtibus præſens fui, eaq. rogatus ſcripſi, & publicaui, hicque ſigno, & nomine meis ſolitis proprijs & conſuetis me ſubſcripſi in fidem, & teſtimonium præmiſſorum omnium, & ſingulorum.*

S. Iacobi delineatio. *Locus hic & ſitu & ſpe fertilitatis maiorem noſtrorum curam ad ſe traxit. Hinc S. Aede ab imminenti ruina vindicata porrò altare maius erectum Iacobi Palmæ pictura ſpectabile. Medium Templi chorus columnis innixus cum organo occupat. Cænobium integrum à fundamentis extructum concinniori forma. Geminæ areæ ſua ambiunt periſtylia columnis doricis. Ciſterna prior commoda eſt. Altera eiuſdem operis puteo, quam mire amœnum reddit viridarium floribus variatum, & miti pampineorum ad columnas ſurgentium vmbra ambulationibus gratum.*

tum. Triclinium vtrique amplum interiacet, vbi Seruatoris noſtri apud Phariſæum cœna iuxta ad pedes eius Magdalena, Alexandri Moretti Brixienſis celebri pennicillo oculos rapit. Opus certè, cui auctor inter plurima ſua merito primas tribuit. Minus alterum parte remotiori fornicati operis culinæ vicinius, altera parte ambulacrum cum cubiculis Hoſpitibus excipiendis. Frontem huius ædificij hortos excipit, & viridarium alterum floribus, & fructibus fœcundum. Pars ſuperior elegantiſſima ſub fornice aula longa, & lucida, ambulationibus ſpacioſa, utrinque Canonicorum cubiculis diſtincta. Parte Septentrionali via patet in chorum. Meridionali & Orientali proſpectus hinc eſt iucundiſſimus in Pomarium muro cinctum, quod ad longitudinem decem & octo iugerum extenditur, gratiſſimis & varijs arboribus mira arte conſitum. Ambitum eius fæcundant varij generis vites, quæ lectiori copia vlmos maritant. Adeo hic vbique quod & palato & oculis facili labore promptiora inuenies. Agrorum ingens fertilitas, aer ſalubris, fluuius nauigabilis, ceteraq. hic ad habitantium commoda & oblectationem neceſſaria gratum literarum cultoribus, viriſq. religioſis ſui deſiderium excitant. Prædia ſatis amœna tenet parum diſſita, quæ Patrum cura et expẽſis è paludibus agriculturæ hodie aptiſſima ſunt. Læta nunc vbiq; agros veſtiunt vineta, terram ſegetes exhilarant. Adeo nihil hic incultum. Nec ſanè domeſticis ea vbertas

grata, ſed & vicini quibus res anguſtior eſt, nec non egeni peregriniq. eius commoda ſentiunt. Patres enim horum inopiæ pia manu quotidie ſtata hora ſubueniunt.

Obſcuratam quarumdam rerum noſtrarum memoriam diuinum illuſtrauit Iuſtiniani pietatis ac ingenij monumentum, quod anno MCCCCXIX Li-
Mccccxix gnium vitæ *inſcripſit. Priore S. Georgij D. Romano Mediolanenſi, hoc tempore Balthaſſar Coſſa Ioannes quondam Papa XXIII Florentiæ Martinum V verum Pontificem agnoſcit, à quo benignè exceptus, et in numero Cardinalium cooptatus paucis poſt menſibus ibidem diem extremum clauſit. Hoc etiam anno Aquileienſes calamitatibus oppreſſi, vt Rempublicam Venetam ſibi conciliarent, ſacrum D. Marci Euangelij autographum donant, quod magna religione acceptum adhuc in Theſauro aſſeruatur. Roma-*
Mccccxx *no anno ſequenti in Præfecturam S. Georgij ſucceſſit D. Hieronymus Placentinus. Cum ſummus Pontifex Reſcriptum Cruciatæ titulo aduerſus Boemos Hæreticos, petente ad vnitatem Eccleſiæ Sigiſmundo Imperatore immitteret. Pacatis in Italia rebus Pontifex poſtquam Eccleſiæ Metropolitanæ honore Florentiam exornaſſet, Romam ſolemniter conceſſit, vt deſertam diu Pontificum ſedem in priſtinam dignitatem reſtitueret.*

Mccccxxi *Anno* MCCCCXXI *Laurentius Iuſtinianus Rectoris munus ſuſtinuit, quo ſummus Pontifex non*

ſo-

*ſolum in Huſſitas arma conuertit, ſed diſſenſiones in-
ter Ludouicum Regem & Alphonſum dirimere ſtu-
det, quod ſequenti anno feliciter peractum; Rectore* Mccccxxii
*S. Georgij Iuliano de Manerbio. Annus die S. An-
dreæ inundatione Tyberis Romanæ vrbi grauis. An-
gliæ quoque Henrici morte veluti, & Galliæ Caroli
Sexti funere infauſtus fuit.*

MARTINVS *V ut Conſtantiæ decretum erat,* Mccccxxiii
*Concilium Papiæ celebrat, quod peſtilentia gliſcente
Senas tranſlatum poſtea Principum diſcordia diſſol-
uitur. Eadem dira lue Veneta vrbs oppreſſa Fran-
ciſcum Foſcarum nouum Ducem vidit. Publicæ ca-
lamitatis tempore mirum in modum patrum noſtro-
rum pietas & in egenos ſubleuandos ſolicitudo efful-
ſit, qui varijs piorum donarijs Societatem auxerunt.*

*Locupletata igitur Congregatione humanis ac di-
uinis bonis, ne male locata viderentur tam numeroſa
Patronorum beneficia, ad maiorem Societatis noſtræ
conſeruationem ſeriò cogitare cœperunt patres noſtri
de eligendo quopiam ex eo numero, qui non ſolum* Generalis Antiſtitis electio.
*S. Georgij monaſterium regeret, verùm ceteris quoqꝫ
locis præeſſet, ſuprema annui muneris dignitate totius
veluti Congregationis caput, Generalis titulo vene-
rabilis. Indicto ieiunio & oratione, diuino numine* L. Iuſtinianus Primus Antiſtes Generalis.
*inuocato communem Societatis Antiſtitem Lauren-
tium Iuſtinianum eligunt, An.* M CCCC XXIV, M.cccxxiv
*decreti etiam Priores in id potiſſimum animum in-
tendunt, vt vitam quam Deus Opt. Max. diſciplinæ*

re-

religioſæ Spiritu Sancto accenſi indiderat, ſua diligentia tueantur, & in optimum inſtitutum legibus firment ac veluti propugnaculis muniant. Rectores autem fuerunt, Eccleſiæ S. Ioannis Decollati extra mœnia vrbis Patauinæ D. Nicolaus Cremonenſis, Eccleſiæ S. Auguſtini extra Vicentiam & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Hieronymus Placentinus, S. Angeli Veronæ D. Bernardus Cremonenſis, & S. Iacobi ad Montemſilicem D. Gulielmus Caſalis. Qui ad ſua loca reuerſi, quanta ſpiritus alacritate ad res diuinas accederent, ſubditi quàm auidè imperata præſtarent: quanto ſtudio ſuperflua reſecarent: quanto ſpiritu orationi & diuinarum rerum, & præſertim Dominicæ Paſſionis contemplationi incumberent, teſtatum faciebant, dum preces diuinas attentè deuotèq. perſoluentes in medio Eccleſiæ quaſi inter cæleſtes Angelorum choros Dei laudes abditi decantarent. Illud omnium commune ſtudium erat, quo pacto Deo in omnibus ſubdi, & inſtitutum in charitatem ad inuicem perfectè obſeruarent.

Acceſſit auctiori iam Sodalitio ingens commodum, quod GABRIEL *Condulmerius Cardinalis & Marchiæ Antonitanæ Legatus ac Pontificis Vicarius Generalis grata ſui ordinis memoria, Cœnobium S. Gregorij ad ciuitatem Bononienſem noſtris olim traditum non ſolum confirmaret, ſed ab omni grauamine omnino immune redderet maximis Priuilegijs, quibus adhuc fruitur.*

GA-

GABRIEL Miſeratione Diuina tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Senenſis Bononiæ Romandiolæ, Exarchatus Rauennaten., Marchiæ Anconitanæ &c. Apoſtolicæ Sedis Legatus, & in temporalibus pro S. Romana Eccleſia, & D. N. Papa Vicarius Generalis. Dilectis nobis in Chriſto Priori, Canonicis, & Conuentui monaſterij S. Gregorij per Priorem ſoliti gubernari ordinis Sancti Auguſtini Bononien. Diœceſ. Salutem in Domino. Exigit veſtræ deuotionis affectus quem ad dictum monaſterium habere noſcimini, vt petitionibus veſtris in his, quæ præſertim diuini nominis laudem reſpiciunt fauorabiliter annuamus, & dum ipſa prouide acta reperimus, vt perpetua ſtabilitate ſubſiſtant libenter noſtræ confirmationis firmitatem adijcimus. Exhibita nobis ſiquidem ex veſtri parte petitio continebat, quod Reu. in Chriſto Pater D. Nicolaus Dei gratia Epiſcopus Bononien., et Princeps, in hac parte executor quarumdam literarum per SS. in Chriſto Patrem & D. N. D. Martinum diuina prouidentia Papam V. Vobis ſuper hoc auctoritate Apoſtolica ſibi in hac parte commiſſa conceſſarum ſcriptarum in membrana, & bulla plumbea Papali ad cordulam canabis more Romanæ Curiæ munitarum, ſub Dat. Florentiæ decimo Kal. Maij. Pontificatus ſui Anno ſecundo propter carentiam Canonicorum dicti monaſterij, & diminutionem diuini cultus, deficientis tunc in dicto monaſterio cum in illo monaſterio nullus Canonicus

Cōdulmerius Card. S. Gregorij cœnobium immunitatibus munijt.

præ-

præter Priorem, & vnum Conuerſum reſidebat, & ex alijs cauſis in ipſis literis vobis ſuper hoc conceſſis, ſpecialiter expreſſatis, ac pro reformatione & euidenti vtilitate dicti monaſterij, & pro obſeruatione regulæ dicti ordinis ſtatum antiquatum ipſius monaſterij S. Gregorij reformando mutauit, & eum tranſtulit, & in nouum ſtatum Eccleſiæ collegiatæ Secularis Canonicorum Secularium ſimul Clericorum, ſimul conuenientium, conueſcentium, commorantium, & Deum collaudantium officijs nocturnis, pariterque diurnis, duodecim ex Canonicis Secularibus monaſterij, ſiue Eccleſiæ S. Georgij de Alega Caſtellanæ Diœceſ. per quos inuenit perſonas ipſorum Canonicorum fore, & eſſe ipſi monaſterio, & eius diuino cultui propter eorum laudabilem, & honeſtam conuerſationem, & exemplarem vitam proficuas, & fructuoſas, de voluntate, & conſenſu Fratris Gregorij Prioris dicti monaſterij S. Gregorij; inſtituit Canonicos, & Fratres dicti monaſterij, ſiue loci, ac Eccleſiæ S. Gregorij cum plenitudine iuris Canonici, Ac ſtatuit ipſos Canonicos, & eorum ſucceſſores per eos canonicè recipiendos & inſtituendos de cetero conſtituere collegium, & capitulum dictæ Eccleſiæ, ſiue loci S. Gregorij, in quod collegium ſiue capitulum omnia iura ſpiritualia, & temporalia, nec non & curam animarum Prioratum, & quancunque præſidentiam, & dignitatem tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus circa perſonas & res ſpectantes monaſterio, Eccle-

eccleſiæ, capitulo, & conuentui prælibatis plenariè tranſtulit reſeruato tamen ſemper dicto Fratri Gregorio Priori prædicto duntaxat titulo ipſius Prioratus ita vt de cura, ſeu regimine dictorum Canonicorum, ſiue Clericorum in dicto loco manentium Prior ipſe nullatenus valeret impedire. Ac voluit, & mandauit ipſe Epiſcopus executor quod eidem Priori, & eius Conuerſo pro eorum victu dari deberent per dictos Canonicos, ſeu Capitulum annuatim liberè, & abſque vlla detractione de redditibus ipſius Eccleſiæ, ſiue monaſterij libræ ducentæ octuaginta Bonon., & alia fecit quæ & prout in inſtrumentis publicis ſuper hoc confectis, ſcriptis in milleſimo quadringenteſimo decimo nono, Indictione duodecima Die primo menſis Iulij manu Marci Raynaldi de Formaglinis Notarij Bononien. plenius, & latius continetur. Quare pro veſtri parte nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis ſupra per dictum D. Epiſcopum Bononien. Apoſtolica auctoritate antedicta factis, & in prædicto inſtrumento manu dicti Marci Notarij ſcripto factis, ſtatutis, & ordinatis, prout in ipſo inſtrumento plenius continetur, noſtræ confirmationis robur adijcere dignaremur. Nos veſtris itaque deuotis ſupplicationibus inclinati ſupraſcriptas mutationem, tranſlationem, inſtitutionem, conſtitutionem, reſeruationem, ac reformationem, & omnia alia ſupraſcripta per dictum D. Epiſcopum Bononien. Apoſtolicum executorem antedictum facta, geſta, & ordinata, prout in

dicto inſtrumento continetur rata, & grata habentes omni auctoritate, qua fungimur præſentium tenore confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui in præmiſſis, & circa ea commiſſi extiterunt, & omnia alia, & ſingula, ſi qua in eis omiſſa fuiſſent, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ cõfirmationis, commonitionis, ſuppletionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. In quorum fidem præſentes litteras fieri iuſſimus, noſtrique Pontificalis ſigilli appenſione muniri. Dat. Bononiæ in palatio noſtræ reſidentiæ die decimo nono menſis Martij ſub anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo vigeſimoquarto Indictione ſecunda Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Martini diuina prouidentia Papæ Quinti Anno ſeptimo.

✠ Locus ſigilli. *Io. Tintus.*

Hoc igitur tempore exacto in D. Georgij cœnobium Mccccxxv *ad nouam electionem reuerſi die* XX. *menſis Aprilis* M CCCC XXV *vnanimes in Rectorem Societatis* Lucas de Eſte Rector Generalis. *elegerunt D. Lucam de Eſte, qui accepto oſculo pacis de more onus ſuſcepit, vbi Prioris anni Rectoribus ſimul ſuccedunt reliquorum cœnobiorum Præfecti, S. Ioannis Decollati Bernardus Cremonenſis. S. Au-*

gu-

guſtini & SS. Firmi & Ruſtici Romanus Mediolanenſis; S. Angeli Veronæ Maphæus Contarenus, & S. Iacobi Montiſilicis Marinus Quirinus Venetus. Iuſtinianus à publicis oneribus immunis, cum in ſeceſſu S. Auguſtini quieſceret, vt diſcipulis ſuis & patribus abſentibus certum aliquod ſui in ipſos deſiderij pignus redderet, vtiliſſimo de Diſciplina perfectionis monaſticæ commentario veræ conuerſationis præcepta tradidit, ea ſanè humilitate, vt ſe homunculum indoctum, inſtrumento fractum & inutile profiteatur. Quo ſpiritu diuini auxilij opem huic operi impetrauerit, teſtis erit hæc numinis compellatio: Fuga, ò ſplendor diuinæ maieſtatis, ipſius erroris tenebras claritate tuæ almæ veritatis, & illi reuelare digneris incerta, & occulta ſapientiæ tuæ, quatenus te ſolo intus docente, & non alio promat militibus & ſeruis tuis in monaſterijs & congregationibus tibi famulantibus quibus ſe præmunire debeant ſpiritualibus armis, antequam in hunc durum & diuturnum conflictum conuerſationis monaſticæ ingrediantur: quæ agere, quęve declinare, & qualiter in eodem cum hoſtibus eos oporteat decertare, nec non quibus exercitijs ad perfectionem valeant peruenire. *Opus ſanè diuinum quod poſt in communem Chriſtianæ Reipublicæ vſum etruſco idiomate redditum à nobis frequenter inter epulas prælegitur. Eodem anno alterum pariter ſuis diſcipulis libellum de ſpirituali &*

L. Iuſtiniani ſcripta.

caſto verbi, animiq. connubio inſcripſit. Quo de vitæ peregrinatione; de iuſtorum mercede; de plenitudine, de ſapientia, de vnione cum Chriſto, adeò ſuauiter ac plenè agit, vt lectoris animum in cæleſtia mire erigat. Ampliſſima hæc fæcundi ingenij monumenta erunt, quod ſine operoſo voluminum apparatu quotidianis ſapientiæ præceptis orbem fermè totum luculentèr inſtruxerit. Annus Romæ Iubileus à Martino V. inſigni nationum frequentia celebratus. Terræmotus vrbi Venetæ terrorem incuſſit: ſiccitas etiam quadrimeſtris populo admodam grauis fuit.

I. Iuſtiniani doctrina.

Mccccxxvi

Ceterum patres cùm ex voto rebus noſtris proſpexiſſent, vt ad deſideratam quietem redirent, Anno MCCCCXXVI die XV menſis Aprilis conuocatis ad S. Georgium quatuor & viginti Canonicis, D. Iulianus de Mancrbio Antiſtes Generalis nominatur: S. Ioannis Decollati cænobiò præficitur D. Ioannes Vicentinus; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Raphael Vicetinus, qui tunc aberat; S. Angeli Veronæ D. Nicolaus Cremonenſis, & S. Iacobi Montiſilicis D. Gulielmus de Caſale. Veneti Florentinis iuncti dum Philippo Mariæ Vicecomiti bellum inferunt Brixiam occupant. Summæ etiam inter Pontificem, & Alphonſum Regem diſſenſiones Italiam variè turbabant.

Mccccxxvii
L. Iuſtinianus iterum Generalis eligitur.

Anni ſequentis die XII Maij ſuprema dignitas ad LAVRENTIVM Iuſtinianum redijt. Reliqui Antiſtites fuerunt D. Bandinus Venetus pro Eccle-

ſia

ſiæ S. Ioannis Decollati, D. Romanus Mediolanenſis pro S. Auguſtino, & SS. Firmo & Ruſtico, D. Nicolaus quondam magiſtri Andreæ Veneti pro S. Angelo Veronæ, D. Maphæus Contarenus pro S. Iacobo Montiſilicis. Hoc ipſo tempore D. Bernardus Cremonenſis Hieronymo Placentino cænobij S. Gregorij in Diœceſi Bononienſi Vicarius ſubrogatur. Hoc anno fama eſt Iuſtinianum Opus de Triumphali agone Chriſti concinnaſſe.

Anno MCCCCXXVIII *die* XIX *menſis Aprilis tranſijt Rectoris Generalis dignitas ad D. Maphæum Contarenum virum integerrimum, cui additi Baptiſta Cremonenſis pro S. Ioanne Decollato; Hieronymus Venetus pro S. Auguſtino, & SS. Firmo & Ruſtico; Gulielmus de Caſali pro S. Angelo Veronæ; Georgius Valentinus pro S. Iacobo de Monteſilice, & Nicolaus Cremonenſis Vicarius S. Gregorij ad Bononiam. Ingens & inſolita ſiccitas Italiam hoc tempore affligebat. Peſtis inſuper omnem Lombardiam deuaſtans Italiæ Principes ad pacis conditionem reuocauit. Redeuntem etiam à belli turbis pietatem auxit inuenta D.* MARIAE VIRGINIS *Effigies in agro Patauino inter crepidines Montis Ortoni, è quibus ſalubres diuerſis morbis aquæ ſcaturiunt, quæ hodie* VIRGINIS *cognomine celebrantur. Acceſſit paulo poſt Beatiſſimæ Virginis apparitio in monte Berico propè Vicentiam, ex quo peſtis ſenſim deſæuijt. Anno ſequenti maris æſtuaſio vrbi* MCCCCXXVIII MCCCCXXIX

Ve-

Venetæ plurimum noxæ attulit. Bononia à Pontifice auerſior ſe Venetis offert, ij vero raro ſuæ prudentiæ exemplo Pontifici ciuium animos conciliant. Die XV *Aprilis denuo Laurentius Iuſtinianus omnibus ſuffragijs electus fuit Rector Generalis: itemq. S. Ioannis Decollati Bernardus Cremonenſis; S. Angeli Veronæ Petrus Venetus; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Iulianus de Manerbio; S. Iacobi Montiſilicis Nicolaus Cremonenſis, & S. Gregorij Hieronymus Placentinus Vicarius.*

MCCCCXXX LAVRENTIO *anno ſequenti die nono menſis Aprilis ſucceſſit Iulianus de Manerbio: S. Ioannis Decollati Hieronymus Venetus; S. Angeli Veronæ Bernardus Cremonenſis; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Lucas de Eſte; S. Iacobi Montiſilicis Bandinus Venetus, & S. Gregorij Hieronymus Placentinus. Liberatus hoc munere* IVSTINIANVS *mirum in modum rerum diuinarum ſcientia in dies perficiebatur. Cuius viuus veluti character fuit inſigne illud inter alia multa Vaticinium nobili Veneto Fantino Dandulo editum. Senator ille miro virtutum genere, & varijs dignitatibus in Republica clarus annos natus quinquaginta cùm primo die Quadrageſimæ ad Inſulam S. Georgij ſeceßiſſet, vt remotior ſacris ardentius vacaret, ibidem ex more à Laurentio Iuſtiniano cinerem ſuſcepiſſet, Laurentius in hæc verba prorupit. Memento frater, quod ſequenti anno alijs horum cinerum officium ſis præſtiturus.*

I. Iuſtiniani Vaticinium.

Ad

Ad quæ ab omni Eccleſiaſtica dignitate animo alienus ille expaueſcens præ loci reuerentia tacitus in cœnobio Laurentium operitur. Accedentem percunctatur, quid illis verbis voluerit. Laurentius meditabundo ſimilis aliquantulum ſubſiſtens reſpondit. Dico tibi Fantine, quod non cinerem quidem, ſed populo ramos oliuarum ſis collaturus. Fantinus quāuis adhuc hæreret, quonammodo hoc poſſet accidere, aliud tamen ſub ijs ſanctiſſimi Patris verbis latere dubitans diſceſſit. Ecce ſequenti anno Martino Summo Pontifice defuncto, Eugenius Venetus ſuccedit, ad eum Fantinus Orator à Senatu Veneto deſtinatur. Pontifex ipſum ſummo cum honore excipiens paulo poſt ad ſacros ordines promouet, ac deinde Legatum Apoſtolicum Bononiam mittit, vbi cum prima die Quadrageſimæ ad cineris impoſitionem à Canonicis inuitaretur, modeſtè renuit. Inſtant enixius, dicentes id munus à Legatis ſemper exerceri conſueuiſſe. Sed fruſtra. Die verò Palmarum cum Canonici denuò peterent, vt oliuæ ramos populo diſtribueret, ille autem eadem ratione ſe excuſaret: tandem Canonici ſummis precibus flagitant, vt ſi in cineribus Legatum ſe ſe gerere noluerit, oliuarum ſaltem officium ne recuſet. Quid multa? Fantinus victus, illud quod prædixerat Laurentius libens peregit. FANTINVM *etiam ciuitas Patauina Epiſcopum habuit, de quo fortaſſis peculiari Epiſcoporum hiſtoria commodior erit dicendi locus. Sed vt ſuſceptæ*

narrationis filum pertexam: Decimo Calendas Martij Anni M CCCC XXXI *Martino Quinto Sum. Pont. terris erepto, magna Societatis noſtræ lætitia, communiq. totius orbis & Eccleſiæ Romanæ applauſu quinto nonas Martij ad ſummum S. Sedis apicem euehitur* GABRIEL *Condulmerius*, EVGENII *Quarti nomine inſignitus. Patrem eius in Ægypto cum Franciſco Foſcaro Anachoretam quemdam de vtriuſque filijs ſciſcitanti, reſpondiſſe memorat Æneas Siluius, Foſcari filium fore Venetorum ducem, Condulmerij ad ſummum Sacerdotij faſtigium ſublatum iri. Vtrumq. euentus probauit. Nec rationes Condulmerio defuerunt. Is namque Antonio Corrario comite ſacris dicatus, poſtquam noſtrum ſodalitium inſtituiſſet, Gregorio XII auo ſe purpuræ honoribus dignum probauit, eoq; defuncto ſub Martino V Picena legatione egregiè perfunctus, nutantes ciues, partim terrore, partim amore Eccleſiæ retinuit: Anconæ Templum S. Agnetis collapſum reſtituit, Vrbisq; Portum fluctibus quaſſatum ac vetuſtate penè detritum reſtaurauit, Bononiam iuſſu Pontificis profectus, mira animi prudentia, morumq. ſuauitate diuerſos ciuium motus compeſcuit, hinc Romam regreſſus, omnibus mirè gratus deſiderij ſummam expleuit. Honoribus meritiſſimis Senatus Venetus ſerio gratulabatur, miſſis octaua die Aprilis ad Pontificem è ſelectioribus patritijs Legatis Fantino Dandulo, Andrea Contareno, Silueſtro Mauroceno,*

[Margin notes: Mccccxxxi — Gabrielis Condulmerij dignitas Pōtificia Eugenij xx. titulo. — Legatio Veneta ad Eugenium IV.]

Pe-

Petro Diedo, Andrea Mocenigo, Marco Lippomano Doctore, Delphino Venerio, & Franciſco Barbarigo, quorum comitatum augebat inſignis præſtantiſſimorum iuuenum, aliorumq; ciuium & Patauinorum noſtrorum numerus, quibus ob fidem egregiè probatam mirè ſemper fauit. E Venetis præcipue ei placuit Fantinus Dandulus, quem ob ſingularem prudentiam ſecum retinuit; & paulo poſt Bononiam Legatum miſit, tandem Epiſcopatu Patauino ornauit. Fantinus Dandulus Pontifici charus Epiſcopus Pat. eligitur.

Secuta eſt noua Societatis noſtræ felicitas, quod denuo LAVRENTIVM IVSTINIANVM *huius anni die* IX. *Aprilis Antiſtitem ſalutarit. Rectores cænobiorum electi, pro S. Ioanne Decollato D. Baptiſta Cremonenſis; pro S. Iacobo Montiſilicis D. Garzonus Venetus; pro S. Auguſtino, & SS. Firmo, & Ruſtico D. Hieronymus Placentinus; pro S. Archangelo Gabriele Veronæ D. Ambroſius Mediolanenſis, & pro S Gregorio D. Lucas. Nouum verò Pontificem honoris magnitudo nunquam ita extulit, quin Sodalitatis noſtræ memor, cuius fuerat auctor, quæ olim eius commoda expenderat, iam varijs Priuilegijs propagaret. Primo itaque excepta humaniter Maiorum noſtrorum gratulatione, quam per literas humiliter petentibus Priuilegiorum ſuorum confirmationem exhibuerunt, liberaliter amplo reſcripto; non ſolum confirmat factas olim cænobiorum permutationes; abolitiones, S. Georgij, & reliquorum locorum Inſtitutiones; ſed Bonifacij, Gregorij, Martini, ceteraque* Canonicorum Priuilegia ab Eug. IV. aucta.

Anteceſſorum diplomata omnino rata eſſe iubet. Concedit præterea annua Comitia, quibus ſuo arbitrio ſine Diæceſanorum ſeu Epiſcoporum, aliorumve conſenſu annuos ſibi Priores ac Rectores eligant, quos neque Diæceſanis ſiſtere teneantur. Monaſteria etiam ſine aliorum auctoritate viſitent. Addit, in acquirendis Eccleſijs poſt factam de electis ſiue nominatis apud Diæceſanos præſentationem, & præſtitum conſenſum, licitè adminiſtrare poſſe, & ſtatuta ſua ſeu ordinationes pro vtilitate, & proſpero ſtatu ipſarum Eccleſiarum condere, non minus quam ſi Apoſtolica auctoritate emanaſſent. Si etiam Diæceſani aliquam Eccleſiam ipſis Canonicis conceſſerint, quod huiuſmodi determinatio, & huius generis alia eadem auctoritate valeant, quemadmodum ex hiſce literis manifeſtum eſt.

Eugenij IV Priuilegiũ 3. noſtris cõceſſum.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *ad futuram rei memoriam. Etſi cunctis Chriſti fidelibus per viam mandatorum Domini incedentibus, vt de bono in melius gradiantur, Apoſtolicum Nos decet adhibere præſidium, illos tamen præcipue nos conuenit ſpecialibus fauoribus Apoſtolicis communire, quos diuinæ beneplacito voluntatis aſtrictius coaptari ſentimus, vt exinde ipſorum pium propoſitum poſſint ad laudem & gloriam Diuini nominis, & animarum ſalutem ſalubrius, & quietius adimplere, & illis quæ circa hæc alias prouide geſtas comperimus, vt illibata perſiſtant libenter*

cum

tum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem. Sanè pro parte dilectorum filiorum Rectoris ſeu Prioris & Capituli Secularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœc. Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſa Eccleſia, quæ Monaſterium Ord. S. Auguſtini extiterat, ex eo præſertim, quia erat regulari obſeruantia, ac perſonis per quas reformari valerèt penitus deſtitutum in Secularem & Collegiatam Eccleſiam auctoritate Apoſtolica fuit erecta cum ſuppreſſione Ordinis memorati. Ita quod in ea ex tunc Canonici Seculares Capitulum facientes, & in communi viuentes, ſub vno tecto, & in eodem dormitorio dormientes, ac in eodem refectorio comedentes perpetuis futuris vigerent temporibus: Qui inter alia poſſent pro eorum felici ſtatu de bono in melius roborando, ſtatuta & ordinationes facere per eos laudabiliter obſeruanda. Quodque poſtmodum Rector ſeu Prior Canonici, & Capitulum prædicti illo dirigente, à quo virtutum, & gratiarum omnium dona proueniunt, adeo fuerunt per exemplaris vitæ merita, & virtutes laudabiliter conuerſati: Quod nonnullas videlicet S. Ioannis Decollati, S. Iacobi de Monteſilice, S. Auguſtini de extra Vincentiam cum Sanctorum Firmi & Ruſtici de Leonico eius membro, S. Angeli de Monte Veronæ, S. Gregorij extra portam S. Vitalis, Bonon., Caſtellan., Paduan., Vicentin., & Veron. Diœceſ. Eccleſias: quarum aliquæ regulares, ſeu mo-

naſteria, vel Prioratus tam virorum, quàm mulierum fuiße dicuntur, ad eorum viuendi modum, cultum, ritum, ſeu obſeruantiam, quædam Apoſtolica, & quædam ordinaria auctoritatibus reduxerunt; quas annis ſingulis viſitant, & in eis annuales dumtaxat Rectores, Priores vel Præpoſitos ponunt, qui illis præſint, easq; regant, dirigant, & augmentent, & quod circa præmiſsa, & alia eorumdem præmiſſorum ſtatum perſeuerantiam, & augmentum concernentia, tam à quondam Bonifacio VIIII, & Gregorio XII, in eorum obedientia nuncupatis, quam à felicis recordationis Martino Papa V. prædeceſſore noſtro, quam alias Apoſtolica & ordinaria auctoritatibus antedictis ſucceſſiuis temporibus diuerſæ litteræ emanarunt. Quare pro parte Rectoris ſeu Prioris & Capituli prædictorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ne ipſi & alÿ ſupradicti, aut ceteri ad eorum viuendi modum huiuſmodi illuſtrante Domino in poſterum forſitan reducendi, ſeu prædictæ, aut aliæ reducendæ Eccleſiæ huiuſmodi in eorum ſtatum valeant moleſtari, præmiſſa omnia & ſingula, etiam in litteris prædictis contenta, ſeu ipſarum auctoritate ſecuta approbare, & etiam confirmare, ac defectus, ſi qui interuenerint, in eis ſupplere, & inſuper eis omnibus & ſingulis indulgere. Quod apud illam ex huiuſmodi iam acquiſitis, vel vt præfertur acquirendis Eccleſÿs, quam pro celebrando eorum, & Eccleſiarum prædictarum, & perſonarum earumdem ſub obſeruan-

tia

tia huiuſmodi viuentium; dumtaxat communi Capitulo annuatim duxerint eligendum congregari; & inibi ſingulis eorum Eccleſijs Rectores, Priores, ſeu Præpoſitos annuales, qui pro ipſorum eligentium, ſeu maioris partis eorum electionem, & electorum ſubſecutum, ſeu præſtitum aſſenſum abſque eorumdem electorum facienda Diœceſanis locorum, ſeu alijs præſentatione, aut ipſorum licentia vel conſenſu adminiſtrare valeant eligere, ac pro omnibus & ſingulis Eccleſijs huiuſmodi ſtatuta, & ordinationes edere poſſint. Quodque quam decernere, ac eis quod huiuſmodi per eos in futurum acquirenda Eccleſiæ omnibus & ſingulis conceſſionibus ſupradictis vti, gaudere, & potiri valeant, indulgere, & alias in præmiſſis eis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui perſonarum iugo Domini ſuppoſitis humeris in humilitatis ſpiritu deſeruientium ſtatum, ne dum conſeruari, ſed de bono in melius adaugeri totis præcordijs affectamus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; Sancti Georgij & aliarum omnium prædictarum Eccleſiarum ſtatuum, mutationes & erectiones ac ordinum ſuppreſſiones, nec non aliorum monaſteriorum, ſeu locorum regularium, à quibus ipſa reformata monaſteria, ſeu Prioratus dependebant nomina, & deſignationes, nec non BONIFACII, *&* GREGORII, *ac Prædeceſſoris* MARTINI *prædictorum alias quoque Apoſtolica, & ordinaria auctoritatibus ſuper his conceſſas litteras, cum inde ſecutis*

cutis

tutis huiuſmodi eorum omnium tenores, ac formas, vires, & effectus præſentibus, ac ſi in eis de verbo ad verbum inſerta forent, habentes pro ſufficienter expreſſis, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & etiam approbamus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus prædicta S. Georgij, & aliarum Eccleſiarum huiuſmodi Rectoribus, Prioribus, & Præpoſitis, Canonicis, & Capitulis antedictis pro tempore exiſtentibus, quod ipſi apud illam, ex prædictis, vel alijs ad huiuſmodi in communi viuendi normam ſeu obſeruantiam forſan reformandis & acquirendis Eccleſijs, quam annuatim, vt præmittitur duxerint eligendam Eccleſiam pro omnium Eccleſiarum huiuſmodi, ac perſonarum earumdem viuentium ſub norma vel obſeruantia prædicta, communi Capitulo celebrando annuatim congregari, ac inibi ſingulis Eccleſijs ipſis Rectores, ſeu Priores, vel Præpoſitos annuales per eligentium huiuſmodi ſeu maiorem partem eorum electionem, & ipſorum electorum præſtitum conſenſum in prædictis videlicet acquiſitis abſque Diæceſanorum locorum, ſeu quorumcunque aliorum licentia, vel conſenſu, ſeu de illis eiſdem Diæceſanis, vel alijs facienda præſentatione. In acquirendis verò Eccleſijs huiuſmodi, poſt factam de electis ipſis, ſeu electionibus eorumdem Diæceſanis præfatis præſentationem, & præſtitum ab eiſdem conſenſum, ſeu ſuper hoc conceſſam licentiam adminiſtrare

poſ-

poſſint, deputare, ac ſtatuta & ordinationes, quæ pro Eccleſiarum ſeu locorum ac perſonarum huiuſmodi vtilitate, ac ſtatu proſpero conſeruando, & in melius reformando ac Dei ſeruitio vtilia fore proſpexerint eam vim, ac ſi auctoritate Apoſtolica prædicta emanaſſent habitura, & quæ omnes ac ſingulæ perſonæ Eccleſiarum huiuſmodi, ac ſi in eis edita forent obſeruare poſsint. Ita etiam quod ſi contingat per loci Diœceſanum aliquam Eccleſiam de nouo ad normam vel obſeruantiam viuendi huiuſmodi reformari, & Rectori ſeu Priori & Capitulo prædictis offerri huiuſmodi reformatione ac oblatione per Ordinarium facta, & ipſorum Capituli acceptatione ſecuta, ac prouiſo illi, vt præmittitur de Priore, Præpoſito, vel Rectore, reformatio, oblatio, acceptatio, & prouiſio huiuſmodi de alia inde ſecuta valeant, & ſubſiſtant, ac ſi prædicta auctoritate Apoſtolica proceſsiſſent, edere, ac ſtatuere, & ordinare in omnibus, & per omnia liberè & licitè valeant auctoritate Apoſtolica, & ſcientia ſupradictis, earumdem tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus Apoſtolicis Prouincialibus, & Synodalibus conſtitutionibus, ac præfatorum reformatorum, & aliorum, à quibus illa forſitan dependebant. Monaſteriorum ac Prioratuum & ordinum prædictorum ſtatutis & conſuetudinibus etiam Iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis, cæteris cōtrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

nam

nam noſtræ confirmationis, approbationis, ſuppletionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Eug. immunitates à Principibus noſtris conceſſas confirmat.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Domini M CCCC XXXI. VIII Idus Decembris Pontificatus noſtri Anno I. Gratis de mandato Domini noſtri PP. Vbique P. de Magio. Gratis de Mandato Domini noſtri PP. Io. de Nurſia.

Eugenij IV Priuilegiũ II.

Acceſſit ad hanc Pontificis liberalitatem nouus beneficiorum cumulus, dum eiuſdem Anni menſe ac die non ſolum data noſtris Eccleſijs Priuilegia confirmat, ſed immunitates etiam nobis ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, alijsq. Chriſti fidelibus conceſſas perpetuò ratas decernit; quod plurimum vtilitatis, ac magnificentiæ noſtris Cœnobijs addidit.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Rectori & Capitulo Secularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellanen. Diœceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes Libertates & Immuni-*

munitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, nec non pro talibus in eorum obedientia reputatis, ſiue per priuilegia, vel per Indulgentias vobis & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones Secularium exactionum à Regibus & Principibus, ac alijs Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Eccleſiæ prædictæ indultas, ſicut eas iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Volentes atque decernentes auctoritate & ſcientia ſupradictis quod S. Ioannis Decollati, S. Iacobi de Monteſilice, S. Auguſtini de extra Vicentiam cum Eccleſia SS. Firmi & Ruſtici de Leonico eius membro, & S. Angeli de Monte Veronæ, & S. Gregorij extra portam S. Vitalis Bononienſis, Caſtellanenſis, Paduanenſis, Vicentinenſis, ac Veronenſis Diœceſis Eccleſiæ, quæ ad veſtram obedientiam, & ritum: videlicet, Quod eorum Rectores, Præpoſiti, ſeu Priores & Canonici, ſeu perſonæ in communi viuant ſub vno tecto, & in eodem dormitorio dormiant, ac in eodem refectorio comedant, prout vos viuitis, dormitis, & comeditis, ſunt redactæ, nec non quæcumque aliæ Eccleſiæ ad obſeruantiam & ritum huiuſmodi præſtante domino in poſterum reducendæ ſeu etiam reformandæ poſtquam reductæ & reformatæ fuerint, vt præfertur omnibus & ſingulis libertatibus, immunitatibus, Priuilegijs, & Indulgentijs huiuſmodi gaudeant

& potiantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei uſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringenteſimo trigeſimo primo, VIII Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Gratis de mandato D.N. Papæ P. de Magio.

Gratis de mandato D.N. Papæ P. de Viuianis.

Eugen. IV Priuilegiũ III. *Eodem die & anno Pontifex amplo reſcripto confirmat abolitionem Monialium Eccleſiæ S. Iacobi Montiſilicis eiusq; reformationem ab Epiſcopo Patauino factam, nosq. ab omni præſentatione Rectoris pro annua quam vocant inueſtitura liberat, quod breuitatis cauſa huc transferre prætermiſimus.*

Nouo præterea benignitatis exemplo, petentibus humiliter maioribus noſtris, Summus Pontifex indulſit poteſtatem ſuſcipiendi ſtatutis temporibus à quocumque Catholico Antiſtite omnes ſacros ordines in ſacellis, ſiue Eccleſijs noſtris, ſine ordinariorum, ſeu Epiſcoporum licentia.

Eugen. IV Priuilegiũ IV. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Vniuerſis, & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Canonicis, & perſonis quarumcumque Eccleſiarum de Congregatione S. Georgij in Alga nuncupati,*

Ca-

Caſtellanenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigit veſtræ deuotionis ſinceritas, vt humilibus votis veſtris in iјs per quæ veſtris commodis & meritis quiete conſulitur, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati vobis, vt vos & ſinguli quos antea in Canonicos quarũcumque Eccleſiarum veſtræ Congregationis pro tempore recipi contigerit ad hoc alias idonei, omnes etiam ſacros Ordines à quibuſcumque malueritis Catholicis Antiſtitibus gratiam & communionem Apoſtolicæ habentibus, ſtatutis tamen à iure temporibus, tam in Capellis, ſiue Eccleſiјs veſtris, quàm ad hoc locis congruis & honeſtis recipere, ipſiq. Antiſtites vobis, & ipſis prædictos Ordines conferre & impendere liberè & licitè poſſitis, & valeant. Ordinariorum locorum & quorumvis aliorum ſuper iјs licentia minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus Apoſtolicis ac Prouincialibus, & Synodalibus, Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariјs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarna-

R 2 tio-

tionis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo x. Cal. Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno primo.

Gratis de mandato D.N. Papæ. P. de Magio.

Gratis de mandato D.N. Papæ. B. de Puteo.

Tantis ſummi Patris beneficijs aucti feruentiores in Chriſti obſequia pergebant omnes: Laurentio Iuſtiniano Præfecto omnia proſperè, & piè acta. Hinc denuò Summus Pontifex alio diplomate eorumdem Canonici à Decimis & vectigalibus liberantur. *animos exhilarat, & tamquam chariſsimos filios à quacumque ſolutione, contributione vectigalium, ac ſubſidiorum, ſeu triennalium decimarum, alijsq. debitis liberat. Ab omni etiam ſententia excommunicationis, ac interdicti abſoluit, omnesq. proceſſus aduerſus eos tollit, ſimul ab irregularitate ex huiuſmodi cauſa fortaßis contracta immunes reddit, addita comminatione diuinæ indignationis ſeueriſſima in eos, qui ipſos ex actionibus moleſtare tentauerint.*

Mccccxxxi. Eugen. iv. Priuileg. v. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs S. Georgij in Alga de Venetijs, S. Ioannis Decollati, S. Iacobi de Monteſilice, S. Auguſtini de extra Vincentiam, & Sanctorum Firmi, & Ruſtici de Leonico, S. Angeli de Monte Veronæ Caſtellan. Paduan. Vicentin. Veron. Diæceſis, ac S. Gregorij de prope Bononiam Secularium & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, Canonicis, & Capitulis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus quem ad*

Nos

Nos & Romanam geritis Eccleſiam, non indignè meretur, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, quæ vobis ferè conſpicimus opportuna, & per quæ ab exactionum ſubeundis oneribus releuati commodius ſuſtentari, & quietiùs famulari Altiſſimo valeatis. Cum itaque ſicut exhibita Nobis pro parte veſtra petitio continebat, Vos aut aliqui veſtrum communiter vel diuiſim per nonnullos fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores, aut ſubcollectores, ac alios ſuper hoc deputatos officiales, tam ſuper annatis, quàm etiam Talijs, collectis, aut ſubſidijs vel triennalibus, decimis de fructibus redditibus & prouentibus Eccleſiarum veſtrarum per vos exoluendis ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, Alijsque ſententijs, cenſuris, & pœnis, tunc expreſſis ad faciendam ſolutionem huiuſmodi, prout alias forte legitimè tenebamini requiſiti, & admoniti fueritis. Nos qui de laudabilibus vitæ, & moribus veſtris nobis notis, alias ſumus plenimodè informati. Intendentes indemnitatibus veſtris paternè prouidere, veſtris ſupplicationibus inclinati, vos, & veſtrum ſingulos, ac Eccleſias veſtras prædictas, in quibus eſtis diuinis obſequijs mancipati, à quacunque ſolutione, & contributione quarumuis annatarum, Talliarum, collectarum, ſubſidiorum, & triennalium decimarum huiuſmodi hactenus auctoritate Apoſtolica ad vſus quorumuis impoſitorum, & Cameræ præfatæ ac ipſius gentibus, ſeu quibuſuis alijs debitorum

rum

rum dictis collectoribus, aut ſubcollectoribus, ſeu quibuſuis alijs ad hoc deputatis nuncijs vel commiſſis facienda, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omnino quietamus & abſoluimus, ac liberamus, ita quod ratione præmiſſorum ad ſolutionem huiuſmodi minime teneamini, nec ad id à quoquam inuiti compelli valeatis. Voſq. omnes & ſingulos ab excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententijs, propterea communiter vel diuiſim à quocunque in vos latis abſoluimus, ac interdicti ſententia huiuſmodi relaxamus, omneſque proceſſus deſuper habitos tollimus & caſſamus. Et nihilominus vobiſcum ſuper Irregularitate, ſi quam forſan huiuſmodi ligati ſententijs diuina officia non tamen in contemptum Clauium celebrando, aut immiſcendo vos illis contraxiſtis, miſericorditer diſpenſamus. Diſtrictius inhibentes gentibus, collectoribus, ſubcollectoribus, Nuntijs, & Commiſſarijs prædictis, ne vos aut aliquem veſtrum, ſeu Eccleſias veſtras antedictas communiter vel diuiſim contra tenorem præſentium quomodolibet moleſtari præſumant. Ac decernentes quaſcumque ſententias per eos contra vos & tenore præſentium faciendas, ac proceſſus deſuper habendos irritas & inanes, nec non irritum & inane quicquid in contrarium à quoquam quamuis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ quietationis, abſolutionis, liberationis, relaxationis, diſpenſationis, inhibi-

bi-

bitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, VIII Idus Februarij, Pontificatus noſtri Anno primo. Ia. de Languſco.

Gratis de mandato D.N. Papæ. P. de Viuianis.

Comitia hoc anno M CCCC XXXII *die* X *Maij habita vbi in Lucam de Eſte cecidit Antiſtitis dignitas. Reliquorum Cœnobiorum Præfecti fuerunt, S. Ioannis Decollati Ioannes Venetus; S. Iacobi Montiſilicis Hieronymus Placentinus; S. Auguſtini, & SS. Firmi & Ruſtici Iulianus de Manerbio; S. Angeli Veronæ Bernardus Cremonenſis; & S. Gregorij Bononiæ Hieronymus Venetus. Et cum ob tenuiores fructus in prædicto S. Gregorij cœnobio loco* XII *vix quattuor Canonici commodè alerentur, Summo Pontifici, vt à publicis oneribus, & vectigalibus ſubleuarentur, ſupplices libellos porrigunt, quibus lubens annuit.* Mccccxxxii

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Rectori, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ S. Georgij de Alga Caſtellan. Diœc. collegialiter viuentibus, & commorantibus in Eccleſia S. Gregorij extra muros Bononien. Salutem & Apoſtolicam benedi-* Eugen. IV. Priuil. VI. Exemptionis S. Gregorij.

ne dictionem. Sacræ religionis honeſtas, & deuotiſſimæ vitæ norma quibus ſub humilitatis ſpiritu militantes purum, & ſedulum exhibetis Domino famulatum ceteraque bonitatis exempla, quibus fide dignis eſtis nobis teſtimonijs commendati, nos commouent, & inducunt, vt ad commoditates veſtras expanſo benignitatis gremio prouidentes, vobis ea quæ ad Eccleſiam & normam veſtram poſſint eſſe vtilia, ex noſtræ liberalitatis gratia concedamus. Sane quidem cum nobis exponi feceritis quod redditus & prouentus ipſius Eccleſiæ veſtræ S. Gregorij ſunt ita tenues, & exiles quod deductis expenſis vix quatuor ex Canonicis veſtris viuere poſſunt, & nihilominus propter loci commoditatem & deuotionem continuè duodecim ex dictis Canonicis in dicta Eccleſia intendatis retinere, vnde nobis feciſtis humiliter ſupplicari, quod vos & Eccleſiam prædictam à præſtatione quorumcumque munerum publicorum, & à quibuſcunque impoſitionibus, & oneribus realibus, & perſonalibus vobis per Eccleſiaſticam vel ſecularem poteſtatem qualitercunque hactenus impoſitis, vel impoſterum imponendis exemptos, & liberos facere dignaremur. Nos itaque qui ad ipſam vitæ veſtræ normam, inſpirante Domino iam commoti fuimus; & vos & loca veſtra proſequi volumus paternis fauoribus, & auxilijs opportunis veſtris ſupplicationibus inclinati, vt commodius & liberius ſine vlla inquietatione viuere poſſitis, tenore præſentium auctoritate Apoſtoli-

ca

ca vos, & præfatam Eccleſiam veſtram cum bonis, & perſonis ab omnibus, & ſingulis datijs, gabellis, præſtantijs, impoſitionibus, oneribus, muneribus realibus, & perſonalibus, aut alijs contributionibus, ſolutionibus, exactionibus quibuſcunque per Eccleſiaſticam vel ſecularem poteſtatem in Diœc: Bononien. & alijs Diœc. vbi exiſterent bona veſtra, tam hactenus impoſitis quam de cætero imponendis, vnde à vobis aliquid exigi vel requiri poßit, & ab omni alia angaria, vos prorſus eximimus, & totaliter liberamus, & exemptos, & liberos eſſe decernimus, & declaramus ita quod ab omni contributione fienda Eccleſiæ S. Petronij vel datiô macinaturæ, ſiue molituræ Portarum Circularum; Sgarmigliati vini imboctati Carticellan., pro quibuſcumque contractibus omnium rerum quamuis pars altera proteſtetur ſe nullatenus velle ſoluere, niſi ſuam partem datij, vel gabellæ, & à qualibet alia ſolutione præſtantiæ, impoſitionis exhibitione, vel ſubſidij etiam pro quauis pontium, foſſatorum, riuorum, riuulorum, canalium, conductorum, clauſurarum, clauicarum, vel cloacarum, aut ſtratarum reparatione, & alia quomodolibet exactione ſitis immunes abſoluti, & penitus liberati: Mandantes inſuper Poteſtati, & Capitaneo Ciuitatis noſtræ Bononiæ, Capitaneis Montanearum, Poteſtatibus, & Vicarijs Caſtrorum, & locorum Comitatus dictæ Ciuitatis, nec non defenſoribus Haueris, Exactoribus debitorum Cameræ Bononienſis, Datiarijs, Gabella-

S rijs,

rijs, ac Officialibus aquarum & Exactoribus quibuſcunque tam præſentibus, quàm futuris, & vniuerſaliter omnibus quibus executio præſentium debet, vel poßit quomodolibet pertinere, quatenus ſub excommunicationis pœna quam quemlibet contrafacientem ipſo facto incurrere volumus, & à qua præterquam in mortis articulo conſtitutus à nullo niſi à Romano Pontifice abſolui poßit, vos ſeu dictam Eccleſiam S. Gregorij vel bona veſtra de præmißis, aut aliquo præmiſſorum nullatenus requirere, moleſtare, inquietare, vel compellere præſumant. Decernentes inſuper ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari Conſtitutionibus, Priuilegijs, indultis, vel litteris Apoſtolicis pro ipſa Eccleſia S. Petronij, vel in fauorem datiorum, vel gabellarum huiuſmodi editis, & conceßis, ſtatutis, ordinationibus, & alijs in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Data Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, VIII. Kal. Februar. Pontificatus noſtri Anno primo.

Blondus.

Pontificis voluntatem publicis literis confirmarunt, qui Bononiæ rebus tunc præerant: quam immunitatem poſteri in hanc vſque diem magno affectu inuiolabilem conſeruarunt.

An-

Antiani, Conſules, & Vexillifer iuſtitiæ, necnon decem Reformatores ſtatus liberatis p. p. & communis Ciuitatis Bononienſis &c. viſo, & diligenter inſpecto tenore ſupraſcripti decreti, ſupraſcripto Rectori, & Canonicis Monaſterij S. Gregorij de prope Bononiam extra portam ſtratæ S. Vitalis eique continentia maturè conſiderata, habita fide de integra Religione prædictorum Fratrum, & Canonicorum, auctoritate maiorum magiſtratuum, ac vigore poteſtatis arbitrij, & baylia, nobis decem Reformatoribus conceſſorum per generale conſilium ſexcentorum p.p. et communis Bonon. in hac parte in effectu, de quibus conſtat publica ſcriptura rogata, & ſcripta per Nicolaum Bedoris Notarium, & Cancellarium noſtrum infraſcriptum, dictum decretum affirmamus, approbamus, & ratificamus de verbo, ad verbum, vt in eo expreſſum, mandantes omnibus officialibus, & datiarijs Ciuitatis, & Comitatus Bonon. ac omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, vel quomodolibet in futurum ſpectare poßit, quatenus nobis expoſitis attentis, & potißimè in relatione nobis facta per honorabiles Dominos Defenſores Haueris, contentis, attentis, hanc noſtram confirmationem obſeruent, & faciant cum effectu ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. In quorum omnium robur, & teſtimonium præſentes noſtras litteras noſtrorum paruorum, & conſuetorum ſigillorum impreſſione munitas duximus fieri. Bononienſium Decurionum Reſcriptũ.

S 2 Da-

Data Bononiæ in Palatio noſtræ reſidentię, die XVIII Menſis Februarij Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono.

Nicolaus Bedoris.

MCCCC XXXIII *Anno ſequenti quo Pontifex* EVGENIVS SIGISMVNDVM *Imperatorem Romæ coronat, ad S. Georgium reuerſi patres. Omnium ſuffragijs die* XXIII *Aprilis Rector Generalis eligitur D.* MAPHAEVS *Contarenus Laurentij Iuſtiniani diſcipulus, non minus nobilitate, quàm diuinarum rerum cognitione, ac ſanctiſſimæ vitæ norma præ cæteris illuſtris. Electi fuere aliorum Cænobiorum Rectores; S. Ioan. Decollati D. Nicolaus Cremonenſis; S. Iacobi Montiſilicis D. Gulielmus de Caſali; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Ioannes Vicentinus; S. Angeli in monte Veronæ D. Bandinus Venetus; & S. Gregorij Bononiæ D. Bernardus Cremonenſis. Sed iam Laurentij Iuſtiniani probitas, morumq. ſanctitas è latebris cænobij ita illuxit, vt ad ipſum vndique accurrerent alij, vt offenſæ veniam eius precibus impetrarent, alij, vt malè nutantis voluntatis actus in Chriſto confirmarentur, alij, vt ipſorum calamitates pia conſolatione ſubleuaret. Recenti hac fama* EVGENIVS *Sum. Pontifex iam morum ipſius ex contubernio conſcius, hiſce Congregationis noſtræ incrementis mirè afficiebatur, quam vt vberiori beneuolentia augeret, Laurentium Epiſcopum Vicentinum deſignat, mox Caſtellanenſem creat. Pontificis*

Maphæi Contareni encomiũ.

L. Iuſtiniani honores Eccleſiaſtici.

vo-

voluntatem aliquandiu morabatur, hinc Viri religioſiſſimi modeſtia, hinc reliquorum Patrum in communem veluti Patrem ac Præſidem affectus. Itaque Laurentius etiamſi iterato ſeceſſu oblatum honorem euitare cogitaſſet, nihilominus tandem ſubſiſtere & in patrum ſententiam venire ſanciuit. Erant qui ſuaderent non eſſe Summo Pontifici obluctandum: Alij hortabantur nullo modo ſuſcipiendum illud munus, mundi faſtum, inſueta onera, & corporis imbecillitatem prætexentes. Nec defuere qui fugam ſuggerebant: innixi omnes Sanctorum exemplis, qui vel huiuſmodi honorem adijſſent, vel renuiſſent, vel clanculum euitaſſent. In re tamen adeò graui Patres omnes conueniunt, Pontificem ſubmiſsè exorandum literis & nuncijs, ne ipſis Patrem ac columen auferret, à cuius diuortio Societas planè periclitaretur. Sed tandem partim rationibus, partim auctoritate, vicit Summi Pontificis ſententia, vt Anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo Epiſcopatum adiret, poſtquam variæ interceſſiſſent literæ, quas hic attexere non præter rem erit.

EVGENIVS PAPA IV *Laurentio Iuſtiniano. Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum primum audiuimus vacationem Eccleſiæ Vicentinæ, ex obitu bonæ memoriæ P. Epiſcopi Vicentini perſpeximus aduenisse tempus, quo deſiderio cordis noſtri ſatisfieri poterit. Hodie ſiquidem venerabilem fratrem noſtrum F. Epiſcopum Caſtellanenſem, à* Eugenij IV literæ ad L. Iuſtinianum.

vin-

vinculo quo Eccleſiæ Caſtellanenſi tenebatur abſoluimus, & ad præfatam Eccleſiam Vicentinam tranſtulimus. Te verò in Epiſcopum & Paſtorem præfatæ Eccleſiæ Caſtellanenſis de conſilio fratrum noſtrorum præfecimus. Hortamur itaque tanquam à Deo vocatus vt Aron huic ordinationi conſentire velis, ac pro honore Dei, & animarum ſalute, & animæ tuæ merito hoc onus aſſumere. Non enim ignoramus, quantum verbo, auctoritate & exemplo illi Ciuitati valiturus ſis: & præſertim Sanctæ Congregationi tuæ, prout de hac re alias tibi ſcribemus particularius. Nos verò, qui onera noſtra tecum libenter partiti ſumus, omni opera & induſtria curabimus tibi fauori & auxilio eſſe. Propterea veluti obedientiæ filius quod tibi Dei voluntate iniunctum eſt, parato animo ſuſcipe. Nam (vt inquit B. Gregorius) ſicut non licet talia appetere, ita nec vocatum ad ipſa pertinaciter recuſare. Ex his enim conſequeris benedictionem à Domino, & gratiam à Deo ſalutari tuo.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo capitum Principum Apoſtol. die XI Maij, Pontificatus noſtri anno tertio.

His perlectis Patres non parum moti, præmiſſis precibus ac ieiunijs, denuò ſupplices rogant, vt Summus Pontifex LAVRENTIVM *ipſis relinquat. Literæ verò iſtæ iniuria temporum perierunt: ad quas eiuſmodi Pontificis reſponſum apud nos extat.*

E v-

EVGENIVS PAPA IV *ad Conſortium Canonicorum S. Georgij in Alga. Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tum ex literis veſtris receptis, tum ex ijs, quæ dilectus filius Georgius Eremita nobis retulit, intelleximus vos ſatis contriſtari quod dilectum filium* LAVRENTIVM IVSTINIANVM *in Paſtorem & Patrem dederimus Eccleſiæ Caſtellanenſi, quum tamen expectaremus, vt quemadmodum exhortati fuimus congauderetis nobiſcum. Si conſideremus conſortij neceſſitudinem, communem perſeuerantiam in opus Dei, mærori veſtro ſatis ignoſcimus. Si amorem proximi, Rempublicam, & commune bonum, ab his omnibus mæror excluditur. Neque magni facimus eius corporis conditionem ad paratos labores, quoniam non robuſto corpore, ſed forti & feruenti animo opus eſt. Aderunt multi præterea, qui communicatos labores libenter excipient, ipſique in omne officium, & in omne tempus auxilio erunt, ita vt nonnunquam in contemplationis bonum ſe recipiat. Sæpè verò ad Moyſi exemplum deſcendat ad caſtra, vt proximorum neceſſitati conſulat. Sic Apoſtolos, ſic Paſtores Eccleſiæ, ſic Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM *feciſſe legimus. Quis ex hac aſſumpta dignitate calumniam faciet, præſertim, quum viderit Pontificem ſine auro, ſine diuitijs, ſine pompis, nihil ve quod ſuum ſit quærere, ſed quod Ieſu Chriſti? Hoc iure non euacuabitur gloria in Chriſto, ſed amplior reddetur. Huius rei plura ante oculos*

Eugenij litteræ ad Canonicos S. Georgij.

los habetis exempla. Ex his non ambigimus, quin vberrimos fructus ſecuturus ſit. Multa ſiquidem commoda in conditione perſonæ ipſius, inter quæ fauor Sedis Apoſtolicæ impræſentiarum ſe offerunt, quæ non habuerunt ante prædeceſſoris eius. Itaque ſiccate iam lacrymas, conſiderate quantum bonum ſit apud Epiſcopum pro multis offerre ſe Deo, & date illi gloriam & honorem. Datum &c.

Videns igitur Laurentius Pontificem propoſiti tenacem ipſe ſequenti Epiſtola ſeſe humiliter excuſat.

I.Iuſtiniani reſpōſio ad Eug.IV. *Laurentius Iuſtinianus ad* EVGENIVM PAPAM IV.

Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater ouium Chriſti Ieſu Domini noſtri vniuerſalis Paſtor. Quanto mœrore ſit oppreſſum cor meum, quot ſingultus, quotve obortæ ſint lacrymæ, ex hoc quod vilitatem meam Eccleſiæ Caſtellanenſi præficere intendit Sanctitas veſtra, nouit ille teſtis & Iudex, cui notiſſima abſque ambiguitate ſunt omnia. Ad quod quidem onus portandum, quum prorſus me ſciam impotentem, & indignum, coram Sanctitatis veſtræ proſtratus pedibus, tanquam filius (licet immeritus) à clementiſſimo patre poſtulo: quatenus parumper ceteris à corde ſepoſitis curis dignetur Sanctitas veſtra patienter audire, reuoluere animo, ſinceraque examinatione rationibus meis, quas ſub compendio dicturus ſum, accommodare conſenſum: ſi qua erga viliſſimum filium ineſt paternalis affectio, ſi qua ad vlceroſum compaſſio, ſi qua erga oneribus conſcientiæ grauatum pia miſerandi intentio.

tentio. Horrent namque omnia interiora animæ meæ, cum materiam hanc diſcutio, nec vllo modo patitur tanto ſe ingerere periculo, quum notiſſimum ſit me ſecundum interiorem hominem priuatum eſſe ſcientia, à virtutibus prælatis congruentibus alienum, atque à tali experientia extraneum. Secundum verò exteriorem continuis penè languoribus laborantem in ſeniumque vergentem. Quæ vniuerſa Paſtoribus Eccleſiæ nullatenus congruunt, imo ſupra modum aduerſantur. Quanti autem ponderis ſit regimen huius Diœceſis, in qua plurimum diſordinatus eſt Clerus, vitia innumerabilia adulta, creberrima lucta, & quotidiana contradictio nobilium ac potentum, optime conſiderare valet Sanctitas veſtra. Hinc animus diffidit aliquam vtilitatem poſſe perficere. Conſideratis etiam perſecutionibus, laboribus continuis, & modicis profectibus Sanctorum præſulum, qui in Domino quieuerunt, quorum vtinam dignum eſſem deoſculari veſtigia. Præterea quis non merito ſcandalizetur, cum viderit, ſeu audierit Laurentium poſt annos triginta in Monaſterio ſub obedientia conuerſatum cum parcitate victus, ac veſtitus ſedula ſemper intentione hominum conſortia declinaſſe, nunc expoſitum eſſe turbis, audire cauſas Secularium, conuerſationem habere cum ipſis, quibus mea conuerſatio omnino non conuenit, & colloquia facere, quæ ſeruis Chriſti non competunt? His alijſque rationibus vereor maius detrimentum debere inſurgere in ſubditos

per promotionem hanc, quam commodum. Poſtremò cum attendo diligenter fratrum noſtrorum in me amorem, coniunctionem & ſinceram charitatem ipſoſque cordis tentationes ſuperaſſe, me præſtantiores eſſe eos conſpicio. Ideoq; Sanctitas veſtra dignetur hoc opus iniungere alteri, qui magis quam vilitas mea dominico gregi prodeſſe valeat. Sunt enim in conſortio noſtro quamplurimi, quibus cum propter vitæ meritum, ac ſcientiæ ornamentum, tum propter abundantiam cæleſtis gratiæ iſtam conferre poterit dignitatem Sanctitas veſtra, quam Dominus ad ſui gloriam incolumem in vtroq; homine cuſtodire dignetur. Amen.

Datum Venetijs ex Cœnobio noſtro S. Georgij in Alga.

Pontifici autem hinc cæptus ardor potius creuit, quàm vt ſe exorabilem præberet, quin IVSTINIANO *hoc reſponſo obſequium inſinuat.*

Eugenij IV literæ ad L. Iuſtinianum.

EVGENIVS PAPA IV *ad Laurentium Iuſtinianum.*

Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Receptis literis charitatis tuæ & intellectis ijs, quæ per dilectum filium Georgium Eremitam nobis dici mandaſti, nihil noui de propoſito tuo ſuſcepimus. Arbitrabamur enim id præcipuum eſſe menti tuæ vt ſoli ocio vacares. Sed quoniam te in meliorem ſortem dari poſſe conſpeximus, ex multorum conſilio Eccleſiæ Caſtellanenſi te in patrem dedimus. Conſuluimus ſaluti patriæ, ex qua originem duximus: conſuluimus et tibi in maius meritum animæ tuæ. Quum igitur ad

hoc

hoc amplius bonum à Deo vocatus ſis; non ſatis conſpicimus; quomodo cum Deo diſſentire geſtias. Neque ad hoc ſatisfaciunt, quæ pro te inducis. Primum te nouimus quantum ſecundum vtrunque hominem per annos triginta profeceris, & idcirco in hanc Rempublicam Paſtorem te induximus. Neque æſtimauimus; quod in ſenium tendas, quoniam non corpore, ſed animo laborandum eſt. Sed & multos habebis, præſertim conſeruos tuos, qui in omni officio, fauori & auxilio tibi erunt. Habebis & nosipſos & Apoſtolicam Sedem, quorum nihil aut parum habuerunt prædeceſſores tui. Simulque conſidera, quod non regnum ſuſcipis, ſed miniſterium Chriſti, non honorem, ſed onus, non diuitias, ſed diſpenſationem multiformis gratiæ Dei. Neque id exiſtimes, quod nonnulli (vt ſcribis) hoc fortaſſe refugerint, quoniam varia ſunt dona diſcipulorum Chriſti. Multos enim virgines dedit, multos in ſolitudinem contulit, te vero quum vtriuſque vitæ participem fecerit, iure ad hoc ſubeundum onus te aſtrictum eſſe intelligis. Ita enim penè omnium Caſtellanenſis Eccleſiæ ſumma expectatio eſt, vt te in Patrem ac Paſtorem habeant. Quare reuocationem tuam amodo cognoſce, nec velis ex humilitate bonum humilitatis, & obedientiæ perdere: quoniam ſicut non licet te hanc appetere rem, ita non licet pertinaciter recuſare. Et ſic te hortamur iterum, atque iniungimus. Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes iſti congregati ſunt, venerunt

tibi. Super te enim orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur; quoniam (vt indubie ſperamus) propitio Deo in hos veluti in terram bonam ſemina ſparges, & afferes fructum centuplum in patientia. Datum, &c.

Itaque Pontifici humiliter cedens Laurentius, ſuſcepta muneris dignitate, Inſulam S. Georgij ſibi cariſſimam relinquit; aſſumptis duobus ex noſtris Patribus. Quorum alterum diuinis adhibebat; cum altero maiores familiæ curas partiebatur. Idque munus adijt ſine pompa & ſine comitatu, ea humilitate vt ne fratres quidem germanos ſibi adeſſe permiſerit. Eò cum perueniſſet, ſuarum virium, & valetudinis memor, fuſis ad Deum precibus ac ſuſpirijs pro ſalute populi, ciuiumq. moderatione per quietem fulgore quodam veluti recreatus, animum in diuerſa agitatum ita compoſuit vt pari facilitate Epiſcopatum, qua olim Cœnobium adminiſtraret. Frugalitatem in primis eximia oſtendit familia, herilis ſanctimoniæ æmula.

Acerbum omnibus Laurentij abitum leniuit lætus ex Luſitania rumor allatus de proſperis noſtri Ordinis ibidem recens cœpti incrementis. Cuius initium & progreſſus ad Societatis noſtræ ſplendorem hic iuuat attingere.

Canonicorum S. Io. Euãgeliſtæ apud Luſitanos ortus & progreſſus.

Anno M C C C C X X V *floruit in Luſitania Ioannes Vicentius Vlyßiponæ natus, Medicinæ Doctor & politioris literaturæ profeſſor eximius, corporis for-*

ma,

ma, animiq. dotibus præſtantiſsimus. Hic ſpretis mundi illecebris, Martino Laurentio verbi diuini concionatore, & Alphonſo Nogueyra viro generis nobilitate claro, ſocijs adhibitis, in communem vitæ rationem propenſis, in Ædem S. Mariæ dos Oliuaes propè Vlyſſiponam ſeceſſit. Loci Rector illorum pium viuendi inſtitutum collaudans, diuino ardore excitatus ipſis lubens adhærebat. Veteris amicitiæ memor Vaſcus Portualenſis Epiſcopus inde eos ad ſe euocauit, moxq. in Eccleſiam S. Mariæ de Campanhaan duabus ab vrbe leucis tranſtulit, vt loco ab hominum frequentia remotiori tranquillam & beatam vitam ducerent. Vaſco paulò poſt ad Eborenſem Epiſcopatum traducto, pij Viri tanto patrono deſtituti, cum fortuna hoſpitium & conſortium mutare coguntur. Alphonſus igitur Romam proficiſcitur, alij ad patrios lares redeunt, Ioannes conſtanti animo aduerſa hæc ferens, cùm ſuas facultates pauperibus diſtribuiſſet, cum Ioanne Rodriguez, & Petro Aluarez, humili habitu vniuerſam Luſitaniam peragrauit. Bracharam interea Auguſtam cùm veniſſet, ab Archiepiſcopo D. Ferdinando Hiſpaniarum Primate pro veteri neceſſitudine perhumaniter fuit acceptus; ab aliquot dierum mora Archiepiſcopus ſuaui horum virorum colloquio ſummopere recreatus, optimos Viros ad ſuæ Diœceſis dignitatem ſecum retinere tentabat. Ioannes, cui pietate & vitæ innocentia nihil prius erat, cum ſuis Archiepiſcopo non inuitus aſſenſit. Defun-

cto

cto Abbate Monaſterij Sancti Saluatoris de Villa de Frades Ordinis Benedictini locus iam omni regulari obſeruantia deſtitutus, in commendam tranſierat. Ioannes itaque cum ſocijs Archiepiſcopi auctoritate Anno M CCCC XXV *hanc ſedem habuit.*

Hoc tempore Alphonſus Nogueyra, qui è Portualenſi ciuitate Romam contenderat, fama ſanctitatis Canonicorum Secularium S. Georgij ab Alga Venetijs per vniuerſam Italiam ſparſa, quam Romæ etiam ex Antonij Corrarij, & Gabrielis Condulmerij S.R.E. Cardinalium dotibus perſpexerat, cùm deuotionis ergò Venetias appuliſſet, hoſce Viros religioſos & Apoſtolicæ vitæ ſectatores inuiſit: cumq. iam à Ioanne certior factus eſſet, ab Archiepiſcopo Bracharenſe collatum ijs Cœnobium S. Saluatoris de Villar de Frades, deſcriptis noſtris Inſtitutis, in Luſitaniam reuerſus, Ioanni et ſancto aliorum conſortio ſe reddens, memoratis ijs, quæ de ſanctitate, & in Deum pietate apud Canonicos S. Georgij obſeruauerat: ſic animos eorum ad ſanctiſsimum huiuſmodi virorum exemplum excitauit, vt omnes vnanimi conſenſu, Alphonſo gratulati iſtius Societatis ſtatuta vltro reciperent, ac ſtatim giluo habitu in cœruleum mutato, ceteriſque vitæ morumque inſtitutis Canonicis Venetis ſe conformarent.

Peruagata itaque per Luſitaniam huiuſmodi patrum fama Alphonſo V. Portugalliæ Regi tanti fuit, vt Ioannis Vicentij & Martini Laurentij fidei crederet

deret Infantem Eliſabetham, quam Philippo Burgundiæ Comiti anno M.CCCC XXX *ſponſam traderent, relicto Roderico Arnado Monaſterij de Villar de Frades moderatore.*

Expedito in Burgundia negocio, ipſi ad ſui Ordinis confirmationem ſe ſe Romam receperunt. Hic cum aliquantulum ſubſtitiſſent, Gabriel Condulmerius lethali morbo ac medicis deſperato corripitur. Ioannes Vicentius deploratam alijs valetudinem optimis auxilijs reſtituit. Opinionem de ipſo non vulgarem res ea ſic auxit, vt Martinus V. Sum. Pontifex Societatem eius ac Monaſterium S. Saluatoris de Villar hiſce literis ampliſſimè confirmaret, negotium committens Epiſcopo Viſenenſio, & Præpoſito Generali D. Hieronymi.

MARTINVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Venerabili Fratri Epiſcopo Viſenenſio, & dilecto filio Lupo Dolmodo, Ordinis S. Hieronymi, Generali Præpoſito, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium deſuper nobis iniunctum mentẽ noſtrã ſolicitat, & inducit, vt circa ea, quæ diuini cultus incrementa reſpiciunt, operoſis ſtudijs, & curis aſſiduis intendamus, illaque proſequamur fauoribus opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum Ioannis Vincentij, in artibus, & medicina magiſtri, Rectoris Parochialis Eccleſiæ S. Iacobi de Termis Olixbonenſis Diæceſis, necnon Martini Laurentij, Roderici Amado, Ioannis Roderici*

rici presbyterorum, Alphonſi Petri, & Martini Ioannis, clericorum, petitio continebat. Quod cum olim ipſi, & nonnulli clerici, & laici, zelo deuotionis accenſi cuperent humanis abditatis ſolicitudinibus, & ſecularibus curis, in aliquo loco honeſto ad hoc congruente collegialiter, & in communi viuere, ac religioſe inuicem conuerſari ſtudioq. piæ vitæ continuum, & deuotum altiſſimo reddere famulatum, venerabilis Frater noſter Fernandus Archiepiſcopus Bracharenſis, propagatione diuini cultus affectus cupiens eoſdem exponentes in eorum laudabili propoſito confouere, ac conſiderans, & diligenter attendens, quod in Monaſterio S. Saluatoris de Villar de Frades Ordinis S. Benedicti Bracharenſis Diœceſis; quod propter inopiam, & fructuum exilitatem quas malitia temporum, & Abbatum, qui pro tempore fuerunt, incuria, atque neglectu incurrerat, tunc Abbate, & conuentu carebat, nec reductionis ipſius ad ſtatum priſtinum ſpes vlla haberi poterat, cultus regularis obſeruantiæ omnino per tempora multa ceſſauerat, Monaſterium ipſum prius, per eundem Archiepiſcopum, in eo ordine, & dignitate ſuppreſſis pariter, & extinctis in ſeculare beneficium auctoritate ordinaria inſtituit, & reduxit; necnon parochialem etiam S. Saluatoris de Varza, eiuſdem Diœceſis, cuius viginti cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem beneficio, ſic vt permittitur inſtituto, & reductio, cuius etiam viginti librarum Turonenſis paruorum fructus, redditus,

& pro-

& prouentus, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt aſſeritur in portatis non excedunt: eadem auctoritate, vniens, incorporans, & adnectens beneficium ipſum cum annexis huiuſmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Ioanni Vincentij, eadem auctoritate contulit, & de illa etiam prouidit, prout in literis eiuſdem Archiepiſcopi, ſuperinde confectis dicitur plenius contineri, quarum vigore Ioannes Vincentij, beneficium ipſum cum annexis huiuſmodi aſſecutus poſsidet, & ibidem cum dictis ſocijs reſidet de præſenti. Quare pro parte ipſorum Ioannis Vincentij, & presbyterorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præfatis omnibus, & ſingulis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & aliàs opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui diuinum cultum noſtris potiſsimè temporibus augeri, & conſeruari intenſis deſiderijs affectamus, de præmiſsis certam notitiam non habentes diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, et mandamus quatenus vos, aut alter veſtrum de præfatis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra vos diligenter informetis. Et ſi per informationem huiuſmodi præmiſſa repereritis vera eſſe, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, vnionem, annexionem, incorporationem, collationem, & prouiſionem præfatas, ac alia inde ſecuta eidem Ioanni Vincentij, auctoritate noſtra præfata approbetis, ra-

V ti-

tificetis, & confirmetis, cum præfatis huiuſmodi, ac ſucceſſoribus eorundem in perpetuum collegialiter, & in communi viuentibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus monaſterij, & ordinis prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Nos enim, ſi per vos vnionem, annexionem, & incorporationem, ac alia inde ſecuta approbare, ratificare, & confirmare contigerit, vt præfertur, volumus, & Apoſtolica auctoritate concedimus, quod Ioannes Vincentij, presbyteri, & laici, ac ſucceſſores huiuſmodi omnibus priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & indultis, religioni, & fratribus ordinis Sancti Hieronymi, etiam à Sede Apoſtolica, ſub quacumque verborum forma conceſſis gaudeant pariter, & vtantur.

Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos, XIII. Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri Anno quarto decimo.

A qual letra aſſi moſtrada, & apreſentada perante o dito Iuyz, pollo dito Rodrigo Amado como dito he, diſſe ao dito Iuyz em ſeu nome, & das outras peſſoas na dicta letra contheudas, que elles entendian enuiar a dita letra per muitas partes, & lugares deſte Reyno, et que ſe temia de a perder per fogo, ou agoa, ou per outro algum cajam, ou caſo fortuito, & que lhe pedia, que lhe mandaſſe dar o theor da dita letra, &

hum

hum eſtromento publico com ſua autoritade ordinaria, & que mandaſſe, que fizeſſe fee como original, & o dito Iuyz viſta a dita letra & como não era raza, nem viciada, nem entrelinhada, nem em alguna parte de ſi ſoſpeita antes era de todo vicio, & ſoſpeiçam carente, mandou a mim tabiliam, que deſſe ao dito Rodrigo Amado hum eſtromẽto, & mais os que lhe cumpriſſem com o theor da dita letra com ſua autoridade ordinaria, que a ello deu, & ſob meu ſinal, & mandou que valeſſe, & fizeſſe fee como o verdadeiro original, & o dito Rodrigo Amado pedio aßi eſte eſtromento, teſtemunhas que preſentes forão, Aluaro de Fragoas, & Fernão Pirez, & Gonçalo Rodriguez, et Gil Eſteuez, & Lourenço Afonſo tabaliam, & outros, & eu Gil Gonçaluez tabaliam por El Rey na dita Cidade, que preſente foy com as ditas teſtemunhas, & a pedir a requerimento do ſobredito per autoridade, & mandado do dito Iuyz eſte eſtromento eſcreui, & aqui meu ſinal fiz em teſtemunho de verdade, que tal he, &c.

Pontifice rebus humanis exempto, Condulmerius ſucceſſor non modo hæc Priuilegia rata eſſe iuſſit, ſed D. Georgij inſuper ab Alga ipſis enixè poſtulantibus Inſtituta conceßit. EVGENIVS EPISCOPVS *Seruus Seruorum Dei. Ad futuram &c.* Nos etiam vt ipſe Ioannes Vicentij, ac Presbyteri, Clerici, & alij prædicti, ac omnes ſucceſſores eorum in eadem conuerſatione, ſeu alio loco conuerſationis eorumdem, ſeu de eorum Societate

deuoti perſeuerantes omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, indultis & gratijs dilectis filijs Rectori Monaſterij, & Canonicis Secularibus S. Georgij de Venetijs Caſtellanenſis Diœceſis, à Sede Apoſtolica, vel in genere, ſeu ſpecie ipſorum Eccleſijs, & locis quouis modo conceſſis: quorum tenore alijs noſtris literis habuimus pro expreſſis, perinde vti, & gaudere libere, & licite valeant, &c. Datum Romæ Anno M CCCC XXXI. XV Cal. Iun. Pont. noſtri Anno primo.

Idem Pontifex Anno M CCCC XLV. *amplo diplomate Inſtitutionem & incorporationem Monaſterij de Villar de Frades per Martinum Papam V. collatam confirmat, necnon omnia priuilegia S. Georgio in Alga conceſſa, et Ordini B. Hieronymi largitur his verbis:* Iuxta inſtituta Canonicorum S. Georgij in Alga prædictorum viuant, & iuxta mores, ſtatuta, conſuetudinem, & priuilegia Congregationis Canonicorum S. Georgij prædictorum teneatur, regatur & gubernetur, ac teneri, regi & gubernari debeat in omnibus, & per omnia &c. eiſdem ſcientia & auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, nec non præſentibus & futuris Canonicis Congregationis S. Saluatoris de Villar de Frades prædictis concedimus, quod moribus, inſtitutis, conſuetudinibus, ac priuilegijs Congregationis Canonicorum S. Georgij in Alga prædictorum ſe con-

confirmare & iuxta illa viuere, habitum geſtare &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M CCCC XL V. IV. Idus Martij, Pontificatus noſtri An. XVI.

Adeo genti iſti noſtra viuendi norma, habitus, victus, ſimplicitas, ſolitudo, charitatis ſtudium, veluti ſuauiſſima piæ vitæ oblectamenta, placuerunt, vt vberrimum hiſce quæ retuli etiam teſtimonium præbeat hodierna die eorumdem Conſtitutionum principium idiomate Luſitano typis vulgatum: Foy inſtituizam, e reformazam deſta Congregazam reformada em Veneza em o moſteyro de S. Iorge d'Alga, em a Era de M CCCC IV *annos, e os fundadores foram Antonio Corrario, que deſpoys foy Cardeal, e Gabriel Condulmario, que foy Papa Eugenio IV. e per Lourẽzo Iuſtiniano, primeyro Patriarcha de Veneza, de cuia ſantidade dam teſtemunho ſeus eſcrittos, e vida exemplar, e outros muytor varoens religioſos, iunctos em o moſteyro de Sam Iorge d'Alga. Foram ordenada, e reformada pe lo Papa Gregorio XII. em conegos Seculares viuentes in commum, à modo de Sanctos Apoſtolos, como largamente ſe pode ver em ſua fundazam. E deſpoys, no anno de* M CCCC XXV *en eſte noſſo Reyno de Portugal, no moſteyro de Villar de Frades, do Arcebiſpado de Braga foy reformada eſta Congregazã, e eſtado Apoſtolico da maneyra, que tem os Conegos de S. Iorges d'Alga, cum todos os priuilegios, e grazas, que tem os Conegos de S. Iorge; e iſto*

peto

peto Padre Meſtre Ioam, que foy Biſpo de Lamego, e finalmente de Viſco, e per Dom Alfonſo Nogueyra, que foy Biſpo de Coimbra, e deſpoys Arcebiſpo de Lisboa, e per outros virtuoſos varoens, como mayr largamente ſe declara na fundazam.

Latino ſermone reddita, ſic leguntur: Fuit inſtitutio & reformatio huius Congregationis reformata Venetijs in monaſterio S. Georgij ab Alga anno M CCCC IV. & eius fundatores fuerunt Antonius Corrarius, qui poſtea fuit S. R. E. Cardinalis, & Gabriel Condulmerius, qui fuit Papa Eugenius IV. & Laurentius Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha, cuius ſanctitatem teſtantur eius ſcripta, & vita admirabilis, & alij quamplurimi religioſi Viri, congregati in monaſterio Diui Georgij ab Alga, qui à Papa Gregorio XII fuerunt inſtituti & reformati in Canonicos Seculares viuentes in communi, ad modum Apoſtolorum, vt latè apparet in eorum fundatione. Et poſt, anno M CCCC XXV in hoc noſtro Luſitaniæ Regno, in monaſterio de Villar de Frades Archiepiſcopatus Bracharenſis fuit reformata hæc Congregatio & ſtatus Apoſtolicus eodem modo, quo in monaſterio S. Georgij ab Alga omnibus priuilegijs & gratijs conceſſis eiſdem Canonicis S. Georgij, per Patrem Magiſtrum Ioannem, qui fuit Epiſcopus Lamacenſis, & poſt Viſenſis, & per Dominum Alphonſum Nogueyra,

qui

qui fuit Epiſcopus Conymbricenſis, & poſtea Archiepiſcopus Vlyſſiponenſis, & per alios viros virtute præditos vt latius in fundatione declaratur.

Principia hæc ita creuerunt breui, vt Cænobio S. Saluatoris alia emolumenta atque ornamenta in dies accederent. Quorum exactiorem notitiam à R. D. Melchiore de Graza Mathuſinienſi Luſitano I. V. D. Viro florentis ætatis non minus erudito quam pio, ob exactum rerum gerendarum vſum diuerſis præfecturis acquiſitum iam Romæ pro Societate ſua commorante pari fide ac benignitate acceptam hoc loco neutiquam reticebo.

Celebre eſt in Luſitania S. Saluatoris de Villar de Frades monaſterium ob inſignem quendam Monachum S. Benedicti, quem ferunt ibidem tercentum annos ad auiculæ cantum vitam traxiſſe. Situm eſt in prouincia Interamni, quæ vulgo (entre Douro e Minho) territorij Barcellenſis inter Barcellos, & Bracharam Auguſtam ad Orientem, inde diſtans ſex milliaria, & hinc tria. Terra fertilis eſt, qua itur ad Cõpoſtellam Regni Galliciæ, Monachi Benedictini id obtinuerunt vſque ad annum M CCCC XXV, *quo tempore noſtris acceſſit; imo Eugenij IV Sum. Pontificis auctoritate caput totius Congregationis & Sedes Rectoris Generalis hoc titulo declaratum fuit.* S. Saluatoris Cœnobium. Congregatio S. Saluatoris de Villar de Frades ad inſtar Rectoris & Canonicorum S. Georgij ab Alga Ve-

Venetiarum. *Templum hic mira arte, varijsq. ornamentis conſtructum, parochiale eſt; vbi ſacrarij præfectus animarum curam gerit; Cæmiterium eius piorum & SS. Virorum cineribus in hunc diem venerabile. Cænobium in primis ampliſsimum, vbi quinquaginta Canonici morantur, quorum auſpicijs ſtudium Philoſophiæ potiſsimum floret. Adiacent monaſterio prata feraciſsima, quorum vſus quotannis pauperibus agricolis conceditur. Villas poßidet Manhente, Tapado, San Martinho, Quintorio, Eyra de Codezo: Domum in Brachara Auguſta cum Oratorio, & alteram in Abbatia S. Benedicti de Varzea. Domus Regiæ de Bragantia beneficentia maximis priuilegijs ius eſt patribus in vicum de Villar de Frades & Tomadias. Habet etiam Abbatias, Encourados, S. Martini de Manhente, S. Ioannis de Arcus, S. Mariæ Magdalenæ, S. Leocadios, Goez, S. Æmiliani, S. Michaelis de Roriz, S. Georgij de Aduens, S. Benedicti da Varzea. Rector inſuper S. Saluatoris ius patronatus in Abbatiam de Gemez cum Rectore de Banho, de Rio Tinto cum Capitulo S. Sedis Bracharenſis alternis annis diuiſum habet, & Vicariatus de Goez, & S. Æmiliani præſentat. Hic etiam ius tenet in ciuilibus in Manhente Capitanei Generalis titulo, centuriones nominat, ceteraq. rei militaris cum Rectore adminiſtrat, Iudices confirmat, de ciuilibus per viam appellationis cognoſcit; quam dignitatem hodie ſuſtinet D. Bernardus de Chriſto Theologus*

præ-

præclarus, qui indefeſſo ſtudio in pulcherrimo virtutum & Muſarum ſtadio decurrit. Ampliſſimi ſunt Cœnobij redditus, & ex tam diuiti penu pars magna religioſis peregrinantibus diſtribuitur. Imo annona deficiente vniuerſum territorium ſatis amplum ſumma charitatis extiſtimatione de Canonicorum horreis ſuſtentatur.

Alterum hi Patres Cœnobium habent Vlyſſipone extra mœnia iuſſu & expenſis Reginæ ISABELLAE ALPHONSI V. *coniugis, S.* IOANNI *Euangeliſtæ extructum: quod Congregationi nomen & Rectori Generali Sedem contulit. Anno* MCCCCLXI *pia Heroina huic Diuo deuota apud Sum. Pontificem Pium IV impetrauit, quod in poſterum Canonici Seculares Congregationis Sancti Saluatoris de Villar de Frades S. Ioannis Euangeliſtæ cognomen perpetuò aſſumerent. Cuius rei teſtimonium præbet hoc diploma.* Cœnobiũ S. Io. Euangeliſtæ.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. *Ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera deſiderabilia cordis noſtri illud præcipuè intenſis deſiderijs affectamus, vt vbique maieſtas Altiſſimi collaudetur in benedictionibus gratiarum, ſuique glorioſi nominis cultus vbilibet amplietur, & ad horum promotionem eo libentius poſcentium votis annuimus, quo viri Eccleſiaſtici ſub ſacræ religionis norma viuentes ſpontaneam illius obſeruantiam amplectantur. Sanè pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alphonſi Portugalliæ Regis illuſtris nobis nuper exhibita petitio*

tio continebat. Quod olim claræ memoriæ Iſabella Portugalliæ Regina de propria ſalute recogitans inter cetera, quæ de bonis ſuis in eius vltima voluntate teſtando diſpoſuit ob ſingularem deuotionem, quam ad Glorioſum Apoſtolum, & Euangeliſtam Ioannem gerebat, diſpoſuit, voluit, & ordinauit quod in Heremitorio S. Benedicti de Enxobregas Vlixbonenſis Diœceſis monaſterio B. Mariæ de Alcobaça ordinis Ciſtercienſis dictæ Diœceſis ſubiecto quoddam monaſterium ſub inuocatione eiuſdem S. Ioannis Euangeliſtæ fundauit, & de eiſdem bonis ſuis tot dilectis filijs Abbati, & conuentui eiuſdem monaſterij de Alcobaça aſsignare deberent quot huic ſuo pio deſiderio condeſcenderent, & in ipſius erectione monaſterij conſentirent quodque dictum erigendum monaſterium per Canonicos ſeculares congregationis S. Saluatoris de Villar de Frades Bracharenſis Diœceſis ad inſtar Rectoris, & Canonicorum S. Georgij in Alega Venetiarum in communi viuentium perpetuo regeretur, & gubernaretur. Poſtmodum vero dicta Regina ſublata de medio Abbas, & Conuentus prædicti recepta loco ipſius Heremitorij debita recompenſa ipſum Heremitorium ab eodem monaſterio de Alcobaça ſeparantes, & dimembrantes illud cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Canonicis congregationis huiuſmodi pro eorum vſu, & habitatione perpetuis donarunt, & etiam aſsignarunt ipſique Canonici Heremitorium prædictum donationis, & aſsignationis

ca-

earundem vigorem receperunt ac illud ex tunc inhabitauerunt prout inhabitant de præſenti. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt piæ, & laudabili ipſius Reginæ ordinationi huiuſmodi vtque illa ad effectum perduci, & in ipſo erigendo monaſterio regularis Canonicorum eorundem obſeruantia vigere, atque alij ob frugem melioris vitæ eorundem Canonicorum exemplo ad benè beatéque viuendum induci valeant voluntati, & ordinationi: necnon ſeparationi, dimembrationi, donationi, & aßignationi prædictis prout illa contingunt omnibus, & ſingulis tam ſuper vltima uoluntate, quàm alijs præmißis confectis inſtrumentis publicis, & inde ſecutis pro illorum ſubſiſtētia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & quod dictum Heremitorium de cetero, monaſterium S. Ioannis Euangeliſtæ nuncupetur, & ſit, ac caput, & principale totius congregationis eiuſdem in partibus illis exiſtat, nec ipſum amplius S. Benedicti nomine[illegible], nec dicta congregatio S. Saluatoris de [illegible]illar de Frades prout hactenus nuncupari conſueuit: ſed S. Ioannis Euangeliſtæ de Enxobre[illegible] perpetuis futuris temporibus appelletur, [illegible]odque Canonici tam in ipſo erigendo, quàm in præfato de Villar de Frades, & alijs quibuſvis monaſterijs, domibus, heremitorijs, & locis congregationis eiuſdem in partibus illis pro tempore exiſtentes præſentes, et futuri congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ ſimiliter ad inſtar Canonicorum S. Georgij in Alega

ga prædictorum nuncupentur, & denominentur, perpetuo ſtatuere, & ordinare, ac alias ſuper his opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cupientes ſupremas decedentium volũtates perſonarum præſertim illuſtrium pias cauſas concernentes executioni debitæ demandari, præfati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ordinationem, & voluntatem præfatæ Reginæ ipſiusq. Heremitorij ſeparationem, dimembrationem, ac illius donationem, & aſſignationem per Abbatem, & conuentum prædictos, vt præmittitur, factas, & prout illas contingunt quæcumque in eiſdem inſtrumentis contenta, & inde ſecuta, rata habentes, & grata illa auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, & nihilominus autoritate præfata tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus quod dictũ Heremitorium, cuius, ac aliorum monaſteriorum, domorum et locorum congregationis eiuſdem fructuum, redditũum, prouentuũ verum valorem annuum præſentibus haberi volumus pro expreſſo nequaquam S. Benedicti, ſed Sancti Ioannis Euangeliſtæ nuncupetur, & ſit, atque omnium aliorum monaſteriorum, & locorum dictæ congregationis caput, & principale in partibus illis exiſtat, ipſa vero congregatio de cetero S. Ioannis Euangeliſtæ de Enxobregas, & non S. Saluatoris de Villar

de

de Frades nuncupari debeat ac etiam appellari ipſique Canonici, tam in eodem S. Ioannis Euangeliſtæ, quàm in præfato de Villar de Frades, & alijs quibusvis monaſterijs, domibus, Heremitorijs, & locis congregationis eiuſdem in illis partibus pro tempore exiſtentes, præſentes, & futuri congregationis Sancti Ioannis Euangeliſtæ de Enxobregas Vlixbonenſis Diœceſis ad inſtar Canonicorum S. Georgij prædictorum debeant nominari. Præterea eidem monaſterio S. Ioannis Euangeliſtæ, ac Canonicis, & perſonis in eo, & alijs domibus, Heremitorijs, & locis congregationis eiuſdem, qui pro tempore morabuntur, quod omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, conceſſionibus, fauoribus, indultis, & gratijs eidem monaſterio S. Saluatoris, & in quibusvis alijs domibus eiuſdem congregationis, ſiue eidem congregationi, nec non Monachis monaſterij S. Hieronymi, Monachorum, Heremitarum nuncupati ſub quibusvis verborum formis in genere, & in ſpecie quomodocumque & qualitercumque conceßis, & in poſterum forſitan concedendis, & quibus ipſum Heremitorium ante ſeparationem, dimembrationem, donationem, & aßignationem prædictas vtebatur, & gaudebat, in omnibus, & per omnia vti valeant, & gaudere auctoritate præfata concedimus, & pariter indulgemus. Non obſtantibus præmißis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus congregationis, ſeu monaſteriorum, domorum, &

or-

ordinum prædictorum etiam confirmatione Apoſtolica roboratis, ceteriſq. contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum ratihabitionis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſupplicationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, ſeptimo Idus Martij, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Ampliſſimo huic cœnobio & toti congregationi hodie præeſt omni virtutum & literarum genere ornatiſſimus P.D. Michael à Spiritu ſancto, cuius humanitati plurimum debemus.

S. Eligij Cœnobiu. *Accedit præterea Societati Cœnobium S. Eligij Vlyſſiponæ, olim Oratorium & Hoſpitale SS. Pauli Apoſtoli, Clementis Martyris, ac Eligij Confeſſoris, à Domino Iſardo Vlyſſiponenſi Epiſcopo varijs prouentibus dotatum, cui ſuorum bonorum hæreditatem ex fideicommiſſo ad aſſem addidit hac conditione:* Cum autem venerint, & apparuerint aliqui Viri boni, quorum exemplum & inſtitutum ſit laudabile, & Reipublicæ gratum & vtile, viuantq. in communi, hi totam hãc hæreditatem poſſideant. *Mortuo Epiſcopo, Petrus Portugalliæ infans Conymbri-*

bricenſis Dux & Regni Gubernator, admirabili vita Canonicorum Secularium S. Saluatoris de Villar, & Ioannis Vicentij fama motus, ſua auctoritate procurauit, vt hæreditas vigore teſtamenti ad eos deuolueretur, cui ad maiorem ſecuritatem à Summo Pontifice Eugenio IV. Anno M CCCC XLV *confirmationem impetrauit. Situm hoc eſt in eminentiori vrbis parte propè Caſtrum, eiq. ampliſſimum Templum adiacet: vbi varia clariſſimorum Virorum Epitaphia & Cenotaphia conſpiciuntur: quo frequenter Viri Principes accedunt. Locus enim amœniſſimus eſt. Vnde apertus in vrbem omnemq. regionem, & mare proſpectus: inter cetera verò animos oculosq. mirè reficit portus ingens numeroſa nauium vndique appellentium ſtatione celebris. Canonici hic quinquaginta, quorum pars Philoſophiæ, pars Theologiæ incumbit. Vt in pauca conferam, virtutis & omnium literarum ſeminarium eſt: ex quo Theologi doctiſſimi, Concionatores diſertiſſimi, Iuriſconſulti magni nominis, Oratores, Poëtæ, Muſici, pictores, ſculptores, omniumq. penè artium magiſtri prodierunt. Imo ea Patres prudentiæ valent opinione, vt ſæpe priuatis Regis conſultationibus, ſanctiſſimæ Inquiſitionis, et Archiepiſcopi, Rector, aliusve Canonicorum non rarò adhibeatur. Studijs commoda hic eſt Bibliotheca varijs literarum monumentis referta, quam ſua liberalitate Doctor Laurentius Mourám auxit. Honeſtum otium Viris religioſis redditu͂ amplitudo fouet.*

uet. Villæ enim illis ſubiacent propè Vlyſſiponam, Galua, Sancti Antonij de Toiaz, & trans Tagum flumen, o Lauradio, fructuum & vini feraciſſimæ. Nec illi tam ſingularis beneficij immemores in egenos partem promptè conferunt; quem morem pio inſtituto Canonici iſti vbique eximio charitatis exemplo religioſè ſeruant.

S. Georgij de Reciam origo. *Ioannes Vicentius tam præclari inſtituti auctor ad ſenectam properans præmium ſuorum laborum tulit Epiſcopatum Lamacenſem (vulgo de Lamego) mox Vilienſem. Dum optimi Antiſtitis munere functus Lamecenſem Diœceſem uiſitaret Cœnobium Monialium S. Georgij de Reciam duabus leucis ab vrbe diſtans, regulari obſeruantia deſtitutum in ſuos patres tranſtulit. Initio Canonicos viginti habuit, quorum maior pars Philoſophiæ operam dabat, quæ ibi magno Clericorum & Laicorum concurſu publicè tradebatur vſque ad annum* M D X C V I, *quo felici hac patrum ſede in Oratoriam tranſmutata, Canonici ad* S. Crucis Cœnobiū. *nouum ſanctæ Crucis Cœnobium auctoritate Clementis VIII Sum Pont. tranſierunt.*

Hoc ipſo Anno extra vrbis mœnia Laurentius Mourão I.V.D. Palatij Regij Senator, & Conſiliarius Philippi I Luſitanorum Regis id loco editiori mira architectura & pompa à fundamentis exſtruxit: quod anno M D C X X X V I I I *telis fulminis mirè deformatum à Viro religioſiſſimo, omniumq. artium periti ſſimo D. Gonzalo da Madre de Deos, nobili Bra-*

cha-

charenſi quotidie priſtinum ſplendorem expectat. Intra huius ſepta ampliſſima vinea, pomaria, ſtagna, & fontes vberrimi ſpectantur: Canonici vt plurimum concionibus & confeſſionibus incumbunt. Rector literis ornatus eligitur, vt Epiſcopi conſilijs interueniat. Laurentij fundatoris munificentia, Bibliotheca omnigenarum diſciplinarum libris inſtructiſſima eſt. Ceteri manuſcripti ob loci anguſtiam adhuc in monaſterio S. Eligij Vlyſſiponæ ſeruantur. Pium adeò Laurentij inſtitutum Clemens VIII Pont. Max. non ſolum reſcripto peculiari ſibi gratum eſſe oſtendit, ſed Bibliothecam præterea ad perennitatem ſua tutela dignatus eſt.

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Ea, quæ ad Religioſorum vſus à pijs Chriſti fidelibus ſunt elargita, vt perpetuo conſeruentur, libenter, cum à nobis petitur, prouidemus. Cum itaque, ſicut dilectus filius Petrus à ſancto Ioanne Congregationis ſancti Ioannis Euangeliſtæ Regnorum Portugalliæ Canonicus, & Procurator Generalis nobis nuper exponi fecit, dilectus filius Laurentius Mourão Senator Lamacen. & Conſiliarius Regius Portugalliæ monaſterio ſanctæ Crucis eiuſdem Congregationis ſancti Ioannis Euangeliſtæ prope Ciuitatem Lamacen. extructo inſignem Bibliothecam dono dederit, & pro ea conſeruanda fabricam magnam facere intendat. Nos, vt Bibliotheca prædicta ad perpetuum vſum Canonicorum, & monaſterij prædicto-*

Y rum

rum ibidem iuxta dicti Laurentij deſiderium ſarta tecta conſeruetur, prouidere volentes, ſupplicationibus eiuſdem Laurentij nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati omnibus, & ſingulis, tam Congregationis, quàm monaſterij prædictorum Canonicis, & ſuperioribus, quam alijs quibuſcumque perſonis etiam Eccleſiaſticis, quacunque etiam Epiſcopali, & maiori dignitate fulgentibus, ac ſecularibus quauis poteſtate, & auctoritate ſuffultis ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque excommunicationis pœnis eo ipſo incurrendis perpetuò auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus, ne ex prædicta Bibliotheca libros, ſeu librum aliquem, aut rem aliquam ad eius ornatum ibi pro tempore poſitam, quocumque prætextu etiam mutui extrahere aut alias inde aſportare, & amouere audeant, ſeu præſumant. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus ceteriſque quibuſcunque.

Datum Romæ apud S.Marcum ſub annulo Piſcatoris, die XX. Iunij MDXCVI. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

M.Veſtrius Barbianus.

Cœnobio huic adiectæ ſunt in Epiſcopatu Lamacenſi Abbatiæ, quæ animarum, (vt dicunt) curas ha-

habent: Abbatia pariter S. Tiago dos Fettos in Diœceſi Bracharenſi. Villa Quintana das Cans ei paret optima trans Durium flumen, inſigni frumenti, leguminum, vini ac olei prouentu: quo Canonici præcipuè ſuſtentantur. Huius loci Rector D. Gonzales de Madre de Deos nobilis Bracharenſis, omnium ſcientiarum artiumq. peritiſſimus.

Ab vrbe Vlyſſipona mille fere paſſibus Cænobium D. Benedicti de Xobregas ad littus ſitum eſt, adeo vt eius portas fluxus & refluxus maris concutiat. Magna id veneratione colitur: quo ſextis ferijs maximus eſt concurſus, præſertim nobilium Virorum qui vicinas villas incolunt. Patres clari Chriſti Athletæ hic Deo inſeruiunt. Principum olim Luſitanorum, & Ducum de Brigantia, Ducum de Aueyro, aliorumq. hic deliciæ. Quadraginta habitatur Canonicis. Proſpectus in mare è ſpeculis hinc amænus. Viridaria pulcherrima, vbi ſtagnum magno artificio à Patre D. Bernardo de ſancto Antonio Viennenſi ex conchylijs fabrefactum ſpectatur, appoſitis Neptuni, Tritonum, Prothei, Sirenumq. ſtatuis. Vineam item intra ſepta habet optimam, & pomaria. Officina hic Pharmaceutica domeſticorum valetudini, ac egentium infirmitatibus patet. Templum nouum à Venerabili Patre Antonio à Conceptione binis aureis inceptum ſummo ſubſtructionis ſplendore ſurgit, qui dum hoc conſtrueretur increpantibus reſpondere ſolebat. Aqui quer Deos ſer louuado, *ideſt:* Hic vult (S. Benedicti de Xobregas Cœnobium.)

Deus coli. *Vicinum ei vetus Templum veneranda B. Antonij oſſa adhuc ſeruat, P. Auguſtini de Trindada aliorumq. piorum patrum exuuiæ hoc etiam loco repoſitæ. Huic Cœnobio Eccleſia eſt collegiata oppidi de Atonguia cum iuriſdictione Vicariatus. Eccleſia quoque de Rio maior ei paret. Canonici laudabili maiorum conſuetudine ſumma charitate in egenos ſtipem erogant.*

S. Io. in vrbe Eborenſi.

In medio vrbis Eborenſis S. Ioannis monaſterium à familia de Fereyra erectum eſt, auctoris verò nomen vetuſtas obliterauit. Beneficij indicium eſt porta è palatio Fereyra contiguo in monaſterium, et Ara in eius gratiam ſacris dicata. Turris à Q. Sertorio Romano Luſitanorum Duce originem habere creditur. Canonicis XXX vicina vrbi villa Abengaria redditus ſuppeditat: quibus famulitio, iumentis ceteriſq. neceſſarijs abundè proſpectum. Admodum Reu. D. Emanuelem de Madre de Deos prudentia & religione clarum reiq. muſicæ in primis peritum hodie Rectorem agnoſcit.

S. Mariæ de Aſſumptione Cœnobiũ.

In eadem Diœceſi prope Caſtrum de Arrayolos eſt præterea ſanctæ Mariæ de Aſſumptione cœnobium à Ioanne Garces inſtitutum. Locus in territorio Ducis de Brigantia, ſitu quidem pomarijs, vineis, fontibus amœnus, à vallibus tamen aeris grauitate ita infeſtus, vt Canonici ægrè ſe eo transferant, quorum viginti ſuſtentat. Principes Viros quotidie Madritum commeantes hoſpitio excipiebat, cùm Luſitani Ca-

ſtellæ

ſtellæ Regi parerent. Rector hoc tempore eſt D. Ioannes à Spiritu ſancto vir integerrimus, Theologus & concionator peritus, ſingulari prudentia ac modeſtia omnibus charus. Quod munus qui gerit Ducis Brigantiæ auctoritate oppidi de Arrayolos Hoſpitali ſimul præeſt.

In Diœceſis Portucalenſis Oppido Feyra eminet cœnobium S. Crucis, Societatis expenſis fabricatum loco pomarijs, fontibus, ſtagnis commodo, eiq. villa à Rifaninha vicina ſubeſt. Templum huic inſigne exornatur ædicula magnifice & ſplendide conſtructa à Comitibus de Feyra. Eccleſia eſt Parochialis, octo Canonicos alit, quorum præfectus olim S. Eligij, hodie titulo Prioris & ſuffragio in Comitijs gaudet, hoc tamen diſcrimine quod ijs à Capitularibus, ceteri verò ab vniuerſa Congregatione eligantur. Rector loci eſt D. Pantaleon de Santiago muſicæ artis peritiſſimus, & de Societate benemeritus, qui olim D. Eligij Rector induſtriæ ſuæ ac fidei illuſtrem memoriam poſteris reliquit. S. Crucis Cœnobiũ.

Eſt etiam verſus Septentrionem in vrbis Portucalenſis, quæ vulgo Porto, decliuiori parte B. Mariæ de Conſolatione dicatum D. Eligij, communi appellatione Santo Eloy, cœnobium, prope mœnia; loco quidem arcto, hortis tamen, ſtagniſq. neutiquam deſtitutum. Templum nondum eſt ad operis finem perductum; qua tamen vti licet parte, optimè adornatum. Triginta quinque hic Canonicis quorum pars concioni- S. Mariæ de Conſolatione monaſterium.

bus,

bus, ſemel feſtiuis diebus, quadrageſimalib. bis, altera confeſsionibus & Muſicis perpetuò inſeruit, frequenti Principum & Optimatum præſentia, qui hic diuinis interſunt, & apud quos Rector ceteriq. Canonici ob exactum religioſi cultus ordinem ſemper magno loco fuerunt. Hinc crebræ ijs attentatæ à Clericis Cathedralibus molitiones; qui, vt Canonicorum inſtituta impedirent, nullam intermiſere occaſionem eos moleſtandi. Sed fruſtra. Intempeſtiuos enim, ne dicam inofficioſos, eiuſmodi conatus Pontificum ac Regum pietas diſsipauit. Ad ripam Durij fluminis tertio ab vrbe lapide villam habet amœnam. Habet etiam Eccleſias, Villarinho, Auelleda, Cabeza Santa, S. Chriſtouam do Muro, Midoens, e Macieyra. Rectore gaudet hodie P. D. Georgio de S. Paulo Phil. & Theologo exercitatiſsimo, ingenio & memoria præcellenti; quem à probitate ac prudentia iure Societatis delicium dixerim.

S. Io. Euangeliſtę Collegium.

Inter cetera Societatis ornamenta memorandum iure S. Ioan. Euangeliſtæ collegium, quod venerabilis D. Antonius de Conceyzam ex ampliſsimo patrimonio, commodiſsimo vrbis Conymbricenſis loco inſulæ modo operis ſplendore, & artificio erexit. Collegij Eccleſia D. Seual iungitur. Canonici hic literis operantes, monaſteriorum è quibus prodierunt impenſis aluntur. Quorum ſtudijs inſtituti profeſſores humaniorum literarum maximèq. linguarum peritiſsimi, Philoſophiæ, vtriuſque Iuris, ac Theologiæ; è quibus viri eru-

eruditionis titulis illuſtres magno Regni Luſitaniæ ornamento prodierunt. Noſtra ætate hic conſpicui ſunt bini Theologi, genere, literis, ceterisq. virtutibus, Illuſtriſſimus Ludouicus das Chagas mandato regio D. Andreæ de Almada Doctoris celeberrimi ſucceſſor: cui collega additus doctrina, morumq. probitate nunquam ſatis laudatus D. Franciſcus de Madre de Deos Philoſophus acutiſſimus ac ſuauiſſimus Poeta. Studiorum commoda in primis auxit ſua liberalitate toto orbe clarus Doctor Vincentius à Reſurrectione, Salamon Luſitanus vulgo nuncupatus, qui S. Crucis de Lamego, & D. Eligij Rector, tandem Generalis titulo ſe omnibus venerabilem præſtitit. Collegij Rector hodie excellentis ingenij, celebris Theologiæ olim publicus in Vniuerſitate Conymbricenſi profeſſor, omni ſcientiarum cumulo & prudentiæ, modeſtiæque laude inclaruit.

Nec minima integritatis fama olim Canonici omnibus fermè Luſitaniæ valetudinarijs præfuerunt: in cuius rei memoriam famuli adhuc Hoſpitalium vbique colore cæruleo induuntur: ſed literarum amore grauem huiuſmodi curam alijs ſtudio remiſerunt, quam viri Principes ambitiosè deſiderarunt. Animus quoque fuit relinquere cetera; verùm ea Dominorum de Brigantia ſemper fuit in Societatem benignitas, ut in ipſorum gratiam oppidorum de Arrayolos & de Portel Hoſpitalia tenuerit. Ea quoque apud Luſitaniæ Reges de Canonicorum charitate ac mode- Canonici S. Ioan. Hoſpitalibus Luſitanis præſunt.

ſtia

ſtia inualuit opinio, vt communi bono conſulentes omnino adminiſtrationem valetudinarij das Caldas & Conymbricenſis penes eos eſſe voluerint.

Hoſpitale Conymbricenſe.

Conymbricæ in foro, vulgo na Praza, eſt Hoſpitale regium. Duo hic Canonici, quorum alter Prouiſor, alter Procurator. Prouiſor iuriſdictionem exercet regiam; illudq. munus hodie exercet D. Ioannes à Conceptione vir probatæ virtutis, varijsq. pietatis argumentis benemeritus.

Hoſpitale Balneorũ.

In oppido das Caldas de Rainha, ideſt Balneorum Reginæ Eleonoræ, quæ Io. II. Luſitaniæ Regis coniux, amplum eſt hoſpitale, in quo facile totius anni decurſu mille & quingenti recipiuntur. Et quidem præter viros religioſos & Clericos etiam ſacræ virgines, feminæq. honeſtiſſimæ. Bini hic pariter Canonici iiſdem officiorum titulis. Prouiſori, qui in hoc etiam oppido iuriſdictionem habet regiam, in Capitulo Generali, à quo eligitur, ſuffragij ius eſt. Epiſcopo Vicarium Eccleſiæ præſentat & Clericos, qui pro beatis Regum manibus ſacra peragunt. Rebus hoc tempore præeſt D. Thomas de Spiritu Sancto, nobilis Portucalenſis, olim Collegij Conymbricenſis Rector, virtutis ac literarum nomine ita ſuis gratus, vt nihil ad eximiam laudem in ipſo deſideretur. Reliquis digniſſimæ huius Societatis Viris eminentioribus ſuus erit locus, vbi celebriorum è Canonicis noſtris memoriam producemus. Illud verò à nobis peculiare eſt ijs Patribus, quod etiam nunc voto, quam profeſſionem ap-

pel-

pellamus, planè nullo adſtricti aliud vitæ genus inire valeant; quamuis rara huius libertatis exempla in eis occurrant. Quod inſtitutum Gregorij XIII prima Iunij An. MDLXXIII, *& Clementis VIII. die* XVI *Decembris* MDXCVI *auctoritate confirmatum fuit, cuius etiam Pontificis beneficio confeſſionibus laicorum audiendis in vna Diœceſi approbati in eadem ad examen neutiquam reuocantur; B. V. Mariæ officium ritu ſemiduplici recitant, & quartis S. Ioannis Euangeliſtæ ferijs. Alijs præterea quamplurimis, tum pro locorum confirmatione, tum pro immunitatibus, Summorum Pontificum gaudent priuilegijs, quæ ſimul Vlyſſiponæ anno* MDXCIV, *& Romæ* MDXCV *publici iuris facta ſunt. Sacræ etiam Virgines hoc inſtitutum ſectantes Redondellæ in Regno Galliciæ florent. Canonicis tamen Monialium cura vetita peculiari hac conſtitutione:* Mandamos que em nenhuá caſa de noſſo congregazam ſe tome cargo de nenhuás caſas, nem moſteyros de molheres, de nenhuá condizam, que ſeia; *ideſt, Nullus è noſtra Congregatione aſſumat curam monaſteriorum monialium. Apud Atrebates etiam Camerati & Coloniæ, Canonicorum Secularium ſancti Georgij profeſſionem vigere auctor eſt Arnoldus hiſtoricus Caſſinenſis.*

Sed vt ad noſtrum ordinem reuertamur, Anno MCCCCXXXIV *Maiores noſtri ædem S. Georgij in Alga uetuſtate penitus collapſam in meliorem for-* Cõſiliũ de reſtaurãda S. Georgij æde. MCCCCXXXIV

mam reducere cogitabant. Die octaua menſis Aprilis Maphæo Contareno Generali officium reſignanti Iulianus de Manerbio, quod munus ante laudabiliter à ſe geſtum, patrum omnibus ſuffragijs ſuſcepit. Vbi etiam pro S. Ioanne Decollato electus fuit Lazarus Venetus; pro S. Iacobo de Monteſilice Hieronymus Placentinus; pro S. Angelo Veronæ Maphæus Contarenus; & pro S. Gregorio Bononiæ Petrus Venetus.

MCCCC XXXV *Proximi anni die* IX *Maij ſuffectus eſt Manerbio D. Nicolaus Cremonenſis pientiſſimus vir. Rectores aliorum cœnobiorum vocati D. Bernardus Cremonenſis S. Ioannis Decollati, D. Gulielmus de Caſali S. Iacobi Montiſilicis, D. Ioãnes Venetus S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici, D. Bandinus Venetus S. Angeli Veronæ, & D. Lucas S. Gregorij ad Bononiam. Per hæc tempora cum* LVDOVICVS BARBVS *aliquandiu in Concilio Baſilienſi tuendis Sum. Pont. Eugenij IV partibus ſeſe ſtrenuum oſtendiſſet, Patauium ad intermiſſa Congregationis ſuæ negotia reuerſus ab Eugenio Taruiſinæ Eccleſiæ Antiſtes nominatur. Munus recuſatum denuo Pontificis auctoritate adire iubetur: Eugenij iuſſu relicta ipſi tertia prouentuum cœnobij S. Iuſtinæ parte. Is vero morem gerens monaſterio nihil detractum voluit. Inde beneficij memores Monachi ipſum Congregationis Patrem perpetuo appellandum ſanciunt, vnaq. primam ei locum inter iudices ſapientes decernunt, quos Definitores vocant.*

Lud. Barbus Epiſcopus Taruiſinus eligitur.

Elapſo

Elapſo iam anno Nicolaus Cremonenſis ſucceſſorem natus Petrum Garzonem Venetum integritate morum clariſſimum die XX *Aprilis Rectores vidit, S. Ioannis Decollati Stephanum Venetum; S. Iacobi Montiſilicis Ioannem Venetum; S. Auguſtini, & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Ioannem Vicentinum; S. Angeli Veronæ D. Marcum Donatum Venetum; & ſancti Gregorij de Bononia D. Bernardum Cremonenſem. Defuncto S. Auguſtini Rectore, ſequentis anni die* XII *Ianuarij Rector Generalis conuocatis eò ceteris Canonicis Maphæum Contarenum ibi ſacris literis ſeneſcentem rebus præficit, qui re benè geſta iam aliquoties prudentiam ac fidem ita probauerat, vt iure proximis Comitijs die* XII *Aprilis vniuerſæ Congregationis cura in ipſum tranſlata fuerit. Reliquis cœnobijs Rectores appellati, S. Ioannis Decollati D. Nicolaus Superantius Venetus; S. Iacobi Montiſilicis D. Iacobellus Venetus; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Gerardus Mutinenſis; S. Angeli Veronæ D. Lazarus Venetus; & S. Gregorij D. Bernardus Cremonenſis.* MCCCCXXXVI MCCCCXXXVII

Hoc tempore Ordo non abſimilis noſtro in Sicilia ab Henrico de Simeone Panormitano initium habuit. Is cùm Alphonſum Aragoniæ Regem eſſet Romam ſecutus, viuæ, vt ferunt, vocis oraculo ab Eugenio Quarto Sum. Pont. noſtrum impetrauit habitum, reuerſusq. in patriam aſſumptis aliquot ſacerdotibus Anno MCCCCXXXIII *religioſum cætum inſtituit.* Clerici Seculares in Sicilia. Henricus de Simeone.

tuit. Regi chariſsimum fuiſſe Simeonem maximè conſtat, quod Caietæ cum eſſet, ipſi An. MCCCCXXXVI XXI *Octobris Ædem D. Iacobi Maſſarenſis Panormi largiretur, interioris affectus monumentum addens B. Virginis imaginem, quæ inter duodenas S. Lucæ penicillo in diuerſis Orbis partibus iam diù nobilitatas cenſebatur, cui ſacellum in ſuburbanis extruxit. Quod mox inſigni mortalium frequentia viſitari cæpit. Inde auctis piorum liberalitate rebus Anno* M CCCC XXXVII *à Pontifice Viri iſti religioſi certis ſanctionibus confirmabantur, quæ ad vberiorem rei memoriam hic adducimus.*

Eugen. IV diploma pro Clericis in Sicilia.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilecto filio Abbati monaſterij S. Martini de Scalis Montis Regalis Diæceſ. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Copioſa Apoſtolicæ Sedis benignitas ſuppl. ſtudio piæ vitæ vacantium vota illa præſertim per quæ diuinus cultus augeri proſpicitur, & æternæ ſalutis commodum procuratur, libenter exaudit, & ijs pro illorum commodo prouidè facta ſunt vt illibata perſiſtant Apoſtolica muniminis adijcit firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorũ filiorum Henrici de Simeone presbyteri Panormitani, & ſociorum ſuorum Clericorum Secularium in communi viuentium, petitio continebat, quod olim chariſsimus in Chriſto filius noſter Alphonſus Aragoniæ, & Trinacriæ Rex Illuſtris, Eccleſiam ſancti Iacobi Panorm., quæ ſine cura & de Iure patronatus Regis Trinacriæ*

pro

prò tempore exiſtentis eſt eo,in qua idem Henricus,& ſocij dilecto filio Michaele de Cancellario Canonico Panormitanæ Eccleſiæ præfato Prætore conſentiente Diuina officia celebrant iuxta ritum & obſeruantiam B.Petri Apoſtolorum Principis,vitam in communi ducentes, eiſdem Henrico, & ſocijs præſentibus & futuris, huiuſmodi vitam ducentibus Regia auctoritate conceßit; Ita quod cedente,vel decedente dicto Michaele,ſeu alias illam quomodolibet dimittente liceret eidem Henrico, & ſocijs corporalem ipſius poſſeßionem recipere,& perpetuò retinere,illiusq. fructus, redditus, & prouentus, & in ſuos & dictæ Eccleſiæ vſum,& vtilitatem quoſcunque vitam huiuſmodi ducerent conuertere,etiam applicare, & deinde dilecti filij Aloyſius de Campis, & Ioannes de Bellacera, ac Gulielmus della Cabria Rectores & Gubernatores Hoſpitalis Magni ſub vocabulo Spiritus ſancti in ciuitate Panorm. de nouo conſtructi, plena ſuper hoc vt aſſerebant auctoritate ſuffulti Hoſpitale ſancti Iacobi de Maſſara etiam Panormitani ab eodem nouo Hoſpitali dependens, eidem Henrico pro ſe & ſocijs huiuſmodi præſentibus & futuris quouſque vitam huiuſmodi vt præfertur ducerent, ſub reſponſione vnius cerei ponderis vnius rotuli iuxta morem ciuitatis eiuſdem, per Henricum vel ſocios ſuos præfatos S. Iacobi Hoſpitale huiuſmodi tenentes dicto Hoſpitali nouo,in illius Feſto annis ſingulis,quo ad dictum S.Iacobi Hoſpitale tenerent realiter perſoluendo

Aloyſius de Campis. Io. de Bellacera.

li-

liberè conceſſerunt, prout tam literis Regijs, quàm inſtrumentis publicis dicitur plenius contineri, cum ſicut eadem petitio ſubiungebat Henricus & ſocij præfati, Hoſpitalis S. Iacobi præfati, poſſeßionem vigore conceßionis huiuſmodi pacificè aſſecuti illud ex tunc tenuerint, & poſſederint, prout tenent, et poßident etiam de præſenti, ac in illius territorio quandam domum ſeu monaſterium, cum neceſſarijs officinis, pro vſu & habitatione ipſorum conſtrui, & ædificari, iuxta Eccleſiam & Hoſpitale S. Iacobi cuiuſmodi fecerint, & inhabitent pro parte ipſorum Henrici & ſociorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceßionibus tam Regijs, quàm Rectoris huiuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ firmitatis, cum ſuppletione defectuum, ſi qui forent adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque in præmiſſis certam notitiam non habentes, & volentes Henricum & ſocios præfatos apud nos, de vita & morum huius hic alijsq. multiplicium virtutum incertis multiplicaret commendatos horum intuitu fauore proſequi gratioſo huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quàtenus, ſi per diligentem informationem per te ſuper ijs auctoritate noſtra habendam inueneris ita eſſe, noſtra prædicta approbes & confirmes, & ſuppleas omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint, eiſdem conſtitutionibus Apoſtolicis, & alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Da-

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, nono Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo. Gratis de mandato D.N.Pap.

G. de Sega.

Inſtitutũ Clericorũ confirmat.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Rectori, presbyteris, & Clericis Secularibus in communi viuentibus, monaſterij S. Iacobi de Maſſara Panorm. præſentibus & futuris ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Regulariter patrum inſtitutis congruentem ducentibus Apoſtolicum libenter præſidium, tum ea, quæ piè, & laudabiliter inſtituerint roborantes, tum illa quæ eorum profectum, ac animarum ſalutem concernunt fauorabiliter concedentes, vt Apoſtolica huiuſmodi benignitate allecti, quæ honorem Dei, & ſalutem animarum ipſorum reſpiciunt feruentius exequantur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod vos, & mundanis abiectis illecebris ſincerum Altiſſimo obſequium, & conſequenter piæ vitæ & honeſtæ conuerſationis exemplum ceteris fidelibus præbere poßitis, prout feciſtis in nonnullis Italiæ partibus, in quibus monaſteria veſtra plurimis profectibus bonorum operum valuiſſet, ac in dies coaleſcere certiori experientia tenemus, aliqua inter vos laudabilia, & honeſta, ac Religioni & Sanctorum Patrum inſtitutis conuenientia ſtatuta, & ordinationes feceritis, quæ, ſub nomine tamen Secularium Clericorum,*

re-

regularium quandam videatur obſeruantiam continere. Sunt autem ordinationes, & ſtatuta veſtra iſta, videl. I. *Congregationem veſtram ingredi volentes prius de bonis ſuis; ſi qua poſſederint eam diſpoſitionem faciant, quam in eorum cordibus Altiſsimus inſpirauerit, nihil ſibi penitus in proprietatem ſeruando, tutius facient tamen ſi hæc Rectoris conſilio egerint, vel in communem vſum Congregationis omnia poſuerint; nam liceat Rectori de bonis communibus aliquid in alicuius proprietatem ſeu ſpeciale dominium aſsignare.* II. *Sint vobis idem Refectorium, idemque Dormitorium, & cetera clauſtra ædificia communia, prout charitas ipſa requirit, quæ non quærit ſua, ſeu quæ propria dicuntur.* III. *Officium verò Diuinum horis ſtatutis & conſuetis, in eodem Choro ſecundum formam & ordinem Romanæ Eccleſiæ celebretis.* IV *Canonicos veſtræ Congregationis alias idoneos, qui ſaltem vnius anni ſpatio in veſtra Congregatione probati, nec ſint decem & octo annis minores ætate, ſecundum morem & conſuetudinem veſtram cum Rectore, Collegio expedire viſum fuerit creare poſsitis.* V. *Rectoris verò huius veſtræ Congregationis officium vnius anni ſpatio compleatur, quo finito alius capitulariter prout moris eſt veſtri eligatur illorum Clericorum ſuffragio, qui vocem in Capitulo habere conſueuerunt; niſi placuerit Canonicis prædictis eundem Rectorem in alterius anni ſpatium confirmare.* VI. *Conſtitutiones etiam & ordina-*

Clericorũ Secularium in Sicilia Conſtitutiones.

nationes alias ſtatuere, & ordinare poßitis licitas, & honeſtas, ac Sanctorum Patrum conſtitutionibus congruentes, prout ad ſalutem animarum veſtrarum, & rebus veſtræ regularis obſeruantiæ melius vobis viſum fuerit expedire, quæ quidem perpetuis temporibus ratæ; & firmæ permaneant; ſint tum quo ad culpam nullæ; ſed ad pœnam duntaxat contrauenientes obligentur. VII. *Si quis tamen ex huius Congregatione adeo obſtinato ad malitiam animo fuerit, & ſecundum ipſas Conſtitutiones obedire noluerit, illasq. obſeruare recuſauerit, & admonitus noluerit ſeipſum emendare, per Rectorem ipſum de Congregatione actualiter expellatur.* VIII. *Vt autem quietius & liberius, & diuinis valeatis incumbere obſequijs, laicos, conuerſos, ſeu commiſſos, licitè recipere, & retinere poßitis, ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta, & ordinationes Congregationis veſtræ.* IX. *Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus, vt huiuſmodi veſtræ Conſtitutiones, & conſuetudines, firmius, & libentius, perpetuis temporibus, vos ſucceſſoresque veſtros obſeruare contingat, quo maiori fuerint auctoritate ſubnixæ approbare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pijs ac religioſis votis veſtris annuere cupientes, conſuetudines, & conſtitutiones & ſtatuta huiuſmodi rata habentes & grata Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus.* X. *Ac vt veſtrorum bonorum operum fructus, amplius et vbe-*

rius ualeāt propagare, quatenus alia tria loca pro fundatione, & erectione trium monaſteriorum in quibuſcumque mundi partibus inter fideles conſtitutis, cum Eccleſijs, Campanilis, Cāpanis, dormitorijs, clauſtris, Hortalitijs, poſſeßionibus, rebus bonis, & alijs congruis, & neceſſarijs, tam ad cultum diuinum, quàm ad humanæ vitæ vſum officinis ſecundùm conſuetudinem & conſtitutiones veſtras, tam ex obligatione fidelium, quàm alias, qualeſcunque honeſtè tamen recipere, & acquirere, de Ordinariorum tamen locorum conſenſu valeatis. XI. *Quodque ſinguli ſacerdotes Congregationis veſtræ, & in illa pro tempore commorantes poſſint ſingulorum ipſius veſtræ Congregationis fratrum, nec non ſeruorum, & alias perpetuo oblatorum, qui in dicta Congregatione perpetuò permanſerint confeſſiones audire, & pro commiſſis, etiam ſi talia fuerint propter quæ Sedes Apoſtolica ſit meritò conſulenda. Necnon à quibusuis ſententijs, & cenſuris, in ipſos vel in aliquem eorum, quauis auctoritate forſan promulgatis, ſemel duntaxat abſoluere, & pœnitentiam ſalutarem iniungere, necnon ſuper irregularitate, ſi qui huiuſmodi ſententijs forſan legati aliquas Miſſas, vel alia Diuina Officia celebrando, uel illis ſe immiſcendo, non tamen in contemptum clauium incurrerunt diſpenſare; omnemque irregularitatis & infamiæ maculam ſiue notam præmiſſorum occaſione, ſeu alias quoquomodo contracta abolere, Homicidio, Bigamia, mutilatione membri, duntaxat ex-*

exceptis, de quibus perſonas hucusque illis alligatæ fuerint abſoluere; non autem in eis diſpenſare, vel eos habilitare, necnon plenariam omnium peccatorum remiſſionem in mortis articulo impendere, ac Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, aliaq. Eccleſiaſtica Sacramenta, quæ in Eccleſijs veſtris tenere poſſitis miniſtrare, corpora defunctorum Congregationis veſtræ Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere libere & licite valeatis. XII. *Inſuper vt Rectores, qui pro tempore fuerint, Monaſterij veſtri omnes perſonas, tam ſeculares, quàm ſpirituales monaſterium veſtrum cum propoſito inibi remanendi intrantes, & inibi Altiſſimo, quoad vixerint famulantes, à quibuſcunque votis, etiamſi transmarina aut S. Iacobi, ſiue Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum vota fuerint, obſeruare perſonasque huius à quibuſcunque ſententijs, excommunicationis, necnon in caſibus Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſeruatis quomodocunque, qualitercunque, illas vel illos incurrerint, ſeu illis ligati fuerint ſemel tantum abſoluere, necnon ſuper irregularitate ſi qua incurrerint diſpenſare.* XIII. *Necnon perſonarum quarumcunque dicti monaſterij veſtri deuotarum confeßiones per ſe, vel alium audire, & Communionem miniſtrare alicuius ſuper hoc licentia minime requiſita, necnon tempore Aduentus, & maioris Quadrageſimæ in caſibus Epiſcopis reſeruatis, confluentes huiuſmodi ad monaſterium ueſtrum perſonas abſoluere poßit & ualeat, auctoritate Apo-*

ſtolica tenore præſentium &c. indulgemus. XIV. *Inſuper vt perſonæ veſtri monaſterij ad ſacros ordines recipiendos alias idoneæ à quocunq; Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, dummodo aliter quam ſimoniacè à proprio Ordinario ordinari non poßint cum conſenſu Rectoris veſtri, ad minores, vel ad alios ſacros ordines, vſque ad presbyteratum incluſiue ordinari facere poßitis prout melius videbitur expedire;* XV. *Quodque excommunicatos quoſcunque notorios, niſi quos ſuperior veſter euitauerit vel mandauerit, euitare minime teneamini, vobis ſimili auctoritate concedimus per præſentes.* XVI. *Ceterum vt vberioris vobis quietis præbeatur occaſio, vos à quibuſcunque Synodalibus, & alijs proceßionibus, ac generalibus conuocationibus, ſeu congregationibus quibuſcunque, quacunque auctoritate illas indici, ſeu imponi contigerit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo liberamus; Necnon exemptos & liberatos eſſe, volumus, & declaramus, mandantes omnibus & ſingulis tam Eccleſiaſticis, quàm Secularibus perſonis, cuiuſcunque dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto quemlibet contrafacientem incurrere volumus, & à qua à nullo alio præterquam à Romano Pontifice abſolui poßit, præterquam in mortis articulo conſtitutus, nec contra exemptionem, & liberationem noſtram huiuſmodi vos de cetero quomodolibet moleſtare, ſeu inquietare audeant,*

vel

vel præſumant; Decernentes ex nunc omnes & ſingulos proceſſus, ac ſententias, & quidquid contra præmiſſa forſitan in poſterum à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter quomodolibet promulgari, & ſententiari contigerit, irritos & inanes, nulliusque exiſtere roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, conceſſionis, exemptionis, liberationis; voluntatis declarationis mandati, & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, pridie Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo. Deo Gratias.

Sit Nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Amen.

Et ſi verò ex hiſce decretis nulla ratione conficiatur eos Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga titulo fuiſſe inſignitos, temporis tamen progreſſu, noſtri inſtituti obſequijs, vitæ probitate & B. Laurentij veneratione digni videbantur, qui noſtra tutela viuerent, quam nec ſibi inutilem experti fuerunt. Noſtra etiam ætate Cardinalis ALEXANDRI VRSINI *Protectoris auctoritate miſſo ad eos P. D. Octauio Gualdo Canonico noſtro Ariminenſi ſpectatæ pru-* Octauius Gualdus.

den-

dentiæ viro Epiſcopi Iuriſdictioni exempti fuerunt, ſimulq. eorum omnia in meliorem faciem reducta, vt infra ad annum M DC XXVI. *dicemus.*

L.Iuſtinianus patriã fouet. *Interea Reſpublica Veneta rebus arduis preſſa, Antiſtite ſuo* LAVRENTIO *Iuſtiniano mirificè reficiebatur, quem manſuetum promptumq. ad pauperes ſubleuandos, ad publica & priuata bona natum, aſpera cuncta ſermone lenire intentis animis omnes obſeruabant. Hinc in noſtrum ordinem, & in Canonicos veluti tanti Patris alumnos, verum Reipublicæ florem, ſingularis erat animorum propenſio, & votorum conſenſus. Hinc delubra noſtra frequentari: Hinc Patrum noſtrorum in publico, etiam ad limbi oſcula, non modò apud plebem, ſed ampliſſimos quoque Senatores ſingularis veneratio. Nec leuiori ſanè pietatis feruore aliæ etiam Dominij Veneti Vrbes inſtitutum noſtrum proſequebantur. Quin Senatores prudentiſſimi religioſi huius conſortij manſuetudinem efficaci exemplo incompoſitæ plebis manſuetudini ferociæ frenum fore cenſuerunt. Quam laudem ne ex affectu noſtris hic adſcripſiſſe videar, ſapientiſſimi ſua ætate Senatoris Veneti Franciſci Barbari ſummi iudicij Epiſtolam ad D. Bernardum Cremonenſem tunc cœnobij Sancti Gregorij Bononiæ Rectorem, præſente eo tempore in vrbe Bononienſi Eugenio IV Pont. Max. inter varia in meis ſcrinijs manu exarata reconditam bona fide hic inſerere volui.*

FRAN-

FRANCISCVS BARBARVS BERNARDO CREMONENSI S. D. *Quanto ſtudio Ciuitas iſta poſtulet, & Eccleſia S. Petri, quæ nunc vacauit S. Georgij Congregatio tua reſeruetur iam noſti, & ita opportunè locus ſitus eſt, vt humiles ac ſublimes animas illic habitare conueniat. Quis enim aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſanĉto eius? Innocens manibus & mundo corde. Quare antequam Brixienſem Magiſtratum inirem, optabam locum hic inuenire fratribus tuis, vt exemplo manſuetudinis ſuæ ferox iſta in armis gens magis ac magis quotidie mitis redderetur. Quanti autem momenti fuerit religio ad ſubigendum legi Populum Romanum, Numa Pompilius ſecundus Rex edocuit. Quapropter cum Eccleſia S. Petri nunc vacauerit, & ſine cuiuſque iniuria cum laude & gloria nominis Ieſu Chriſti Congregatio S. Georgij amplificari poſſit, & publice & priuatim congratulor, ſi per id tempus, quod maxime velim conſequimur. Venit frater . . . . qui ſignificabit tibi quanto id ſtudio vniuerſæ Ciuitatis poſtuletur. Ego quoque Reuerendiſſimo Cardinali Veneto & de Tragurſenſe, & protonotario nepoti meo ſcribo. Tu autem dic Summo Pontifici vt nos adiuuet, vt ſicut ipſe ornauit ac illuſtrauit Ordinem ſuum, ita nunc patiatur, vt Congregatio illa amplificata ornet ac illuſtret Sanĉtitatem ſuam. Vale & ſanĉtis nos orationibus adiuua.*

Franciſci Barbari de Canonicis Secularib. iudicium.

Brixiæ VI Auguſti MCCCCXXXVII.

Com-

Communi hoc deſiderio motus Pontifex Eugenius Congregationi noſtræ hoc cœnobium motu proprio cum ſuis prouentibus ac redditibus addidit, eodem anno Nonis Septembris, hiſce literis.

Eugenij IV pro S. Petri cœnobio diploma VIII.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex diſpoſitione diuina in Apoſtolicæ dignitatis culmine conſtitutus circa monaſteriorum, aliorumq. piorum locorum per indemnitates prout ex debito ſibi paſtoralis incumbit officij diligenter proſpicit, & intendit, ac illorum præſtantium, ad diuinam perſeuerantiam, & propagationem cultus alterat, & immutat prout repræſentatis circunſtantijs id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus præpoſitura monaſterij S. Petri de Oliueto Brixien. per præpoſitum ſoliti gubernari ordinis S. Auguſtini, quæ curata, & conuentualis inibi dignitas eſt, & ad quam conſueuit quis per electionem aſſumi per obitum quondam Antonij vltimi ipſius monaſterij præpoſiti extra Romanam Curiam defuncti vacauerit, & vacet ad præſens, & in dicto monaſterio à longis retroactis temporibus nulla regularis viguit, nec ad præſens viget obſeruantia, ac ferè nullus Canonicus regularis in dicto monaſterio degat, & ſi dictum monaſterium ſuppreſſis inibi illius dignitate, & ordine in Secularem Eccleſiam exigatur, necnon Secularibus Canonicis in communi viuentibus de congregatione S. Georgij de Alga Caſtellan. Diæceſ. nuncupatis,* con-

concedatur. exinde diuini cultus ibidem ſuccedet multipliciter incrementum. Cupientes igitur vt cultus ipſe augeatur, prouidere, motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, dignitatem, & ordinem huiuſmodi in dicto monaſterio, cuius fructus, redditus, & prouentus trecentorum florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, vt etiam accepimus non excedunt, penitus ſupprimimus, & extinguimus, ac præfatum monaſterium in Secularem, & collegiatam Eccleſiam exigimus, illamq. cum ſuis annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis vniuerſitati Congregationis Canonicorum huiuſmodi per eos iuxta ipſorum actus, mores, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia ipſis conceſſa, tenendam, regendam, & etiam gubernandam motu ſimili perpetuo concedimus, applicamus, & etiam appropriamus; ita quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus Eccleſia erecta huiuſmodi per Priorem, ſeu Rectorem annualem, qui de Congregatione ipſa exiſtat per illum ponendum, & deſtituendum, iuxta ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia ſupradicta quoties opportunum fuerit regi debeat, & etiam gubernari non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterij, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac priuilegijs, & indultis ceteriſq. contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino

Bb ho-

hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreßionis, extinctionis, erectionis, conceßionis, applicationis, & appropriationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, Non. Septemb. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

A.de Magio.

S. Petri Brixiæ Tēplum Canonicis collatum. *Cænobij poſſeßionem Societas noſtra die* IX *Nouembris annuentibus Vrbis Rectoribus de mandato Sereniſsimi Ducis Veneti, quod tale eſt.*

FRANCISCVS FOSCARI *Dei gratia Dux Venetiarum. Nobilibus & ſapientibus Viris Chriſtophoro Donato de ſuo mandato Poteſtati, & Franciſco Barbaro Militi Capitaneo Brixienſ. & ſucceſſoribus ſuis fidelibus ſalutem & dilectionis affectum. Die vigeſimo nono menſis Octobris nuper elapſi ſcripſimus vobis, vt cum fuiſſet collata per Apoſtolicam Sanctitatem Canonicis monaſterij S. Georgij de Alga Eccleſia S. Petri Oliuerij, ad quam etiam eius beneficium fuerat per Not. Ven. Presb. Barthol. de Bianchettis prouidere deberetis, quod cum idem Presb. Barthol. feciſſet quaſdam expenſas ſibi reſponderetur de tribus partibus introituum beneficij prælibati præ-*

ſen-

ſentis anni, & quod quarta pars reliqua eorum vadat in reparationem Eccleſiæ ſupraſcriptæ, quod de hoc Canonici prædicti bene & amplè contentabantur: Et quod ideo poſſet videre & habere libros & alias ſcripturas Eccleſiæ ſupradictæ, ac alia neceſſaria vt exigere valeat ſupraſcriptos introitus, & redditus pro tempore prælibato. Nunc autem vltra prædicta vobis mandamus quatenus dictos Canonicos monaſterij S. Georgij de Alga ſiue Procuratorem eorum ad poſſeſſionem Eccleſiæ prædictæ ac beneficij atq; tenutam admittere ſeu admitti facere quantum ad vos attinet debeatis, facientes vt calices, libros, apparamenta, cruces, thuribula, ac quæcunque alia argentea ornamenta, & res ipſius Eccleſiæ integraliter conſignari. Ac ſibi de omnibus & ſingulis eius fructibus, redditibus, prouentibus, & obuentionibus concurſis à præſenti anno in antea cum reſtitutione librorum ac ſcripturarum, quas habuit prænominatus Presbyter Bartholomæus, vti prædicitur, integraliter reddere, & quod quarta pars introituum huius anni ſupradicta conſignetur, ac detur Canonicis antedictis vt poſſint eam conuertere in reparationem ipſius Eccleſiæ vt præfertur.

Dat. in noſtro Ducali Palatio, die IX. Nouembris, Indictione prima MCCCCXXXVII.

Nec leuis fuit optimo Senatori tam impenſæ interceſſionis cauſa, quam ne deſideret poſteritas, eam ipſius verbis, quam mea oratione, teſtari malui: vn-

de Cœnobij ſitus, amplitudo, Eccleſiæ ornamenta, ceteraq. illius loci graphicè repræſentantur.

Franc. Barbari deſcriptio Cœnobij Sancti Petri.

FRANCISCVS BARBARVS. Quin tua mihi, & mea tibi Reuerendiſs. Pat. pietas nota eſt ſcribere conſtitui, quæ cum laude Religionis noſtræ, & amplitudine Ordinis tui, & communi vtilitate coniuncta ſunt. Pro tua tamen ſapientia quid faciendum ſit iudicabis. Eccleſiam S. Petri Montis Olineti magno ſtudio iſtius populi fratribus tuis oblatam, & auctoritate Romani Pontificis honorificè conceſſam noſti. Quæ res non minus grata & iucunda eſt vniuerſæ Ciuitati, quam fructuoſa eſt futura. Viſitaui Templum illud, non tam vt viderem, quam vt Ciues hortarer ad deuotionem fratrum tuorum. Eccleſia antiqua eſt, & non ſine priſca dignitate, in qua repoſita ſunt corpora Sanctorum Epiſcoporum. Monaſterium quoque amplum erat, & ſatis commodè reduci poterit ad formulam Religionis tuæ. In Monte Olineti intra mœnia quodammodo extra Vrbem ſitum eſt, & ita ſitum eſt, vt in libero Cælo Solis aſpectus ſanitatem præ ſe ferat, & aeris ſublimitas moderata animum inuitet ad excelſas cogitationes. Habet quoque tantos redditus, vt alere poßit etiam nunc aliquos qui ſeruiunt Deo. Quare Pater Humanißime, cum Templum fratribus tuis diuinitus datum, & tutum, & amœnum, & ſatis fortunatum ſit, minime negligendum eſt. Etenim cum pars fructuum ſuorum ad ædificandum ſeruanda ſit, ſicut Senatus decreuit, lauda-

rem, vt duo ex fratribus huc accederent, vt curarent, quæ ſunt componenda, & exemplo ſuæ vitæ incitarent Ciuitatem ad exornandum & amplificandum Templum & Monaſterium noſtrum. Vale, & nos ſanctis orationibus adiuua. Commenda me Pontifici noſtro & ſanctis fratribus, & D. Philippo nobis amiciſſimo ſ. d.

Brixiæ VIII Nouembris MCCCCXXXVII.

Poſtquam igitur Summi Pontificis liberalitati acceſſiſſet Principis auctoritas, in cœnobium S. Petri iam introducti Patres vnanimi conſenſu cum Rectore Generali Canonicorum S. Georgij de Alga Collegium die III *Ianuarij* MCCCCXXXVIII *de Viro, cui iſtius loci regimen committi poſſet, deliberationem inſtituens, tandem D. Lucam de Eſte, annis plenum, rerum experientia clarum, ſanctiſq. moribus ornatum, iam olim omnibus muneribus ſumma cum laude perfunctum, reliquis præferendum cenſuit.* Lucas de Eſte primus S. Petri Rector.

Locus hic in colle cigneo non longè à celeberrimo caſtro Brixienſi ab Oliuetis, quorum olim erat feraciſſimus nomen ducens, ab hominum quidem frequentia abditus, vno tamen intuitu, vniuerſam vrbem proſpicit. Diuum Barnabam hic prima peregiſſe ſacra, fama eſt. Inditium præbet Sacellum in primo cœnobij peryſtilio magno populi concurſu venerabile, cuius hæc perſcripta: S. Petri cœnobium inſigniter exornatū.

SACELLVM HOC IN VIRG. MARIÆ HONORE DICATVM INTER BRIXIANAS ECCLESIAS PRIMVM

FVISSE, EOQVE IN LOCO BARNABAS CHRISTI APOSTOLVS PRIMVS DIVINA CELEBRASSE MYSTERIA PERHIBETVR.

Benedictini primi hunc incoluerunt, quos Oldaricus Epiſcopus Brixienſis ſumma liberalitate ditauerat, quam Anno M LIII *Henricus Imperator ſuis literis confirmauit: Sed rerum viciſſitudine, & teterrimis Italiæ bellis ad extremum prouentus, & ædificiorum iacturam redactum maiores noſtri ad ſplendidam faciem reduxerunt. Atque in primis anno* M CCCC XLVI *fauente Summo Pontifice, qui alteram ei Abbatiam S. Petri in monte iunxit: cuius adminiculo nouum cænobium, & Templum à fundamentis ex viuis lapidibus, & rarioribus picturis ornatum tandem acceſſit. Monumentis SS. Epiſcoporum Brixienſium, Paulini, Cypriani, Pauli, Siluini, Euaſij, Deodati, quorum corpora hic ſunt condita, celebre eſt. S. Paulini Ara ſub organo eleganter conſtructa hoc diſtichon habet.*

Paulini Empyreas Antiſtitis iuit in arces
Spiritus, hic diui Brixia corpus habet.

Ab altera parte ad D. Siluini altare olim Reliquias ſacras ſeruatas fuiſſe teſtatur inſcriptio: Teguntur iſtæ hic reliquiæ. Spina ex ijs cum quibus Ieſus eſt confixus fragmen. columnæ ad quam verb. cæſus. Crucis Sanctiſs. & Virginei velamin. atque aliæ colend. Has D.Agathæ Antiſt. Hieronymus Caballus Sen. iuniori & in de mor. locum ſuff. ibi

lo-

locandas curauit, hunc locum pie precor Chriſtiane cole. Idem legauit ſacra Chriſto Domino ad D. Magd. Aram. A Presbyt. Oliuet. legatar. cotidie ferr. terq. annuam diem quotannis pro ſe duobusq. frat. iuxta func. cuius & maiorum ſuorum oſſa hoc in ſubterr. monumento: quod nobili Caball. familiæ cum prędict. Ara conſtructum eſt, conteguntur. M D XXXIII. Cal. Maias.

Eas vero poſtea in locum conſpicuum tranſtulerunt, appenſo Lycno, additoq. hoc epigrammate:

Quisquis ades ſi plura dabis præconia diuis
Multus honos famæ gratia maior erit.

In medio ædis chorus columnis innititur, cui adeſt organum auro & coloribus diſtinctum. Ara maior è viuo lapide Alexandri Moreti ingenio nitet, Sacellum quattuor tabulis excellentis pictoris Franciſci Richini penicillo diſtinctis ornatur. D. Laurentij Ara Moreti penicillo ſplendet; Ceteræ omnes eiuſdem operis animos, oculosq. ſpectantium inuitant. Nec vlla ædificij pars, quæ non marmoreis cruſtis effulgeat. Cænobium noſtri à fundamentis venuſtiori forma ædificarunt. ſitus loci pulcherrimus eſt. etenim vndique hortis circumuallatus ſurgit, & inter cupreſſos domicilia patrum, aulæ, cænaculum, omniaq. præbent architectonicæ artis ſpecimina. Duo hic Clauſtra cum ſuis ambulacris, quorum alterum ingentem ciſternam tenet, ex quo iter patet in porticum amæniſſimum, vnde in vrbem, & in latiſſimos campos viſus diffun-

fun-

funditur, & parte ſiniſtra in collem habitationibus ac delitijs ciuium refertum. Olineta vndique ambiunt, cum viridarijs & pergulis, quibus vites vario contextu vmbræ gratiam miniſtrant: quo ſæpius Vrbis Rectores animi cauſa ſub veſperas concedunt. Bibliothecam illuſtrem habet cum Archiuo antiquarum ſcripturarum locuplete. Prædia poſſidet opima, Coleræ præſertim, vbi inſignibus immunitatum priuilegijs ſæpiſſimè à Sereniſſima Rep. confirmatis tam perſonæ, quàm redditus gaudent. Nigolentæ inſuper villæ domicilia ſatis ampla, ſtabula pariter. Nec quidquam campis aut vinetis ad ornatum & opulentiam deeſt. Sed nec tacenda nobis D. Petri in monte, Flinæ, Serli, aliorumq. adiacentium prædiorum fertilitas, vino, frumento, & aucupijs nota, cui non minimæ ijs in locis æſtimationis aquarum ius accedit: vt naturæ prouidentia locatas hic dixerim veras agri Brixienſis delitias.

MCCCCXXXVII

Immunitas à publicis ſupplicationibus, & á vectigalibus.

Acceſſerunt hoc anno poſtea diuerſi generis Priuilegia, quibus poteſtas facta diſpenſandi Vota à caſibus reſeruatis, & liberandi ab excommunicatione: conceſſa etiam plenaria (vt loquimur) indulgentia, addita à publicis ſupplicationibus immunitate, & vectigalium quorumlibet exemptione.

Eugenij IV Priuilegiũ VIII.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Rectoribus, Canonicis, & Clericis, alijsque perſonis Congregationis S. Georgij in Alga de Venetijs. In eiuſdem S. Georgij, S. Ioannis Decollati de*

de Padua, necnon S. Iacobi de Monteſilice, ac S. Auguſtini extra Vincentiam, necnon SS. Firmi & Ruſtici de Leonico, ac S. Angeli de Monte Veronæ, necnon S. Georgij in Braida de Verona, ac S. Gregorij prope Bononiam Caſtellan. Vicentin. Veron. & Bonon. Diœceſ. monaſterijs commorantibus, præſentibus, & futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ Religionis, ſub qua mundanis propulſis illecebris in humilitate ſpiritus deuotũ & ſedulum impenditis Altiſsimo famulatum, promeretur honeſtas, vt ea quæ veſtrum, & perſonarum in veſtris monaſterijs degentium pro tempore ſtatum, & animarum ſalutem reſpiciunt fauorabiliter concedamus. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt Rector Congregationis veſtræ, qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit, Vota quæcunque etiam ſi tranſmarina, aut S. Iacobi, ſeu Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, fuerint per nos, & alios quoſcunque Congregationem ipſam pro tempore, cum propoſito inibi remanendi intrantes, & in illa Altiſsimo quoad vixerint famulantes emiſſa in alia pietatis opera commutare. Necnon cum ſingulis, qui aliquam Religionem intrandi, & in illa permanendi quocunque modo, aut ex quauis cauſa uotum fecerint, ſi Congregationem prædictam intrauerint, & in illa perpetuò Altiſsimo famulari promiſerint, & cum effectu adimpleuerint, vt ad huiuſmodi voti obſeruantiam minime teneantur, diſpenſare poſsit. Quodque ſingu-

li Confeſſores idonei, quos ſinguli ex vobis, ac alijs perſonis, ac ſeruientibus tam Clericis, quàm laicis præſentibus & futuris in Congregatione præfata quoad vixerint Altiſsimo famulantibus duxeritis, ſeu duxerint eligendos, omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confeſsi fueritis, ſeu fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſsionem concedere valeant, vobis & eis tenore præſentium indulgemus, ſic tamen quod ijdem confeſſores de his, de quibus alteri ſatisfactio impendenda fuerit, illam ſingulis ex vobis, ac prædictis alijs faciendam iniungant. Illis verò, qui ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliqua committerent, quo ad illa prædicta remiſſio nullatenus ſuffragetur. Quodque confeſſores ipſi ſingulorum confeſſiones audire & pro commiſſis etiam ſi talia fuerint propter quæ Sedes Apoſtolica fuerit merito conſulenda, debitam abſolutionem impendere, & pœnitentiam ſalutarem iniungere. Necnon ſingulos veſtrum à quibuſcunque ſententijs, & cenſuris, in vos, vel aliquem veſtrum, quauis auctoritate promulgatis, ſemel dumtaxat abſoluere, necnon ſuper irregularitate, ſi quam incurriſtis, diſpenſare, omnemq. inhabilitatis & infamiæ maculam per vos, vel aliquem veſtrum, quoquomodo contractam abolere valeant deuotioni veſtræ. Necnon Rectori maiori Congregationis veſtræ, vt omnes perſonas Seculares Congregationem ingredientes, & inibi Altiſſimo perpetuò famulantes, à quibuſcunque ſententijs ex-

com-

communicationis, necnon in caſibus Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſeruatis, quomodocunque, vel qualitercunque illas, vel illos incurrerint, ſeu illis ligati fuerint, dummodo ingredientes ipſi bigamiæ aut homicidij labe reſperſi, aut mutilatores membrorum non fuerint abſoluere, necnon ſuper irregularitate, ſi quam quauis cauſa præmiſſis demptis incurrerint, diſpenſare valeant. Inſuper vt Sacerdotes Congregationis veſtræ ſingulis vobis, necnon familiaribus tam pro ſalario, quam alias ſeruientibus eorum prius confeſſionibus auditis, Euchariſtiæ & Extremæ vnctionis, aliaque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, ac corpora veſtra, & eorum Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere libere, & licite valeant, vobis ſimili auctoritate concedimus per præſentes. Ceterum vt vberioris vobis quietis præbeatur occaſio, vos omnes & ſingulos, necnon monaſteria, poſſeſſiones, & bona quæ nunc poſſidetis, aut in futurum vos poſſidere contigerit ab omnibus, & ſingulis impoſitionibus, ſubſidijs, collectis, & oneribus quibuſcunque nominibus nuncupentur Apoſtolica vel ordinaria, ſeu alia quauis auctoritate quomodolibet impoſitis hactenus aut imponendis. Necnon Synodalibus proceſſionibus, & generalibus conuocationibus, ſeu Congregationibus quibuſcunque quacunque auctoritate illas indici contigerit auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prorſus eximimus, & perpetuo liberamus, nec non exempta, & liberata eſſe volumus & declaramus,

mus, mandantes omnibus & ſingulis tam Eccleſiaſticis, quàm Secularibus perſonis, cuiuſcunque dignitatis vel praeminentiæ fuerint, ne contra exemptionem & liberationem noſtras huiuſmodi vos de cetero quomodolibet moleſtare, ſeu inquietare audeant vel præſumant; Decernentes, ex nunc irritum, & inane quicquid in contrarium factum fuerit, aut quomodolibet attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, exemptionis, liberationis, voluntatis, declarationis, mandati, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, x. Kal. Iunij, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo. A.de Florentia.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

Ia. de Viterbo.

S. Syri Tēplū D.Gregorio adicčtum.

Hoc ipſo Anno Pontifex x x *Septembris ſua ſponte nobis Eccleſiam S. Syri Bononiæ huiuſmodi diplomate adſcripſit, vt D. Gregorij redditus tenuiores aliqua ratione locupletiores fierent.*

Eugenij IV S. Syri locū Canonicis deſignat. D.IX.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *ad perpetuam rei memoriam. Ex ſupernæ prouidentia maieſtatis Romanus Pontifex in Apoſtolicæ dignitatis ſpecula conſtitutus circa monaſteriorum, alio-*

rum-

rumque piorum locorum indemnitates prout ex debito ſibi paſtoralis incumbit officij; diligenter proſpicit, & intendit ac illorum ſtatum ad diuini perſeuerantiam, & propagationem cultus alterat, & immutat prout rerum, & negotiorum penſatis circunſtantijs id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſi quidem per nos accepto, quod dilectus filius Laurentius de Briſca olim Prior Prioratus S. Syri Bononien. Ordinis S. Benedicti dictum Prioratum, quem tunc obtinebat coram dilecto filio Raynerio Raynerij de Iacobellis publico Imperiali auctoritate Notario, & quibuſdam teſtibus fide dignis extra Romanam Curiam ſponte, & libere reſignarat, nos certis Iudicibus eorum proprijs nominibus non expreſſis per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, vt reſignationem huiuſmodi ſi de illa ipſis legitime conſtaret auctoritate noſtra admitterent, illaq. admiſſa dictum Prioratum cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis dilecto filio Andreæ de Ciuitatecaſtelli Primicerio Eccleſiæ S. Petronij Bononien. per eum quoad viueret tenendum, regendum, & gubernandum commendarent, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem præfatus Andreas poſt admiſſionẽ huiuſmodi Commendæ præfatæ in manibus noſtris hodie ſponte, & libere ceſſerit, noſq. ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, ac dictus Prioratus ſicut accepimus, adhuc vacare noſcatur, necnon Eccleſia dicti Prioratus ſit pro magna parte diſcooperta, ipſeq. Prioratus non mo-

dica

dica indigeat reparatione, ac in ſpiritualibus, & temporalibus; necnon eius poſſeßionibus, & bonis varijs ſubiaceat detrimentis. Nos attendentes, quod dilecti filij Canonici Congregationis S. Georgij in Alega de Venetijs Caſtellan. Diœc. propter vitam eorum commendabilem multiplicem in Dei Eccleſia dietim afferunt fructum; ipſeq. Prioratus ſub felici eorum regimine, & gubernatione prouida, ſalubria in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus auctore Domino ſuſcipere poterit incrementa, Motu proprio non ad ipſorum Canonicorum, uel alicuius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam Prioratum prædictum, in quo vt accepimus nullus reſidet Monachus de præſenti, & qui à monaſterio Pompoſiani eiuſdem ordinis Comaclen. Diœceſ. dependet, & per illius Monachos gubernari conſueuit, ab omni dominio, ſuperioritate, ſubiectione, & obedientia dicti monaſterij, ac illius Abbatis, & Conuentus præſentium, & futurorum Apoſtolica auctoritate eximimus, abſoluimus, & totaliter liberamus, ac ſegregamus, & in eodem Prioratu dictum ordinem penitus ſupprimimus, & extinguimus, necnon in Secularem Eccleſiam cum iuribus, & inſignijs debitis erigimus, ipſumq. Prioratum in Secularem Eccleſiam ſic reductum, cuius Ducent. . . ſic vt præmittitur vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſupradictis Eccleſiæ, ſeu Prioratui Seculari S. Gregorij extra muros Bononien. Congregationis Canonicorum huiuſmodi cuiuſque centum &

qua-

quadraginta florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt ſimiliter accepimus non excedunt, motu ſimili in perpetuum incorporamus, annectimus, & vnimus, Ita quod liceat ex nunc Canonicis Eccleſiæ S. Gregorij huiuſmodi corporalem erectæ Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, ac huiuſmodi ipſius erectæ Eccleſiæ fructus, redditus, & prouentus in ſuos, necnon S. Gregorij, & erectæ Eccleſiæ huiuſmodi vſus conuertere perpetuo, pariter & retinere, Diœceſani loci ac dictorum Abbatis, & Conuentus, & cuiusvis alterius ſuper hoc licentia minimè requiſita. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterij, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſq. contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, uel legatorum eius litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac quæcumq; inde ſecuta ad dictam erectam Eccleſiam volumus non extendi, & quibuſlibet alijs priuilegijs, indulgentijs, ac litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus

quo-

quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectas earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dicta erecta Eccleſia debitis non fraudetur obſequijs, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ exemptionis, abſolutionis, liberationis, ſegregationis, ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, incorporationis, annexionis, vnionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, XII. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno VII.

Gratis de mandato D.N.Pap.

Io. de Sreccatis.

Nec ſanè locus iſte minus commodis noſtris, quam fortunæ contulit. In medio namque vrbis ſitus olim Ordinis S. Benedicti Abbatiæ S. Mariæ Pompoſæ Diæceſis Comachienſis, cui animarum cura, & Eccleſiæ

cleſiæ S. Mariæ de Arzela, S. Mariæ in Granarolo, S. Marci de Turreſellis, S. Blaſij in Saliceto iunguntur. Eius prouentibus aucti Patres, ſolitudinis vt plurimum ſtudioſi, et conſortium hominum ac mulierum, veterum Patrum exemplo cũ declinarent, turbæ pertæſi, publicis in Comitijs eum Canonicis Regularibus S. Saluatoris, reſeruato ſibi annuo cenſu, conceſſerunt. Quod quidem factum, cum paulo poſt maiores noſtri maturiùs perpendiſſent, locum in vrbe opportuniorem eſſe, tum ob infirmos, tum ob inopinatos belli caſus, quos in primis graſſatores reddunt, extra munimenta habitantibus grauiores, eum repetunt; tandemque æquis rationibus obtinent. Quod diuina prouidentia accidiſſe poſtea euentus docuit.

Octauo Idus Decembris petentibus Patribus Summus Pontifex Priuilegia, & Immunitates Societati noſtræ conceſſas etiam à Principibus Secularibus confirmat, eaque omnia inſuper decernit communia eſſe non ſolum Eccleſijs S. Ioannis Decollati, S. Auguſtini extra Vicentiam, SS. Firmi & Ruſtici Leonici, S. Angeli Veronæ, & S. Gregorij Bononiæ, ſed etiam alijs locis in poſterum ad noſtrum viuendi inſtitutum reducendis. Eugen. IV. Priuil. x.

Anno M CCCC XXXVIII *die* XII. *menſis Maij in Iulianum Manerbium Generalis titulus tranſijt: electi Rectores S. Io. Decollati D. Philippus de Piſis abſens; S. Iacobi Montiſilicis D. Angelus Venetus; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Pe-* M CCCC XXXVIII

Dd trus

trus de Cardonibus; S. Angeli Veronæ D. Maphæus Venetus; S. Gregorij Bononiæ D. Gulielmus de Caſali, & S. Petri D. Lucas de Eſte.

Hoc anno XIII. *Calendis Iulij Eugenius Sum. Pontifex Prioratum S. Margaritæ de Pulueraria Ordinis S. Auguſtini annuo trecentorum florenorum redditu ſine cura animarum cœnobio S. Ioannis Decollati vniuit.*

Eugen. IV. Dipl. XI. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *ad perpetuam rei memoriam. Ad ea per quæ Eccleſiarum ac in illis diuinis laudibus deditarum perſonarum quarumlibet commodo vtilitatiq. conſulitur, & opportunitatibus ſubuenitur; libenter intendimus, illisque quantum cum Deo poſſumus fauorem beneuolum impertimur. Cum itaque accepimus Prioratus Conuentualis ſanctæ Margaritæ de Pulueraria Ordinis ſancti Auguſtini Paduanen. Diœc. iam multis annis elapſis regulari obſeruantia religioſisque ordinem ipſum expreſſe profeſsis inibi reſidentibus deſtitutus, & in diuino cultu neglectus plurimum fuerit ac modica ſpes exiſtat, quod ille de cetero ad debitam dicti ordinis obſeruantiam reduci valeat, & alias illi ex Canonicis de Congregatione ſancti Georgij in Alega de Venetijs Caſtellan. Diœc. qui in Eccleſia S. Ioannis Decollati extra portam Pontiscurui Paduan. hactenus permanſerunt, & hodie permanent propter facultatum carentiam plura, & diuerſa ſuſtinuerint, & quotidie ſuſtineant in eorum vitæ neceſſa-*

ſarijs incommoda pariter & detrimenta, Nos qui diuinum cultum noſtris potiſſime temporibus vbique locorum non ſolum conſeruari, ſed etiam adaugeri intenſis deſiderijs affectamus ſtatui Eccleſiæ ac Canonicorum in ea pro tempore degentium huiuſmodi quantum cum Deo poſſumus prouidere volentes, necnon attendentes quod Canonici de Congregatione huiuſmodi tam in prædicta, quam alijs pluribus diuerſarum partium Eccleſijs mundanis abiectis illecebris in communi ſub vita caſtimonia die, ac nocte diuina in illis officia continuo celebrando laudabiliter degentes varijs hactenus multiplicarunt prout in dies multiplicant virtutum meritis, ac ſperantes quod dicta Eccleſia ſancti Ioannis ſi illi præfatus Prioratus perpetuo vniatur, propter hoc ac Canonicorum huiuſmodi vitam laudabilem, & opera fructuoſa plura in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa, motu proprio non ad ipſorum Canonicorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam Prioratum prædictum cuius Trecent. . . etiã ſi ad illum conſueuerit quis per electionem aſſumi, & ei cura immineat animarum, illeq. ab aliquo monaſterio ſeu regulari loco dependeat, & ex quauis cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſeruatus exiſtat cum membris annexis, & alijs iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus præfatæ Eccleſiæ ſancti Ioannis, cuius centum & ſeptuaginta florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus

Dd 2 ſe-

ſecundum communem æſtimationem valorem annuum vt etiam accepimus non excedunt auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus, ita quod cedente vel decedente moderno Priore dicti Prioratus aut alias illum quomodolibet dimittente, liceat Canonicis de Congregatione huiuſmodi per ſe, vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem Prioratus annexorum membrorum iuriumque, & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria libere apprehendere ac huiuſmodi illius fructus, redditus, & prouentus in Eccleſia ſancti Ioannis, & Canonicorum in ea pro tempore degentium, necnon Prioratus prædictorum vſus, & vtilitates conuertere, exponere, & perpetuo retinere Diæceſani loci, & cuiuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterij, ſiue loci ac Prioratus, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Prioratibus huiuſmodi ſpeciales, vel alijs beneſitijs Eccleſiaſticis in illis partibus generales Apoſtolicæ Sedis, vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, præſeruationem, & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus ad dictum Prioratum volumus non

ex-

extendi, ſed nullũ per hoc eis quoad aſſecutionem Prioratuum aut beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuſlibet alijs priuilegijs, indulgentijs, ac litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod quamprimum vnio, annexio & incorporatio præfatæ ſuum fuerint ſortitæ effectum in Prioratu prædicto, ordo et Conuentualis dignitas huiuſmodi penitus ſuppreſſi, & extincti exiſtant prout etiamnum in euentum prædictum ſupprimimus et extinguimus dictusque Prioratus Secularis, & ſine cura cenſeatur, & quod Canonici in Eccleſia ſancti Ioannis pro tempore degentes huiuſmodi ipſius Prioratus tunc in Eccleſiam Secularem erecti debita onera ſupportare, & ne illa debitis fraudetur obſequijs procurare, & intendere teneantur, quodque aliæ vnio, annexio, & incorporatio eidem Eccleſiæ ſancti Ioannis de Eccleſia B. Mariæ de Iſpida dictæ Diœc. quæ tũc monaſterium Monialium ordinis ſancti Benedicti erat, cuiusque fructus, redditus, & prouentus nonaginta florenorum ſimilium ſecundum æſtimationem prædictam valorem annuum vt ſimiliter accepimus non excedunt, per alias noſtras litteras dudum factas, quarum vigore dicti Canonici in ipſius Eccleſiæ de Iſpida poſſeſſione

pa-

pacifica fore noſcuntur. Ita tamen quod aliæ litteræ prædictæ quoad ſuppreßionem, & extinctionem Abbatialis dignitatis, ac dicti ordinis ſancti Benedicti in illis contentam huiuſmodi in ſuo robore permaneant reſciſſæ & diſſolutæ penitus exiſtant, & cenſeantur dictique Canonici ipſam Eccleſiam de Iſpida quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere teneantur, & nihilominus auctoritate præfata ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod nullæ per nos vel Sedem Apoſtolicam per litteras vel alias quomodolibet ſub quibusvis formis aut verborum expreßionibus in genere, vel in ſpecie etiam ſub motu, & ſcientia ſimilibus ex nunc in antea faciendæ vnionum quarumlibet reuocationes, caſſationes, ſeu irritationes ad dictum Prioratum, quominus illius vnio, annexio, & incorporatio huiuſmodi ſuum, ſi illum tunc conſecutæ forſan non extiterint, conſequantur effectum, ſe extendant, ſed huiuſmodi præſentes litteræ in ſuo robore tunc permaneant, & permanere debeant etiam perinde, ac ſi reuocationes, caſſationes, & irritationes prædictæ, vel earum aliquæ tunc nullatenus emanaſſent, niſi alias forſan in illis, ſeu litteris deſuper confectis de præſentibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio haberetur, & inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis,

vo-

voluntatis, ſuppreſſionis, extinctionis, ſtatuti, declarationis; & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Ferrariæ Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringenteſimo trigeſimo octauo, Tertiodecimo Kal. Iulij, Pontificatus noſtri anno octauo.

Verum bellorum clade diruto ædificio, hodie cœnobio D. Mariæ in Vantio præter x x *agrorum iugera cum prædiolo nihil ſupereſt.*

Hoc ipſo anno Nonis Iulij cum cœnobium S. Iacobi propè Montemſilicem ob inundationes in vicinos agros annona laboraret, Summus Pontifex S. Mariæ Hiſpidæ in collibus Euganeis prope Battaleam, olim Monialium ordinis S. Benedicti monaſterium cum annuo 300 *florenorum cameralium cenſu noſtris adiecit hoc diplomate.* S. Mariæ Hiſpidæ cœnobium noſtris cōceſſum.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. Eugen. IV Dipl. XII. *Venerabilibus Fratribus Concordienſi & Caſtellanenſi ac Taruiſin. Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium mentem noſtram excitat, vt ad ea per quæ Eccleſiarum ac in eis ſub ſtudio piæ vitæ diuinis laudibus deditarum perſonarum omnium commodo vtilitatique conſulitur, & opportu-*

nitatibus

nitatibus ſubuenitur paternis ac ſolicitis ſtudijs quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter attendamus. Nuper ſiquidem ex certis tunc expreßis rationabilibus cauſis Prioratum S. Margaritæ de Pulueraria ordinis S. Auguſtini Paduan. Diœc. Eccleſiæ ſancti Ioannis Decollati extra portam Pontiscurui Paduan. per alias noſtras literas vniuimus, annexuimus, et incorporauimus volentes inter cetera quod quamprimum vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas effectum ſortiri contingeret, alia vnio, annexio, & incorporatio de Eccleſia B. Mariæ de Iſpida præfatæ Diœceſis, quæ tunc monaſterium Monialium ordinis S. Benedicti fuerat, per nos dudum antea factæ, quarum vigore Canonici de Congregatione S. Georgij in Alega de Venetijs Caſtellanen. Diœceſ. in illius poſſeßione pacifica tunc exiſtebant, prout exiſtunt Abbatiſſalis dignitatis ac præfati ordinis ſuppreßione, necnon ipſius monaſterij in Secularem, & ſine cura Eccleſiam reductione vacare decreuimus omnino dimittere tenerentur, prout in dictis literis plenius continetur. Cum itaque propterea præfata Eccleſia de Iſpida per apprenſionem poſſeßionis pacificæ dicti Prioratus per eoſdem Canonicos dictarum literarum obtentu faciendam vacare ſperetur. Nos attendentes, quod Eccleſia S. Iacobi de Monteſilice præfatæ Diœceſis ad vniuerſitatem Canonicorum de Congregatione huiuſmodi legitimè pertinens propter vitam laudabilem, & opera fructuoſa illorum ex dictis Canonicis,

nonicis, qui inibi in communi ſub vitæ caſtimonia die ac nocte diuina continuando officia permanſerunt & permanent, plura à multis annis citra ſuſcepit & ampliora vt veriſimiliter præſumitur ſuſceptura ſit in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa ac ſtatui Canonicorum in ea pro tempore degentium, vt expenſarum onera & eis ac dictæ Eccleſiæ Sancti Iacobi pro tempore incumbentia commodius ſupportare valeant, prouidere volentes motu proprio non ad ipſorum Canonicorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrorum per vos vel alium ſeu alios, Eccleſiam B. Mariæ prædictam quæ ſine cura eſt & cuius nonaginta cum illam vt præmittitur vel alias quouis modo vacare contigerit vniendam, annectendam & incorporandam cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis præfatæ Eccleſiæ S. Iacobi cuius trecentorum florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem fructus, redditus, & prouentus valorem annuum vt accepimus non excedunt donationi veſtræ auctoritate noſtra reſeruare curetis diſtrictius inhibendo Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Paduano, ac illi vel illis ad quem vel ad quos dictæ Eccleſiæ B. Mariæ collatio, prouiſio, præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio communiter vel diuiſim pertinet, ne de illa contra reſeruationem huiuſmodi diſponere quouiſmodo præſumant. Et nihilominus præ-

ſatam Eccleſiam B. Mariæ cum vacauerit vt præfertur dictæ Eccleſiæ S. Iacobi auctoritate prædicta perpetuo vniatis, incorporetis, & annectatis. Ita quod liceat Canonicis in ea tunc degentibus per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſsionem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, iuriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria liberè apprehendere, ac huiuſmodi illius fructus, redditus, & prouentus in ſuos ac ſucceſſorum ſuorum, necnon dictæ Eccleſiæ S. Iacobi vſus & vtilitatem conuertere, & perpetuò retinere, Diœceſani loci & cuiuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum eius literas impetrarunt, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas & proceſſus ad dictam Eccleſiam B. Mariæ volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad executionem beneficiorum aliorum præiudicium generari & quibuslibet alijs Priuilegijs, Indulgentijs, & literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus

ribus

ribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter vnionem faciendam huiuſmodi, ſi illam effectum ſortiri contigerit, in dicta Eccleſia B. Mariæ diuinus cultus nullatenus negligatur, ſed eius debite ſupportentur onera conſueta. Et inſuper auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus & declaramus, quod nulla per nos vel dictam Sedem per literas ſeu alias quomodolibet ſub quibuſuis formis aut verborum expreßionibus etiam ſub motu ſimili, & ex certa ſcientia ex nunc in antea faciendæ vnionum quarumlibet reuocationes, caſſationes, ſeu imitationes ad Eccleſiam B. Mariæ prædictam quominus illius vnio, annexio, & incorporatio Eccleſiæ S. Iacobi huiuſmodi fiant ſi factæ, & ſuum, ſi illum ſortitæ tunc non fuerint, conſequantur effectum, ſe extendant, quodque huiuſmodi literæ in ſuo robore tunc permaneant, ac permanere debeant, etiam perinde ac ſi reuocationes, caſſationes, & irritationes prædictæ, vel earum aliquæ tunc nullatenus emanaſſent, niſi alias forſan in illis ſeu litteris deſuper tunc confectis de eiſdem præſentibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio haberetur. Prætcrea ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Dat. Ferrariæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo,

Ee 2 Ter-

Tertio Non. Iulij, Pontificatus noſtri Anno octauo.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

Io.de Steccatis.

S. Mariæ Hiſpidæ locum Canonici Eremitis concedunt. *Verùm ea fuit noſtrorum pietas & manſuetudo, vt paucis contenti, iam vix vberiori prouentu locupletati, locum hunc vltrò conceſſerint Patribus Eremitis S. Hieronymi de Piſis, qui hiſce temporibus exiguis admodum initijs, Eugenij Quarti liberalitate & Priuilegijs reliquorum Pontificum mirificè creuerunt, eumq. locum inſigni cultu ornarunt.*

M CCCC XXXIX *Proximis Comitijs die* XVII *Aprilis celebratis Rectoris Generalis munus ad Maphæum Contarenum deuoluitur, reliquorum locorum cura nempè S. Ioannis Decollati ad D. Nicolaum de Cremona. S. Iacobi Montiſilicis ad D. Iacobellum Venetum. S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici ad D. Iulianum Canonicum. S. Gregorij ad D. Gherardum Mutinenſem. S. Angeli Veronæ ad Marcum Donatum Venetum. At circa S. Petri apud Brixienſes adminiſtrationem nihil immutatum fuit, cum non ita dudum ea D. Lucæ de Eſte bono euentu commiſſa fuiſſet.*

Canonici Seculares à Recognitoribus liberi. *Ingens circa hæc tempora, exigente ita ſeculi iſtius licentia, erat Recognitorum, quos vulgò Inquiſitores vocant; in religioſos auctoritas; à qua noſtri Ordinis Viros Eugenius IV non ſine cauſa immunes voluit.*

Eugen. IV. Priuilegiũ XIII. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *Ad perpetuam rei memoriam. Piæ poſtulatio voluntatis*

lun-

luntatis,qua dilecti filij Canonici, & Clerici Congregationis S. Georgij in Alga nuncupati, in communi vitam ducentes, dedito ſtudio piæ vitæ in diuerſis partibus Italiæ Eccleſijs, ſiue locis mundanis abiectis illecebris,cum adeptione voluntariæ paupertatis virtutum Domino famulantur, non indignè meretur vt Apoſtolica Sedes eos ipſorumque loca, & Eccleſias Collegiatas benignis fauoribus confoueat, & ſpecialibus gratijs proſequatur, in his præſertim, quæ animarum ſuarum ſtatus ſalutem reſpiciunt & quietem. Sanè pro parte deuotorum Canonicorum Collegiatorum dictorum nobis exhibita petitio continebat, quod licet ipſi cupientes ſuos in cœleſtibus theſauros collocare, & ob hoc ſedulum Deo impendere famulatum, aliosq. ad loca eorum ſe conferentes, verbo & exemplo, quantum Dominus concesſerit ad bene & rectè viuendum inducere,tamen nonnunquam contingit ipſos Clericos prædictos, per Inquiſitores hæreticæ prauitatis in illis partibus pro tempore reſidentes, & deputatos ab eis ſub diuerſis prætenſis occaſionibus, fictisque coloribus indebitè moleſtari. Nos igitur cupientes, vt ijdem Canonici, eo quietius & deuotius in humilitatis ſpiritu Altiſsimo famulentur, ac pietatis ſtudium in ſalutem animarum diuturna iam experientia, in eos comprobatum vberiores ac gratiores fructus proferat, quo ſe nouerint eiuſdem Sedis vberiori gratia communitos, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatos Canonicos præſentes, & po-

ſteros,

ſteros, eorumque Eccleſias, ac loca conſtructa, & conſtruenda vbicumque fuerint conſtituta, cum perſonis, iuribus, & pertinentijs, necnon poſſeſſionibus, terris, rebus, & bonis ſuis, quæ ipſi in quibuscunque locis legitimè poſſident, & in poſterum dante Domino ex ſimilibus ſuffragijs fidelium, aut alias iuſtis titulis poterunt adipiſci, ab omni iuriſdictione, & poteſtate eorumdem Inquiſitorum, qui ſunt, vel pro tempore erunt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prorſus eximimus, & perpetuo liberamus, ac ſub S. Petri, & eiuſdem Sedis; necnon Ordinariorum locorum, in quorum Ciuitatibus & Diœceſ. dicta bona & Eccleſiæ conſiſtunt protectioni ſuſcipimus, atque noſtra, ipſosq. Canonicos liberos & exemptos eſſe decernimus, & immunes, nobisq. & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, & dictæ Sedi ipſisque Ordinarijs immediatè ſubeſſe. Ita quod Inquiſitores prædicti nullam poſſint in dictos Canonicos, & Clericos, Eccleſias, loca, iura & bona huiuſmodi quacunque ratione, cauſa, vel poteſtate iuriſdictionem, vel poteſtatem exercere; ſed dumtaxat coram dicta Sede, vel eius delegatis, aut ordinarijs ſupradictis teneantur reſpondere. Felicis recordationis Innocentij Pap. Quarti prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante; Decernentes inſuper ex nunc omnes, & ſingulos excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, & proceſſus quas & quos contra Canonicos & Clericos

præ-

præfatos promulgari contigerit, haberi irritos penitus, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, XII. Kal. Februarij, Pontificatus noſtri Anno decimo. Blondus.

Gratis de mandato D.N. Papæ.

B. Palauicinus.

Hoc autem Priuilegium poſtea Summorum Pontificum Conſtitutionibus ſublatum fuit.

Hoc anno Eugenius IV. Concilium Ferrariæ inchoatum Florentiam tranſtulit; vbi Paleologo Imperatore præſente Græca Eccleſia veritati cedens Romanæ vnita Pontificem ſuperiorem agnouit ac probauit, ſeque ei ſubmiſit, cui Armeni, & Indi ſumma omnium lætitia ſubſcripſerunt. Seculi felicitatem illuſtrauit ingens Pontificis rei literariæ ſtudium: cui nihil amplius accidere potuit, quam diuinum typographiæ apud Germanos inuentum.

Habitis denuo Comitijs die XI Aprilis, Rectoris Generalis dignitate D. Benedictus Venetus communi voto potitus eſt: electis aliorum cœnobiorum Rectoribus MCCCCXL.

bus

bus Stephano Veneto pro monaſterio S. Io. Decollati, Philippo Iacobo Patauino pro S. Iacobo Montiſilicis, Ioanne Veneto pro S. Auguſtino, & S. Firmo. Donato Veneto pro S. Angelo Veronæ: Gerardo Mutinenſi pro S. Gregorio Bononiæ, & Luca de Eſte pro S. Petro Brixiæ. Hiſce comitijs primus è noſtris D.Mariæ Annũciatę propè Genuam cœnobium. *D. Ioannes Placentinus Eccleſiæ S.* MARIAE ANNVNCIATAE *propè Genuam præficitur: cuius hæc prima origo fertur. Anno* M CCCC XXXIV *Dominicus Verruca & Petrus Hichicherius presbyteri, relictis beneficijs Eccleſiaſticis Diœceſis Vercellenſis, vt liberius Deo ſeruirent, impetrata Summi Pontificis, & Archiepiſcopi Genuenſis licentia, paupertatem, communemque viuendi normam profeſſi, domicilium ſibi delegerunt in loco propè Genuam, qui a flumine vicino nomen Sturlæ accepit. Acceſſerunt poſtea alij pij viri, qui ſuis facultatibus, ac diuerſorum liberalitate Ædem D. Virginis Annunciatæ ſacram breui tempore extruxerunt. Hæc Societas. Anno* M CCCC XXXV *ab* EVGENIO *Quarto confirmata patrocinio Archiepiſcopi Genuenſis biennio viguit, ſed cum in dies probitatis fama creſceret, Anno* M CCCC XXXVII *eam Summus Pontifex à iuriſdictione ordinaria ad S. Sedem Apoſtolicam traduxit. Cumque eadem nobiſcum inſtituti forma habituque eodem vteretur illa, placuit Summo Ponti-* S. Georgij in Alga cœn. iungitur. *fici eam Anno* M CCCC XLI *noſtro Rectori Generali adijcere. Hæc ſingulari concordia nobis adhæſit*

vſque

vſque ad Annum M CCCC LI, quo Nicolai V. Sum. Pontificis arbitrio ob diſſenſionem Venetorum cum Genuenſibus, alijsque de cauſis ſeparata fuit, & poſtea ſub nomine Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga à Calliſto III. Innocentio VIII. Gregorio XIV, alijsque Pontificibus diuerſis Priuilegijs, ac binis in Diœceſi Leodienſi, & Parmenſi cœnobijs aucta: quibus hodie à nobis ſeparatim gaudet. Cuius rei indicium præter ea, quæ in noſtris archiuis, D. Laurentij Bouij rerum experientia, & virtutis ſplendore digniſſimi Præſidis iſtius ſodalitatis fidei XVI Iulij M·DC XXXV potiſſimum debemus.

Hoc anno XXV Aprilis Summus Pontifex cœnobium Ferrariæ à Marchione Nicolao Eſtenſe fabricari inceptum, noſtris conceſſum iri ſignificat. Sed nulla huius negocij vlterior executio fuit. Diploma addidimus ad Eugenij IV. & Principis Eſtenſis liberalitatis erga nos monumentum. Cęnobiũ Ferrariæ ab Eſtenſibus inceptum.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, &c. Dilectis filijs ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum proximis temporibus dilectus filius Nobilis Vir Nicolaus Marchio Eſten. apud & extra noſtram Ciuitatem Ferrariæ certum Monaſterium facere inchoaſſet: & aliquos ex ſeruis Dei regulariter viuentibus in eo ponere noſtro conſilio inſtituiſſet. Nos ab eo requiſiti de ipſis ſeruis Dei ſibi dandis, deliberauimus eum locum vobis conſignare, vt virtutes veſtræ quemadmodum largiente Domi- Eug. IV. Diploma pro loco Ferrariæ.

no vbique fuerint fructuoſæ: ita in ipſa Ciuitate noſtra Ferrarien. & honorem Dei multiplicent, & pro ſua conſuetudine ingentes fructus pariant animarum. Propinquitas etiam eius loci alijs veſtris nos id libentius facere ſuaſit, eritque eò maior vobis commoditas multa faciendi bona, quo locus ipſe & ampliſſimus, & fructibus, & redditibus ſufficienter abundans, ab ipſa viri illius liberalitate inſtituetur. Qua in re cum ardentiſſimi ſit feruoris, & omnia cupiat in eſſe ſuo ſufficienter perficere, Nos rogauit: vt duos ex vobis ad ſe mitti curemus: qui ædificia, & officinas deſignare, & alia ad vſum, ornamentumque futura ſciat poſtulare. Volumus itaque vt duos huic rei bene idoneos ſubito tranſmittatis, & poſtea ſocios Conuentui neceſſarios maturiori cum deliberatione mittetis. Vt autem ſciatis quid ſecum egimus, copiam Breuis noſtri, quod pro vltima huius rei concluſione ſcripſimus, vobis mittimus introcluſam.

Datum Florentiæ ſub annulo noſtro ſecreto die XXV. Aprilis MCDXL. Pontificatus noſtri Anno decimo. Blondus.

Eugenij IV. liberalitas *Eo ipſo Anno quartodecimo Cal. Auguſti dum Florentiæ Eugenius Pont. Max. moraretur, ampliſſimo diplomate pro fabrica Eccleſiæ S. Georgij in Alga perficienda florenos mille aureos ex teſtamentarijs donationibus quorumcunque pro incertis & male ablatis, necnon pauperibus nullo nomine expreſſis, conceſſit. Epiſcopo autem Caſtellano eius executio com-*

mit-

mittebatur, quam ſibi curæ eſſe omni vigilantia oſtendit. Hinc opus præter expectationem mira celeritate abſolutum, qua hodie videtur facie, iſti ſeculo ſatis ſplendida enituit.

Templum eſt magnificum, ſi priora tempora ſpectes; vno fornice eminet tabulato, laquearibus elegantiſſimè depictis. Longitudo pedum eſt ferè CXXIV. *latitudo* XLV. *In medio chorus eſt penſilis ſex columnis ex albo lapide ſubnixus, vbi patres in diuinas laudes die noctuq. ſtatis horis conueniunt. Choro adhæret Organum coloribus auroque variatum, cui vicinum eſt horologium. Interiori facie ſacellum eſt amplum, cuius ara D. Georgij martyrium repræſentat; in pauimento* ANTONII *Corrarij Cardinalis corpus depoſitum. A dextera maioris altaris ſacræ reliquiæ tali inſcriptione aſſeruantur.* Templi S. Georgij deſcriptio.

RELIQVIARVM LOCVS IN QVO SVNT PRÆCIPVÈ SPINA DE CORONA, DE VESTE INCONSVTILI, ET DE LIGNO CRVCIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. PES S. GEORGII MARTYRIS, ET CORONA D. MARCI EVANGELISTÆ ANNO M D LXXXIX.

Hæc Crucis ſanctiſſimæ pars cum reliquis ab Epiſcopo Clodienſi igne probata fuit petentibus patribus, cuius ea vim miraculosè eluſit. Ab vtroque templi latere binæ ſunt ædiculæ, vna B. Virgini, & Chriſti puerperio, altera D. Laurentio dicata, penicillo elegantis pictoris Ioannis Baptiſtæ de Conegliano Io: Bellini diſcipuli An. M CCCC XCVII, *& altera*

Bartholomæi de S. Cruce An. M D XXV *plurimum æſtimata. Monumenta hic Maphæi Contareni Patriarchæ Venetorum Secundi, & Gregorij Corrarij Patriarchæ* IV, *è viuo marmore conſpiciuntur. Aræ ſub choro quatuor vetuſtæ manu Franciſci de Franciſcis, Viuarinorum, & Antonij, & Bartholomæi de Murano An.* M CCCC LII *depictæ, & ad turrim quinta atque ſexta ad oſtium in ædicula nobilium Piſanorum, quorum hic ſepulcra occurrũt ſicuti in medio ædis ſplendidum Piſaurorum monumentum. In ſacrario Chriſti effigies Ioan. Bellini manu picta ſpectatur. Hic paramenta, argentea, Pax, Calix, & Reliquiarium Cardinalis Antonij Corrarij ſtemmate inſignitì. Ædes hæc ædificari cæpit cum ſacrario An.* M CCCC XXXVIII *vſque ad An.* M CCCC LVIII. *Sacra turris Anno* M CCCC LIV *à fundamentis erecta, conferentibus ad tanti moliminis perfectionem impenſis præter Sum. Pont. Eug.* IV. *Antonio Corrario Cardinali, Laurentio Iuſtiniano Patriarcha, Fantino Dandulo patritio, alijsque quorum pia apud nos memoria extat. Templo adiacent bini porticus Anno* M CCCC LVIII *cæpti, quorum prior nobilium ſepulcris eſt ſpectabilis, puta, Marci Zeni, Ioan. Bragadeni, Danielis Contareni, Marci Mauroceni, Marci Cornelij, Hieronymi Contareni, Michieliorum, & aliorum qui libentiſſimè in religioſorum patrum ſinu cum ſuis poſteris ex teſtamento quieſcere voluerunt. Exteriorem templi partem or-*

nat

nat D. Georgij ex lapide imago. Area gradibus ſaxeis aduentantes excipit, præ qua ſinus eſt nauigantibus tutus, dum æſtuaria inclementiùs à procellis agitantur. Hic vetuſtiſsima adhuc arbor eſt, ſub cuius vmbra maiores noſtri memorant ſæpius IVSTINIANVM conciones habuiſſe. Cœnobium porrò antiquatum ad melius commodum patres diuerſis temporibus reduxerunt. In cuius triclinio ſublimi ac lucido pulpitum marmoreum, præ oſtio ex eadem materia nitens pollubrum, cuius ſtructuram ab Anno M.CCCC.LXXXIX ad M.CCCC.XCI continuatam accepimus. In ſublimiori ædium contignatione aula ſpatioſa, vna parte dicatum Comitijs locum habet anno M.CCCC.XCII in eam quæ ſpectatur formam reductum, cuius ſuperliminari inſculptum eſt aureum hoc monitum: IVSTE. AC. RECTE; altera Bibliothecam anno M.CCCC.LXXVII ſtrui captam & Cardinalis GRIMANI libris deinde Cardinalis BRVNDVSINI dono illuſtrem. Hoc Monaſterio Rector Generalis & Viſitatores perpetuam ſedem nacti, nullis honeſtæ vitæ commoditatibus deſtituuntur. Etſi enim in medio ſinu Veneto annonæ ſola horto natura conſultam voluerit, prouidè tamen primi habitatores in continenti ijs temporibus magis vicino bina obtinuerunt prædia: alterum ſancti Bruſonis propè Dolum, vbi placidum anno M.DC.XXV meis Muſis habui ſeceſſum; alterum Campolongi non longè à Plebis Sacci Caſtro. Vtrum-

que

quæ vt ſalubritate aeris & fabricæ elegantia præſtat, ſic frumenti vbertate, & vinetis abundat.

Hoc anno Summus Pontifex Cal. XIV Auguſti noſtris incrementis vnicè ſtudens decreuit, quod omnes præſentes ac futuri, dummodo in Societate perſeuerauerint, ſibi idoneum confeſſorem ex arbitrio eligere poßint, qui vna vice delinquentes ab ijs, de quibus ſola Sedes Apoſtolica poßit decernere, pariterque à quauis, vt dicitur irregularitate contracta, præterquam ob corporis mutilationem, & bigamiam, liberos pronunciare poſſet. Additum fuit; tempore generalis interdicti, clauſis Templi foribus, ne excommunicati intromittantur ſine campanæ ſigno; præſentibus domeſticis ac miniſtris, etiam annuo ſalario conductis, diuina officia ſubmiſſa voce peragi poſſe: modò ipſi nullam huius pœnæ cauſam præbuerint. Plenus etiam datus excuſationi locus in cognoſcendis alienis cauſis, & obeundis quibuſcunque locis, ſi minùs fuerit commodum. Natalium præterea defectum patientes ad Ordines ſacros, & quamuis dignitatem admißi. Conceſſa inſuper conſentientibus Rectoribus & vniuerſo Collegio, facultas permutandi prædia ac poſſeſſiones: Emphyteuſis perpetua quoque admiſſa. Quibus omnibus, etſi per decennium integrum ab ijs fuerit diſceſſum, nihil omnino Pontifex derogatum voluit; & quod rarum eſt; pro ſerenandis Canonicorum conſcientijs, quoties aliquid dubitationis & ſcrupuli emerſerit, is diſpoſitioni, declarationi, & voluntati

tati Rectoris pro tempore exiſtentis ſtare debeat.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Vniuerſis Canonicis, & Clericis Congregationis S. Georgij in Alga nuncupatæ de Venetijs Caſtellanenſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad ea ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio libenter intendimus, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum Altiſsimo gratum famulatum reddentium ſaluti, paci & tranquillitati vtiliter & ſalubriter valeat prouideri. Hinc eſt quod nos veſtris deuotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnibus & ſingulis præfatæ Congregationis præſentibus & futuris, dummodo in dicta Congregatione perſeuerare diſpoſuerint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus, vt quilibet veſtrum quando opportunum videbitur idoneum, & diſcretum Presbyterum in ſuum valeat eligere confeſſorem, qui confeſsionibus veſtris diligenter auditis, pro commiſsis vobis debitam abſolutionem impendat & iniungat pœnitentiam ſalutarem, ſemel tantum, ſi extiterint talia, de quibus Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, ac ſuper irregularitate quomodocunque forſitan contracta, homicidio voluntario, mutilatione membrorum, ac bigamia dumtaxat exceptis diſpenſet, dummodo ex confidentia conceſsionis huiuſmodi non reddamini procliuiores ad illicita in poſterum committenda, ac etiam quoties opportunum fuerit niſi extiterint forſan talia propter quæ Sedes Apoſtolica merito ſit*

Eugen. IV. Priuil. XIV pro irregularitate natalium defectu ſcrupulis tollendis, &c.

con-

conſulenda. Et nihilominus vt in locis veſtris habitis, ac in poſterum alias tamen licite habendis & acquirendis tempore generalis interdicti, poſitis ianuis clauſis ac excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis ac ſubmiſſa voce, in veſtra & familiarium etiam ſalario conductorum præſentia, Miſſas, & alia Diuina Officia per Sacerdotes, Clericos, & alios in præfata Congregatione degentes facere celebrare, dummodo vos, vel illi non dederitis cauſam interdicto, nec illud vobis, vel illis contigerit ſpecialiter interdici. Qui quidem Sacerdotes vobis & familiaribus præfatis quoties expedierit Eccleſiaſtica Sacramenta abſque iuris alieni præiudicio miniſtrare valeant huiuſmodi quoque tempore, cum aliquem ex vobis ſeu familiaribus prædictis etiam ſalario conductis ab hac luce Deo iubente, migrare contigerit, eorum corpora decedentium Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere valeatis, auctoritate & tenore prædictis indulgemus. Inſuper cum aliquando per extraneos iudiciorum anfractus, vel mandata forenſia perſonæ diuinis intentæ miniſterijs infeſtari, ſeu turbari ac inquietari contingat. Volumus, & eadem vobis, & veſtrum cuilibet auctoritate concedimus, vt ſi aliquando accidat quauis auctoritate etiam Apoſtolica vobis, vel alicui veſtrum, cauſam aliquam ſpiritualem, eccleſiaſticam, vel ſecularem, ſeu prophanam cognoſcendam, vel exequendam, aut mandatum aliquod exequendum iniungi, vel etiam viſitationis

of-

officium Eccleſiæ, vel pij loci committi, vt ab huiuſmodi iniunctis oneribus, vos abſque inobedientiæ labe vel nota liberè excuſare, & exonerare poſſitis, quando vobis videbitur opportunum. Prætcrea cum defectum natalium patientibus Clericis & perſonis dictæ Congregationis veſtræ vt ad omnes etiam ſacros Ordines promoueri, & quæcunque per Canonicos dictæ Congregationis gubernari ſolita, etiamſi Prioratus, ſeu Præpoſituræ, vel Rectoriæ, aut officia ſe inuicem compatientia fuerint, dummodo alias ad ea canonicè aſſumantur, retinere liberè, & licitè valeant; Pictauen. Concilij, & quibusvis alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis ceteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, miſericorditer diſpenſamus. Inſuper vt quæcunque poſſeſſiones & bona minus vobis & Eccleſijs ſeu locis veſtris vtilia perſonis, cum quibus Eccleſiarum vel locorum huiuſmodi conditionem poſſitis efficere meliorem, in emphyteuſim perpetuam concedere; necnon pro alijs vtilioribus commutare, ac etiam vendere & alienare, dum tamen precium quod exinde proueniat pro alijs poſſeßionibus, & bonis magis vtilibus, aut in reparationem bonorum, & poſſeſſionum dictæ Congregationis deterioratorum, ſeu alias in euidentem vtilitatem huiuſmodi Eccleſiarum veſtrarum Rectoris & Capituli Eccleſiæ, cuius bona, ſic vt præmittitur alienari contingat, accedente conſenſu, conuertere, & exponere poſſitis auctoritate prædicta licentiam elargimur. Cæterum pro ſerenan-

nandis quorumlibet conſcientijs, volumus vt quotiens alicui, ſeu aliquibus, ſi dubitationis aut ſcrupuli aliquid emerſerit, ordinationi, & diſpoſitioni Rectoris, ſeu Prioris, vel Præpoſiti, qui pro tempore fuerit in Eccleſijs vel locis huiuſmodi ſtare, & ſecundum ipſius declarationem, & voluntatem vos confirmare debeatis, volentes, & eadem auctoritate concedentes, quod omnes & ſinguli, qui de dicta Congregatione ſunt, & erunt, vt præfertur omnibus & ſingulis priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus Ordini, & Congregationi veſtris generaliter conceſſis, aut in poſterum concedendis vti valeant pariter & gaudere. Quodque ſi huiuſmodi priuilegijs per vos aut aliquem veſtrum hactenus contrauentum fuerit vel in futurum contraueniri contingat, ipſa nihilominus in ſuo pleno robore permanere debeant, & illibata conſeruentur, ac ſi ſemper illæſa permanſiſſent, dummodo per ſpacium decem annorum continuè dictis Priuilegijs per contrarium vſum non fuerit derogatum; caſibus tamen in quibus Priuilegia niſi per legitimam perſcriptionem contraueniendo perduntur ſemper ſaluis; Non obſtantibus felicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & alijs conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat

hanc

hanc paginam noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contrauenire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, XIV. Cal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno decimo. A. de Florentia.

Gratis de mandato D.N. Papæ.

Ia. de Viterbio.

Anno exacto, D. Iulianus ad onus Rectoris Generalis redijt die XII menſis Maij An. MCCCCXLI: electi ad aliorum locorum adminiſtrationem, S. Ioannis Decollati D. Nicolaus Superantius Venetus, S. Iacobi Montiſilicis D. Bandinus de Scapis. S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Iacobellus Venetus, S. Angeli Veronæ D. Marcus Cuppus abſens, S. Petri Brixiæ confirmatus qui tunc præerat D. Lucas de Eſte. S. Gregorij propè Bononiam D. Gerardus Mutinenſis. D. Mariæ de Sturla Genuenſis Diœceſis Rector D. Ioannes Placentinus confirmatur. Hoc tempore Archipresbyteratus S. Petri Veronæ ab Eugenio Quarto die XVIII Martij conceſſus, nobis cedit. Huius delubrum pervetuſtum, ſeruato adhuc S. Petri nomine, Epiſcoporum Veronenſium, aliorumque quos nobilitauit ſanctitatis fama decoratum reliquijs in vertice collis, quem à Sereniſſima Republica Vene-

Mccccxli.

S. Petri Veronæ Archipresbyteratus Canonicis noſtris conceſſus.

ta Arx extructa ambit, hodie militibus patet; quibus cœnobij S. Angeli vicini Canonici ſacra faciunt: Vnde eiuſdem cœnobij Rector Archipresbyteratus ſancti Petri titulo gaudet; redditibus nobis adhuc integris: Ne verò cum veteri loci dignitate vileſcat beneficij amplitudo; en luculentiſſimum eius teſtimonium.

Eugen. IV. Diploma pro S. Petri loco. XV.

EVGENIVS PAPA QVARTVS. *Pia conſideratione Romanum decet Pontificem Eccleſiarum quarumlibet vt in eis iugiter collaudetur & benedicatur Altiſſimus indemnitati votiuè conſulere, ac eis fauorem & gratiam Apoſtolicos fauorabiliter impartire. Cum itaque ſicut accepimus facultates & redditus menſæ capitularis Eccleſiæ S. Angeli in monte Veronæ pro Canonicorum & perſonarum eiuſdem in communi ſecundum ritum & conſuetudinem Congregationis, ſeu Collegij S. Georgij in Alega viuentium ſuſtentatione ac incumbentium eidem Eccleſiæ onerum ſupportatione ſatis tenues ſint & exiles: & ſi parochialis Eccleſia S. Petri in Caſtello montis Veronæ propinqua eidem Eccleſiæ S. Angeli adiactum baliſtæ cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis dictæ menſæ in perpetuum incorporaretur, vniretur, & annecteretur non parum exinde dictæ Eccleſiæ S. Angeli ac Canonicis & perſonis prædictis ſuccederet releuamen. Nos itaque Eccleſiæ S. Angeli ac Canonicorum & perſonarum prædictorum ſtatui prouidere cupientes motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantia, dictam parochia-*

lem

lem Eccleſiam S. Petri quæ habitu non actu curata exiſtit, niſi forte Caſtellani illius Caſtri & ſociorum ſuorum, cuius octoginta cum omnibus iuribus & pertinentijs ſupradictis menſæ, ſiue Eccleſiæ S. Angeli præfatæ, cuius centum & octoginta florenorum auri de camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, vt etiam accepimus, non excedunt; in perpetuum Apoſtolica auctoritate incorporamus, annectimus, & unimus. Ita quod cedente vel decedente moderno dictæ parochialis Eccleſiæ Rectore, ſeu illam quomodolibet dimittere liceat, Canonicis & perſonis prædictis corporalem parochialis Eccleſiæ S. Petri, iuriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propria apprehendere neceſſario illius fructus, redditus & prouentus in ſuos & dictarum Eccleſiarum vſus conuertere pariter ac retinere Diœceſani loci, & cuiusvis alterius licentia minime requiſita. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis etiam de commiſſionibus ad partes faciendas deſuper ac dictæ Eccleſiæ S. Angeli iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi ſpeciales, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum eius literis impetrauit etiam ſi per eas ad inhibitionem & decretum, vel alias quomodo-

libet

libet ſit proceſſum, quas quidem literas ac proceſſus habitos per eoſdem, & quæcumque inde ſecuta quo ad dictam parochialem Eccleſiam volumus non extendi, & quibuſlibet alijs indulgentijs, priuilegijs, ac literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem quod ſi & poſt quam vnionem, annexionem, ac incorporationem prædictas effectum ſortiri contigerit, Canonici & perſonæ prædictæ Eccleſiæ S. Angeli huiuſmodi pro tempore exiſtentes in diuinis deſeruiri prout conſuetum eſt faciant. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo, decimo ſeptimo Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Blondus.

Lu-

Ludouicus Barbus poſtquam ſex annos Epiſcopatum Taruiſinum tenuiſſet, Venetias hoc anno febri correptus, dum extremum ſibi diem inſtare cognoſceret, in monaſterium S. Georgij Maioris ſeceßit, vt inter filiorum amplexus decederet, noſtros officij cauſa accedentes quantum per vires licuit comiter excepit, iamque veteri neceßitudine iunctos vix dimiſerat, cum ſuſceptis ſacris miniſterijs, ſummo ſuorum Caßinienſium et noſtrorum luctu diem conſtanti ſanctimoniæ fama obiret. Patauium delatus in exedra D. Iuſtinæ prolixo quod meruit elogio conditus eſt. Lud. Barbi obitus.

Huius temporis in membrana archiui noſtri reperitur auctoritas Eugenij Quarti, quam criminibus cuiuſdam expiandis noſtrum cuidam conceßit, cuius in fine Abſolutionis forma legitur.

Aſſeruantur hic etiam literæ Synodi Baſilienſis Anno MCCCCXXXV *ad* EVGENIVM *Quartum in gratiam Archiepiſcopi Magdeburgenſis contra ciues Magdeburgenſes ſcriptæ: quibus ea intercedit, ne ipſis faueat, quandoquidem ob varia damna Archiepiſcopo illata iam aduerſas plurimorum ſententias habuiſſent. Sunt quoque* EVGENII *literæ ad Imperatorem* SIGISMVNDVM *An.* MCCCCXXXVII. IV *Id. Decembris Bononia miſſæ, quibus reſpondetur ijs, quas Oratori ſuo Ioanni Epiſcopo Signenſi commiſerat.* EVGENII *verò ſi quæ fuerunt apud noſtros alia, minori quàm par cura poſteris conſeruaſſe credo rebus diuinis quam gloriæ ſtudio addictiores, qui* ſtu-

fluctuante fortuna Pontificis bene meriti partibus ingenti ſtudio adhæſere.

Alia inſuper Indulta hoc tempore idem Pontifex conceßit petentibus Patribus hiſce tabellis.

Eugen. IV. gratiarum ſignaturæ. BEATISSIME PATER *dignetur Sanctitas Veſtra deuotis filijs, necnon continuis oratoribus veſtris Canonicis ac Clericis Collegiatis Congregationis veſtræ commorantibus in monaſterio S. Georgij in Alega Diœceſis Caſtellanæ. S. Io. Decollati S. Iacobi de Monteſilice. S. Auguſtini de extra Vicentiam Diœceſis Vicentinæ. SS. Firmi & Ruſtici de Leonico eiuſdem Diœceſis. S. Angeli de monte Veronæ. Sancti Georgij dictæ Diœceſis; necnon S. Gregorij de prope Bononia ipſius Diœceſis, vel in quocunque loco habitauerint, vel fuerint in diuino ſeruitio deputati à Congregatione eorum prædicta tam præſentibus, quàm futuris, tam Clericis, quàm Laicis, necnon famulis pro amore Dei in eorum locis ſeruientibus de gratia, & miſericordia ſpeciali plenariam Indulgentiam in mortis articulo concedere dignemini illis tantum, qui in eadem Congregatione perſeuerauerint in diuino famulatu vſque in finem vitæ ſuæ.* Conceſſit Dominus noſter vt petitur.

Dignetur SANCTITAS VESTRA *ſupradictæ Congregationi, vt Rector eius maior qui præſens eſt, & qui pro futuro tempore fuerit, auctoritatem de Apoſtolica benignitate largiri, quatenus intrantes in dicta Congregatione vt Domino liberius & ſecurius*

va-

valeant famulari, ſi aliqua vota habuerint viſitandi ſacra limina Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ, vel S. Iacobi, ſeu vltra mare ſepulcrum Domini, poßint ab ipſo Rectore abſolui dicta vota, commutando prout ſecundum Deum melius videbitur conſcientiæ ſuæ. Et hoc petunt, dummodo dicti tales habentes talia vota perſeuerauerint in dicta Congregatione. Si vero perſeuerare noluerint obligentur tales poſtea complere dicta vota. Conceſſit Dominus noſter vt petitur.

Dignetur SANCTITAS VESTRA *deuotis filijs Congregationis veſtræ S. Georgij vltraſcripti de benignitate paterna concedere quatenus pro conſolatione animarum eorum, & pro omni conſcientiæ ſcrupulo amouendo, ſi caſus affuiſſet quod aliqui eorum, vel forte omnes in caſus incurriſſent Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, vel aliquam excommunicationem maiorem, & irregularitatem poßint extra Romanam Curiam abſolui per ſacerdotem, quem ipſi in confeſſorem ſibi duxerint eligendum.* Conceſſit Dominus noſter vt petitur.

SANCTITAS VESTRA *de paterna ac benigna Sedis Apoſtolicæ pietate largiri dignetur deuotis ac dilectis filijs Congregationis S. Georgij in Alega vltraſcripti, quatenus ſeculares Dei ſpiritu deuoto tacti venientes ad dictam Congregationem, & ingredientes vt diuino ſeruitio Domino valeant famulari, poſſint à Rectore maiori dictæ Congregationis abſolui ab*

omnibus irregularitatibus, excommunicationibusque Papalibus; & ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſi quis in vita ſua ſeculari incurriſſet quomodocunque: non obſtantibus Conſtitutionibus in contrarium, vel alijs apparentibus. Conceſſit Dominus noſter vt petitur.

Anno primo ſui Pontificatus.

Beatiſſime Pater. *Cum nonnunquam contingat excommunicatas ſeu interdictas perſonas, ad deuotorũ Sanctitatis Veſtræ Clericorum, Canonicorum S. Georgij in Alga nuncupatorum de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. Eccleſias dum inibi Miſſæ, & alia Diuina officia celebrantur accedere ac ſi dictæ perſonæ de Eccleſijs ipſis expellerentur, vel Clerici prædicti à Diuinis huiuſmodi ceſſarent, poſſet exinde ſcandalum oriri. Supplicatur eadem Sanctitas per præfatos Clericos, quatenus eis in præmiſsis paterno conſulentes affectu, eis, & eorum cuilibet præſentibus et futuris, vt ſi contingat tam in Eccleſijs ſuis huiuſmodi, quam alibi Miſſas, & diuina præfata, & in præſentia excommunicatorum, ſeu interdictarum perſonarum quarumlibet celebrare, & cum perſonis huiuſmodi quomodolibet participare, participatio huiuſmodi ad aliquod peccatum, pœnam, vel notam nullatenus eis, aut alicui eorum imputetur, dummodo non facerent ex contemptu, dum tamen perſonæ prædictæ publicè excommunicatæ non ſint, ſeu interdictæ, denunciatæ, concedere, & indulgere dignemini de gratia ſpe-*

ciali,

ciali, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Fiat vt petitur.

Et quod ſimplex ſignatura ſufficiat abſque eo, quod literæ Apoſtolicæ deſuper conficiantur decernere dignemini de gratia ſpeciali. Fiat.

Datum Florentiæ tertio Non. Nouembris Anno decimo.

Beatissime Pater. *Vt animarum ſaluti deuotorum veſtrorum Rectorum, Priorum, ſeu Præpoſitorum, Canonicorum & aliorum Congregationis S. Georgij in Alga Caſtellan. Diœceſ. nuncupatæ ſalubrius conſulant, & eo promptiores ad Dei ſeruitium ſe exhibere, & perſeuerare diſponant, quo ex beneficentia Sanctitatis Veſtræ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, amplioribus ſpiritualibus donis repererint ſe munitos, humiliter ſupplicatur eidem Sanctitati Veſtræ: quatenus præfatis Rectoribus, Prioribus, Præpoſitis, Canonicis, necnon Clericis, & laicis, qui in dicta Congregatione permanere diſpoſuerint præſentibus & futuris ipſis in obedientia Veſtræ Sanctitatis, ac ſucceſſorum veſtrorum Summorum Pontificum canonicè intrantium, remanentibus, verè pœnitentibus & confeſſis vt ſingulis diebus Stationum almæ Vrbis Septuageſimæ vſque ad octauam Reſurrectionis Dominicæ Altaria Eccleſiarum, in quibus pro tempore eos eſſe contigerit cum Pſalmo Miſerere mei Deus pro quolibet viſitantes, illas Indulgentias conſequantur,*

quæ in ſingulis Eccleſijs dictarum Stationum illas viſitantibus conceſſæ ſunt in omnibus & per omnia ac ſi præfata Stationum loca perſonaliter viſitarent, concedere dignemini de gratia ſpeciali, quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus. Fiat vt petitur. G.

Et quod ſimplex ſignatura ſufficiat ac ſi literæ Apoſtolicæ deſuper conficerentur concedere dignemini de gratia ſpeciali.

Fiat vt petitur. G.

Beatissime Pater. *Supplicatur Sanctitati veſtræ per deuotos filios veſtros Canonicos, ſeu Clericos Congregationis S. Georgij in Alga de Venetijs, quatenus eis pro ſalute animarum, & conſolatione multorum concedere dignemini pro omnibus ſuis locis habitis & habendis, quod Sacerdotes eiuſdem Congregationis audire confeſſiones, & abſoluere, ac diſpenſare valeant in omnibus caſibus Epiſcopis reſeruatis in foro conſcientiæ, necnon conferre Euchariſtiæ Sacramentum venientibus ad illos pro ſua deuotione, & hoc de ſpeciali gratia E. V. S. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.*

Fiat vt petitur. G.

Et quod huiuſmodi ſupplicationis ſimplex ſignatura ſufficiat, ac ſi literæ Apoſtolicæ deſuper conficerentur concedere dignemini de gratia ſpeciali.

Fiat. G.

Datum Florentiæ XVII. Kal. Octobris Anno X.

Qdam

Quam facultatem abſoluendi à caſibus prædictis confirmauit LEO X. *Anno* M.D.XIV. *Die* VII. *Aprilis, vt inferius videbimus.*

Annuum porrò honorem Iuliano inuidit fatum, qui annis grauis menſe Nouembri extremum vitæ diem clauſit. Indicto igitur Collegio die XXV. *memorati menſis Canonici, D. Marcellus Marcellus Venetus, D. Nicolaus de Francia, D. Bonmatthæus Cremonenſis, D. Gregorius Maurocenus, & D. Hieronymus Mudacius Maphæum Contarenum in ipſius locum elegerunt, qui integerrimè ſanctiſſimèque rem geſſit.*

Annua iam inſtabant Comitia, in quibus die XXIII *Aprilis* MCCCCXLII. *poſt Maphæum nominatur Rector Generalis D. Lucas de Eſte: Ad cœnobium S. Ioan. Decollati D. Ambroſius Mediolanenſis. S. Iacobi Montiſilicis D. Philippus de Piſis. ſancti Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Bandinus. S. Angeli Veronæ D. Nicolaus Superantius. S. Gregorij D. Bernardus Mutinenſis. Sancti Petri Oliueti D. Marcus Cuppus. S. Mariæ Annunciatæ de Sturla D. Paſqualinus Taruiſinus: Huius Eccleſiæ Canonicis Sum. Pontifex vt opem ferret, cœnobium ſancti Ioannis de Pauarano Ordinis S. Auguſtini* XV. *Calendas Octobris conceſſit. Item hoc tempore ſingularis in Rectores noſtros conſpicua fuit* EVGENII *Pont. Max. liberalitas, qui* VII *Idus Iunij* MCCCCXLII *ſua ſponte, vel vt dicunt, motu proprio, & è certa* Mccccxlii

ſcien-

ſcientia, Priuilegio ampliſſimo omnes Canonicos noſtros, necnon Eccleſias, domus, loca, ac etiam poſſeſſiones, res, cenſus, iura, atque bona alia, ad Canonicos, ad Eccleſias, atque loca nunc & in poſterum ſpectantia; quoſcunque etiam colonos, ceteroſque cenſum ſoluentes eorumque curatores ab omnibus vectigalibus, grauaminibus, ſubſidijs, eleemoſynis, ac decimis, alijs oneribus, & cuiuſcunque generis exactionibus à Sede Apoſtolica, vel eius Legato, vel à locorum ordinarijs, ſeu ab eorum clericis, alijsue inſtitutis, aut in poſterum inſtituendis, ſpeciali gratia perpetuò eximit & liberat; addita hac cautione, huiuſmodi Priuilegio non poſſe derogari, etiam à Sede Apoſtolica, niſi omnium, quæ in eo continentur ſpecialis ad verbum fuerit expreſſa mentio. Iubet tandem omnes & ſingulos Ciuitatum, Caſtrorum, atque locorum quorumvis Dominos, Communitates, Præfectos, cuiuſcunque gradus & conditionis ij fuerint, ne vnquam contrarium tentent; ſecus qui fecerint nec monito intra triduum paruerint, ab omni fidelium conſortio excludendos, nec ſine Summi Pontificis auctoritate in Eccleſiæ ſinum recipi poſſe.

Eugen. IV. ampliſs. Priuil. XVI à Decimis, & ab omnibus oneribus, & grauamine liberat.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Ad futuram rei memoriam. Quamquam ex debito Summi Pontificatus officij nobis ex alto commiſſi circa Eccleſiarum, ac Eccleſiaſticorum locorum & perſonarum omnium commoda, & vtilitates nos deceat intentos exiſtere; Illas tamen ex eiuſdem perſonis, quæ*

piæ

pię & caſtę vitę ſtudio intendentes, mundanis abiectis illecebris, in humilitatis ſpiritu deuotum & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, tanto propenſioribus fauoribus proſequimur; quanto ipſarum perſonarum vita laudabili, atque moribus debitè compenſatis id conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut nobis innotuit, Dilecti filij Canonici de Collegio, ſiue Congregatione S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellanenſis Diœceſis, à multis citra temporibus plures Eccleſias, atque loca Eccleſiaſtica in diuerſis Ciuitatibus, terris, atque locis partium Italiæ conſiſtentia, in quibus etiam piè & caſtè, & in communi degentes, Miſſasque & alias horas Canonicas nocturnas, atque diurnas, diebus ſingulis celebrantes, interim permanſerunt, prout etiam in copioſo numero præſentialiter permanent, in ſpiritualibus, & temporalibus, ad laudem & gratiam Diuini nominis, ſacrique cultus, et populorum deuotionis augmentum multipliciter reformauerint, ac propterea, necnon ex eorum multiplicatis virtutibus plurimi fructus, etiam ad ſalutem animarum plurium fidelium partium earundem hactenus prouenerint, & quotidie prouenirent, & alias ipſi omnibus & ſingulis Deo deuotis perſonis ad eorum Eccleſias atque loca prædicta, de alienis partibus, ſeu locis pro tempore applicantibus hoſpitio ſuſcipere, eiſque humanitatis officia etiam in victui neceſſarijs exhibere conſueuerunt; & ad id iuxta eorum ſtatuta ſpecialiter intenti exiſtant, ac ad

hoc,

hoc, necnon ad alia; eis, & ipſorum Eccleſijs, atque locis prædictis; quæ vnum corpus exiſtant pro tempore incumbentia expenſarum, onera Eccleſiarum, atque locorum huiuſmodi vix ſupperant, & quandoque non ſufficiant facultates. Nos præmiſſa debitè compenſantes, & attendentes quod præfati Canonici in vita continentia, & ſanctimonia alijſque pluribus, & diuerſis virtutibus, ac fructuoſis operibus in dies multiplicant, & fidelibus partium, in quibus pro tempore moram trahunt, caſtitatis, humilitatis, atque multiplicis virtutis exemplum fore noſcuntur; nec non propterea eis, et ſtatui ipſorum, ne ab facultatum carentiam minuantur, ſed vt ſublatis ab ipſis diſpendijs alijſque extraordinarijs oneribus quibuſlibet in numero operibus, & virtutibus ſupradictis augeantur; quantum cum Deo poſſumus prouidere volentes. Motu proprio non ad dictorum Canonicorum, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, Vniuerſis Canonicis de Collegio, ſiue Congregatione huiuſmodi, qui nunc ſunt, & de cetero perpetuis futuris temporibus erunt; necnon eorum Eccleſias, domus, atque loca præſentia & futura, ac etiam poſſeſſiones, domus, res, cenſus, iura atque bona ad Canonicos, & ipſorum Eccleſias, atque loca prædicta nunc & in poſterum ſpectantia, omnia & ſingula vbicunque conſiſtentia; quorum qualitates, quantitates, loca, vocabula, confines, ac fructuum, redditunm, & prouentuum an-

nuos, aliosque eorumdem veros valores præſentibus haberi volumus pro expreſsis, necnon quoſcunque colonos, & laboratores ſuper poſſeſsionibus, & bonis ipſis pro tempore commorantes, ceteroſque quo ad hec ipſorum Canonicorum præſentium, & futurorum procuratores, negotiorum geſtores, affictuarios, & penſionarios, in quantum Eccleſias, domus, loca, res, cenſus, iura, atque bona contingunt, ab omnibus & ſingulis Datijs, Impoſitionibus, ſubſidijs etiam caritatiuis, ac Decimis, alijsque oneribus, contributionibus, & exactionibus, quibuſcunque nominibus nuncupentur, per nos vel Sedem Apoſtolicam, aut Legatorum eius, ſeu noſtra vel dictæ Sedis auctoritate, aut per locorum Ordinarios, ſeu eorum Cleros, vel eorum aliquem, ſeu aliquos; aut alias quomodolibet, ex quibuſvis cauſis etiam legitimis, & rationabilibus impoſitis hactenus, & impoſterum imponendis, ac ab illorum, & cuiuſlibet ipſorum perſolutionibus auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ perpetuo eximimus; & totaliter liberamus, & prorſus, & omnino libera, & exempta perpetuo eſſe decernimus & declaramus. Volentes etiam, ac ſcientia & auctoritate prædictis ſtatuentes, & concedentes, quod nulla per nos, vel Sedem Apoſtolicam in genere vel in ſpecie, ſub quibuſuis formis, aut verborum expreſſionibus, necnon decretis irritantibus, & cum quibuſcunque etiam Clauſularum indiuidualium, & quod illis niſi ſub certa

forma minime derogetur, neque derogatum fuiſſe cenſeatur; vim, & effectum habentium, ac huiuſmodi formæ, ſiue illa ſeruata fuerit, ſiue non prohibitorijs, aut alias effectui præſentium præiudicialibus clauſulis conceſſa hactenus vel impoſterum concedenda literæ, Priuilegia, & Indulta etiam contra exemptas perſonas Eccleſiaſticas, loca atque bona quæcunque ſe extendentia; Quorum omnium tenore ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent huiuſmodi præſentibus etiam haberi volumus pro expreſſis, niſi in illis tenor earumdem præſentium de verbo ad verbum inſertus, ac de nominibus, & cognominibus Eccleſiarum, & locorum prædictorum, ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit exemptioni, & liberationi, necnon decreto, & declarationi noſtris huiuſmodi aliqualiter præiudicare poſſint ſeu debeant. Quinimo huiuſmodi præſentes literæ ac contenta in eiſdem plenariam roboris firmitatem obtineant, ac exemptio, & liberatio noſtræ prædictæ plenariæ & effectualiter obſeruentur perinde in omnibus, & per omnia, ac ſi tunc aliæ literæ, priuilegia, & indulta prædicta nullatenus emanaſſent, quibus ex tunc prout ex nunc quo ad hoc ſpecialiter derogamus, illis alias in ſuo robore permanſuris. Et nihilominus omnibus, & ſingulis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, atque locorum quorumlibet Dominijs, Dominis, Communitatibus, eorumque & alijs quibuſuis officialibus præſentibus & futuris, ceteriſque perſonis tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus cuiuſ-

cun-

cunque gradus, ſtatus, vel conditionis exiſtunt, etiamſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, aut quauis Eccleſiaſtica ſeu mundana dignitate præfulgeant, auctoritate Apoſtolica ſupradicta harum ſerie monemus, mandamus pariter, & inhibemus de cetero, ne vllo vnquam tempore per ſe vel alium, ſeu alios quouis quæſito colore, directè vel indirectè, contra exemptionem, liberationem, decretum, declarationem, ac tenorem præſentium huiuſmodi, in toto vel in parte, aut aliquid venire facere aut attentare audeant, vel præſumant: Alioquin in illos ex eis, qui à die ſibi de præmiſſis factæ notitiæ infra tres dies immediatè ſequentes monitioni, ſeu inhibitioni huiuſmodi pro tempore non paruerint, ex nunc prout ex tunc excommunicationis ſententiam harum ſerie proferimus & promulgamus, à qua à nullo alio præterquam à Romano Pontifice abſolutionis beneficium nequeant obtinere, niſi in mortis articulo conſtituti: Non obſtantibus præmiſſis & conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariјs quibuſcunque, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Dominijs, Dominis, Communitatibus, Officialibus, & perſonis prædictis, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino ho-

minum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, voluntatis, conſtitutionis, declarationis, ſtatuti, conceßionis, & promulgationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Florentiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo VIII. Id. Iunij, Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Blondus.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

P. Sucius.

Ad maiorem verò huius ſententiæ efficaciam Caſtellanenſis, Patauinæ, ac Vincent. Diœceſis Epiſcopos eam promulgare & exequi iubet, implorato etiam Ciuilis Magiſtratus auxilio. Conſtitutioni præterea Bonifacij Octaui, qua nemo niſi in certis caſibus, ijsque in vno tantum conſeſſu, extra ſuas Ciuitates & Diœceſes in iudicium vocari poſſet, omnino derogat.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Venerabilibus Fratribus Caſtellan. Paduanenſis, & Vicentin. Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie emanarunt literæ tenoris vt ſupra. Cupientes igitur vt dictæ litteræ debitum quanto citius ſortiantur effectum, & per illas Canonicis præfa-*

tis

tis ſalubriter prouideatur. Fraternitati Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ipſis Canonicis in præmiſsis efficacis defenſionis auxilio aſsiſtentes, & ad plenariam literarum prædictarum executionem procedentes, illasque vbi & quando expedire videritis auctoritate noſtra ſolemniter publicantes omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, & quacunque ſeculari, vel Eccleſiaſtica, etiamſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel alia dignitate præfulgeant, qui per ſe, vel alium, ſeu alios quouis quæſito colore, directè, vel indirectè contra exemptionem, decretum, declarationem, ac literarum prædictarum tenorem huiuſmodi in toto, vel in parte venire, facere, aut aliquid attentare præſumpſerit, ſeu præſumentibus auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterint, quoties ſuper hoc pro parte dictorum Canonicorũ fueritis requiſiti, in Eccleſijs, & alijs locis de quibus vobis videbitur, tandiu excommunicatos publicè nuncietis, & ab alijs nunciari faciatis, ac ab omnibus arctius euitari, donec, & quouſque dicti præſumptores à præſumptione huiuſmodi ceſſauerint, & eiſdem Canonicis pro dicta præſumptione integre ſatisfecerint, facientes, ordinantes, & exequentes omnia alia, & ſingula, quæ in præmiſsis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna. Et inſuper legitimis ſuper his, & etiam in dictis literis

ris

ris contentis ſi expedierit per vos habendis ſeruatis proceßibus eos quoties expedierit aggrauare & reaggrauare curetis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocando ad hoc ſi opus fuerit auxilium brachij ſecularis: Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII prædeceſſoris noſtri, illis præſertim quibus cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem vel Diæceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam Diætam à fine ſuæ Diæceſis ad Iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem vel Diæceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſiue alij vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duabus Diætis in concilio generali editis, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem Sede indultum exiſtat: Quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad Iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem.

Datum vt ſupra, &c. Blondus, &c.

Io: de Steccatis.

S. Georgij in Braida monaſterium. *Eiuſdem menſis nona die Rector Cœnobij S. Georgij in Braida Veronæ electus fuit D. Maphæus Contarenus, quod ampliſſimis redditibus monaſterium Summus Pontifex pridem nobis conceſſerat.*

Ali-

Aliquot iam excurrebant anni, cùm Franciſcus Condulmerius Pontificis Nepos è noſtris D. Maphæum Contarenum cum alijs in hunc locum ad ſacra facienda conduxiſſet. Locus itaque noſtris vt integrè eſſet, Pontifex Nepoti Abbatiam Roſacenſem in Diæceſi Aquileienſi eius loco aſſignat. Locus hic ad ripam fluuij Atheſis in prato Dominico, vel Donico, (quod olim vulgus Beuaria, Breda, vel Prata, hodie Braida appellatur) à D. Valterio Veronæ Præſule conceſſus fuit Anno M X L V *D. Cadalo ſeu Cadalou Parmenſi Epiſcopo, Eccl. Pontifice à Prælatis Lombardiæ Henrico Cæſare procurante electo, filio quondam Ingonij, quondam Guizardi Comitis de Sabulono, vbi is à Pontificia dignitate abdicatus cœnobium extruxit, & ædem de ſuo ampliſſimo patrimonio ditatam Monachis Benedictinis reliquit, vt ſingulis annis ex eorum collegio vnum in Rectorem eligerent; qui ab Epiſcopo Veronenſi poſtea confirmaretur, quem eorumdem Iudicem, & Conſeruatorem ſtatuerat. Hæc omnia piè inſtituta Henricus Imperator Anno* M L I I *rata eſſe voluit. A Benedictinis Cœnobium hoc ad Veſtales virgines tranſijt cui Antiſtita Ricarda anno* M C V I I I *præfuit. Huic ſucceſſit D. Albergarda vſque ad annum* M C X X I I. *Huius verò poſſeſſio poſt variam fortunam cum Dominis mutatam poſt annum* M C C C X C V I I *Carolo q. D. Andreæ de Tomacellis Venetiæ Marchionis conceſſa tandem Pontificis Eugenij IV beneficentia* Carolus de Tomacellis.

ad

S.Georgij in Braida deſcriptio *ad nos peruenit. Vnde maiorum noſtrorum cura iam ædificijs, varijsque picturis ſplendet, nec minimum elegantiſſimæ urbi ornamentum præbet. Templum enim fermè collapſum ſpectabili forma, & inſigni magnificentia denuo conſtruxerunt, opus etiam ingenti labore grauibusque expenſis in eam faciem perductum, vt nunc verè inter ceteras vrbis Veronenſis ſacras ædes facile primas occupet. Ingentis molis ſplendorem in D. Georgij cultum pietas noſtrorum patrum oſtendit, ad vrbis ornatum, quo oculos aduenarum in ſui admirationem rapit. Templi frons mirabili artificio è viuo lapide ſuperioribus annis erecta, D. Nicolao Bruno Veronenſi Rectore ſedulo procurante, qui ſacrarium in ſplendidiorem formam reduxit, argenteis ac precioſis veſtibus ditauit, maiori aræ tabernaculum cum ſtatuis ex candido marmore & rarioribus lapidibus compactum addidit. Templo tabulam donauit, quæ Iacobi Tentoreti pictoris Veneti celeberrimi artificio ſacrum* SERVATORIS *noſtri lauacrum pijs animis repræſentat. Vir ſanè ſplendidus & magnificus, cui cœnobium magnam incrementi ac ornamenti partem debet.*

Vniuerſa porrò baſilica vnico fornice altitudine, & portione concinno ſurgit. Cuius antica parte eminet aureis literis inſcriptio.

NVMINI SANCTO PROPITIATO
DIVI GEORGII
POLLENTIS, POTENTIS, MERENTIS

PIE

PIE, RITE, SOLEMNITER SACRVM, DICATVM ESTO.

Ingredientes teſſulati operis pauimentum varia- tum excipit. Tholus ſublimis patentibus feneſtris vndique lucem ſpargit, quem exiles columnæ am- biunt muſicis concentibus locum præbentes. Sub eo bina, vtrinque organa laudatiſſimorum artificum manu perpolita quatuor columnis candidi marmoris innixa, quibus binæ magnificæ aræ celeberrimorum pi- ctorum Pauli Farinacij & Alexandri Moreti peni- cillo conſpicuæ inſeruntur, quorum alterum choro ad- hæret, alterum in immenſum ſe faſtigium tollit pariter valuis inauratis & depictis, quæ fiſtulas diuerſi mo- dulatus ab aëris iniuria muniunt. Sacellum maius ſeptis e viuo marmore variegatis cum ſtatuis æneis clauditur, vtrinque ornatum picturis artificum cla- riſsimorum. Ara magnifico columnarum ordine ex- tructa manu Paulini Veronenſis magni nominis picto- ris Martyrium D. Georgij ad viuum exhibet: paui- mentum cruſtis marmoreis tegitur. Reliquam ædis partem vtrinque exornant quatuor ſacella cum aris, quarum exterior facies columnis è porphorite Vero- nenſi enitet, earumque capitula diuerſas ſtatuas ſu- ſtinent. Neque quicquam eſt quod accedentes non in- uitet ac recreet. Cui iungitur animarum cura, quam è noſtris Canonicus magna populi conſolatione exercet.

Nec inferioris conditionis templo adiacet Cœno- bium ampliſſimum, & ambulacris, viridarijs, hor-

tis, fontibusque vberrimis illuſtre in ripa Atheſis ſitum, longo ædium magnificentiſſimarum proſpectu. Numeroſa Canonicorum familia hic alitur, è quibus Clericorum magiſtri, & cantores. Rector Comitis, & Abbatis titulo inſignitus Iuriſdictionem ciuilem in Caſtro Horti perpetuam, in viciniores montes Sinos & Salinos triennalem diuiſo cum alijs munere exercet, vbi ampliſſima prata armentis ac pecudibus paſcendis æſtiua præbent. Accedunt ampli redditus ex Villa Sabloni, quæ tota cum Eccleſia Parochiali in Patrum tutelam venit. Prædium hoc diuerſorijs ac ſtabulis capaciſſimum eſt. Nec minores prouentus ex Horti Caſtro, Treuenzolo, vbique vicinis Montorij, & Soriana ſeceſſibus amœniſſimis. Ex hoc Cœnobio diuerſo tempore varij viri prodierunt, ingenio, ſcientia, & muſica clariſſimi. Rector Abbatis, & Comitis titulo multisque prærogatiuis gaudet. Multa inſuper ſplendida & ſumptuoſa ſunt loci ornamenta, quæ eum inter alia Societatis loca conſpicuum reddunt.

Mcccc xliii *Ea verò integritate Maphæus Contarenus hoc munus tutabatur, vt ſequentis Anni Comitijs die II. Maij* MCCCCXLIII. *quinta vice ipſi Generalis dignitas reddita ſit. Vbi ſimul S. Ioanni Decollato D. Philippus Iacobus Pat. præficitur, S. Iacobo Montiſilicis D. Aloyſius Vincentinus, S. Auguſtino & SS. Firmo & Ruſtico D. Iacomellus Venetus, S. Georgio in Braida Veronæ D. Bandinus de Scapis Ve-*

Venetus, & S. Angelo D. Nicolaus Superantius, S. Gregorio Bononiæ D. Io: Placentinus, S. Petro D. Lucas de Eſte, S. Maria de Sturla D. Nicolaus Cremonenſis.

Hoc anno Summus Pontifex ſexta Iulij Nos ab Annatis vt vocant non ſolutis Cameræ Apoſtolicæ, vt ex literis Galeacij de Mantua Protonotarij locum tenentis Em. Cardinalis Camerarij conſtat. Item amplo diplomate ſub die prima Maij Senis dato. Eugen. IV Priu. XVII pro pere-grinatio-nis votis relaxandis EVGENIVS *Pontifex Max. concedit Rectori Generali facultatem relaxandi vota cuiuſcumque peregrinationis pro conſtructione Eccleſiæ S. Georgij in Alga, & id vſque ad ſummam ducatorum quingentorum. Peculiari inſuper dilectionis argumento Diui Georgij ab Alga Bibliothecam aliquot libris manuſcriptis ornauit Pontifex, eamque poſt per Epiſcopum Feltrenſem Roma Venetias contendentem publici commodi ſtudio aliquam multis eiuſdem generis codicibus adauxit. Adeo optimus Pater ſemper anhelabat, vt continuis fauoribus filios ſuos alliceret, enutriret, atque extolleret.*

Excurrente hoc Anno ſine vlla mutatione notabili, cùm iam immineret tempus diſtribuendis honoribus conſuetum, patribusq. noſtris id maximè curæ eſſet, vt eorum cum primis ratio haberetur, quorum antehac perſpecta eſſet fides ac integritas, Anno MCCCCXLIV MCCCCXLIV *die* IX *Maij Nicolaus Cremonenſis Maphæo ſufficitur; accedentibus in curam S. Io. Decollati D. Maphæo*

 Con-

Contareno, S.Iacobi Montiſilicis D. Philippo Iacobo Patauino, S. Auguſtini, & SS. Firmi & Ruſtici D.Gerardo Mutinenſi; S. Georgij in Braida Veronæ D. Ioanne de Auguſtis, S. Angeli D. Blaſio Bellunenſi, S. Gregorij D. Ioãne Placentino, S. Petri D. Ludouico Vicentino, & S. Mariæ Annunciatæ de Sturla D. Iacobello de Murano.

Cardinalis Corrarij ſenectus.

Maphæi Contareni præfectura nil gratius accidit Cardinali CORRARIO, *qui iam aliquot annis in D. Ioan. Decollati cœnobio pientiſsimus pater cum filijs tranquillè ſenectutem ducebat. Cellulam hic ſibi nihilo alijs ampliorem ſelegerat: communi victu, precibus, ieiunijs, ceteriſq. antiqui inſtituti moribus peculiare nihil præ ſe ferebat. Piorum & doctorum hominum conuerſatione, è vicina vrbe, mirificè recreatus, ijs præcipuè Bibliothecam ſuam rarioribus libris eleganter conſcriptis refertam parere voluit: nec doctrina tantum, ſed conſilijs, ſanctiſsimis monitis omnes iuuare. Mira eius in omnes liberalitas, maximeque in pauperes, & egenos colonos ijs temporibus nuperis bellis exhauſtos. Nec diſpar eius in religioſos ſtudium. Binas enim Abbatias non infimæ ſortis Veronæ & Patauij Benedictinis reddidit, aliaq. loca, quæ Summi Pontificis benignitate accepta ferebat, primis poſſeſſoribus reſtituit. Ita Patauino Cœlo ſoloq. delectatus, et Maphæi ſuauiſsimo conſortio exhilaratus, poſtquam per tot annos vitam ſanctiſsimè Deo conſecraſſet, neque longè abeſſe cognoſceret corporis diſſolutio-*

nem,

nem, quæ ſupererant, facultates diuerſorum religioſorum locis & pauperibus reliquit. Conuocatis autem quorundam cœnobiorum procuratoribus partem ſuæ ſupellectilis referuata ſibi calice & quatuor patinis argenteis his verbis diſtribuit. En portionem fructuum ex veſtris locis accipite, quam diligenti cura vobis ſeruaui. Gratias Deo agite, & pro me orate. Maphæo verò veluti Societatis ſuæ clariſſimo alumno die XII. *Martij eiuſdem anni hæc ſacra veſtimenta pro Eccleſia S. Georgij in Alga conſignauit,* Mccccxliv *quorum ex codice archiui D. Georgij peruetuſto cenſum totidem verbis ad maiorem fidem huc transferimus; & primum, Pluuiale album pulcrum cum capucio. Planetam albam pulcram. Dalmaticam albam. Tunicellam albam cum ſtolis & manipulis. Amictum vnum cum frixio aureo. Cingulum cum perlis laboratum. Camiſum vnum pulcrum. Gremiale vnum album de ſerico. Tobaliam vnam ad cooperiendum altare. Item duas alias tobalias. Item alteram cum armis Domini Cardinalis Corrarij. Duas ampullas argenteas aureatas. Pectorale argenteum cum tribus nodis de perlis. Duos calices magnos pulcros cum duabus patinis. Duæ burſæ corporalium. Plures tobaliæ laboratæ de ſerico. Duo altariola. Item reliquiæ Sanctorum cum vaſis ſuis argenteis. Eodem quoque die viginti ſupra centum manuſcriptos Codices in aſſerculis, aliosque abſque tabellis in membrana conſcriptos, quos longo tempore,*

ma-

magniſq. impenſis parauerat, eodem affectu ipſi tradidit, quibus poſtea teſtamenti executores alios tunxerunt, vt in Bibliotheca ſancti Georgij recente perpetuum aſſeruarentur. Tanti Viri res geſtæ temporum iniuria deperditæ, vna cum eiuſdem lucubrationibus, è quibus præſertim non ſine deſiderio eruditorum eius temporis Hiſtoriam ibi repoſitam, malis artibus, vel noſtrorum incuria cum alijs amiſſam dolemus, maximeque quod tanti Auctoris noſtri memoriā ea iactura exteris non parum obſcurauerit. Nulla tamen dies eam delebit, quem rara virtus ſuperis amicum reddidit: quibus perenni caſtitate vitæ integritatem vſque ad exitum probarit. Ad quorum conſortium tranſlatus paucis poſt menſibus vitam LXXVI *annos inculpatè geſtam beato fine hic præſentibus Patribus clauſit die* XIX *Ianuarij* MCCCCXLV. *Horum primi funus ſolemni pompa debitiſque iuſtis mæſti Venetias proſequutur: vbi ex teſtamento in æde S. Georgij in Alga Venetorū nobilium ciuiumq. expoſitum, communi ordinū luctu non ſine ſanctitatis opinione ſub candido marmore hoc breui titulo conditur.*

Bibliotheca S. Georgij.

Corrarij Cardinalis obitus. Mccccxlv.

S. PIISSIMI PATRIS DOMINI ANTONII CORRARIO BEATÆ MEMORIÆ EPISCOPI OSTIENSIS CARDINALIS BONONIENSIS FVNDATORIS HVIVS CONGREGATIONIS QVI OBIIT ANNO A NATIVITATE DOMINI MCCCCXLV DIE XIX IANVARII ORATE PRO EO SEMPER.

An-

Anno M CCCC XLV *die* XIX *Aprilis D. Bandinus Venetus Generalis appellatur, S. Io. Decollati Præfectus D. Ambroſius de Mediolano; S. Iacobi D. Nicolaus Superantius; S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Petrus Zuchatus de Venetijs; S. Angeli Veronæ D. Stephanus de Venetijs; S. Georgij in Braida D. Paſqualinus de Taruiſio; S. Petri Brixiæ D. Zaninus de Venetijs; S. Gregorij prope Bononiam D. Bartholinus de Vincentia; S. Mariæ de Sturla D. Bonmattheus de Cremona. Poſt die* XXVIII *Octobris conuocatis à Rectore Generali S. Georgij in Alga Canonicis, D. Iacobellus de Murano S. Ioannis de Pauarano prope Genuam Prior deſignatus fuit. Quod cœnobium S. Mariæ Annunciatæ de Sturla adiunctum erat. Annus hic nono Congregationis incremento memorabilis fuit. Eugenius namque Pontifex D. Mariæ in Vantio Patauij cœnobium Nobis adiecit: quod tamen turbata rerum viciſſitudine non niſi ſub Pontificatu Pij II. Anno ſalutis* M CCCC LVIII *die* XIX *Nouembris ad nos tranſijt.* Mcccc xlv.

Iam ætatis & famæ ſatur Mapheus Contarenus quietem ſperabat. Sed recens muneris bene adminiſtrati memoria virum denuò in oneris moleſtiam trahebat. Nimirum Bandino annuum munus reſignante Contarenus ei ſextum in vniuerſale Congregationis regimen Anni M CCCC XLVI *die* XI *Maij ſucceſſit. Priores electi, ſancti Ioan. Decollati D. An-* Mcccc xlvi.

dreas

dreas de Venetijs; ſancti Iacobi D. Iacobus Philippus de Padua; ſancti Auguſtini & SS. Firmi, & Ruſtici D. Gerardus de Mutina; ſancti Angeli Veronæ D. Ioannes de Auguſtis; ſancti Georgij in Braida D. Nicolaus de Cremona; ſancti Petri Olineti Brixiæ D. Bandinus; ſancti Gregorij Bononiæ D. Iacobellus Venetus; ſanctæ Mariæ de Sturla D. Paſqualinus de Taruiſio; ſancti Ioannis de Pauarano prope Genuam D. Bonmatthæus de Cremona.

Maphæi Contareni felicitas. *Contareni autem regimini plurimis Eugenij IV. reſcriptis non parum proſperitatis acceſſit. Congregationi enim Abbatiam S. Petri in monte territorij Brixienſis addidit.*

Eugen. IV. pro S. Petri loco Diploma XVIII. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *ad perpetuam rei memoriam. Ad ea per quæ Eccleſiarum & vt illis diuinis laudibus, ac ſtudio piè, & religioſè vitæ deditarum perſonarum quarumlibet commodo, & vtilitati conſulitur, ac opportunitatibus ſubuenitur libenter intendimus, & illi quantum cum Deo poſſumus fauorem beneuolum impertimur. Cum itaque ſicut accepimus fructus, redditus, et prouentus Eccleſiæ ſancti Petri in Olineto Brixien. Congregationis ſancti Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diæceſis adeo tenues ſint, & exiles, quod ex eis dilecti filij Rector, & Canonici ipſius Eccleſiæ ſe ſuſtentare, & dictam Eccleſiam illiusque domos, quæ in ſuis ſtructuris, & ædificijs reparatione plurimum indigere noſcuntur, reparare aliaque ſibi die-*

tim

tim incumbentia onera ſupportare commodè non poſſunt, & ſicut etiam accepimus Monaſterium S. Petri in Monte ordinis S. Benedicti Brixien. Diæc. quod Monachis caret, & diruptum exiſtit, Abbatis ſolatio deſtitutum ſit, nos qui ad prædictos, & quoſcumq; alios præfatæ Congregationis Canonicos propter eorum laudabilem famam, & virtuoſa exercitia apud Deum quibus vbique laudabiliter commendantur, & quorum bonus odor in agro Domini multipliciter ad laudem Domini eſt diffuſus, ſingularem gerimus dilectionis affectum ſuper his Rectore, & Canonicis prædictis de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere; necnon verum dicti Monaſterij vacationis modum, etiam ſi ex illo Monaſteriũ ipſum diſpoſitione Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter reſeruatum ſit præſentibus pro expreſſo habere volentes motu proprio, non ad ipſorum Rectoris, & Canonicorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mera liberalitate, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore præſentium, ex nunc in dicto Monaſterio præfatum Ordinem, necnon Abbatialem dignitatem ſupprimimus penitus, & extinguimus illudq. cuius Ducentorum, & Quinquaginta ſuper quibus dudum annua penſio Quinquaginta dilecto filio Petro Barbo de Venetijs presbytero dictæ Caſtellanæ Diæceſis ſub certis modo, & forma, auctoritate præfata, reſeruata extitit quouis modo aut ex cuiuſcunque perſona prædictum Monaſterium

 va-

vacet, etiamſi ex quauis cauſa eius diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam ſpecialiter, vel generaliter pertineat cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis præfatæ Eccleſiæ cuius trecentorum florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum vt ſimiliter accepimus non excedunt; perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus: ita quod ex nunc liceat Rectori, & Canonicis Eccleſiæ prædictæ per ſe, vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem Monaſterij iuriumque & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere: necnon illius fructus, redditus, & prouentus huiuſmodi in ſuos, ac dictæ Eccleſiæ vſus, & vtilitatem conuertere Diœceſana loci, & cuiuſcunque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ Monaſterij, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: Prouiſo quod Eccleſia dicti Monaſterij ad propriamos vſus vel vt hæreditas nullatenus

Ll con-

conuertatur, ac illi quandoque deſeruiatur in diuinis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, vnionis, annexionis, & incorporationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, quinto Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo.

B. Roucrella.

Plurima quoque Pontifex optimus incommoda & detrimenta à noſtro cœtu auertit, quæ Prioribus infra annum fato abreptis exſurgebant, dum ſuffragia ad tempus Comitiorum protraherentur. Idque ſponte, ſeu vt dicunt, motu proprio, *liberam Rectores eligendi facultatem permittens, quam Rectori etiam Generali & Canonicis inſtituit in conſtituendis Rectoribus cœnobiorum, ſi quæ nouiter qualicunque ratione accederent.* Rectorum electio.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *Ad futuram rei memoriam. Apoſtolicæ nobis iniunctæ deſuper ſeruitutis officium, mentem noſtram excitat, & inducit, vt ea quæ pro Eccleſiaſticarum* Eugen. IV. Priuil. XIX.

præſertim ſtudio piæ vitæ vacantium, ac die noctuq. diuinis laudibus inſiſtentium perſonarum quarumlibet, illarumq. Monaſteriorum, Eccleſiarum, & aliorum locorum, ſtatu ſalubriter dirigendo profutura conſpicimus, & per quæ ab eis omnis diſpendij materia auferatur operoſis ſtudijs intendamus. Cum itaque ſicut nonnullorum fide digna relatione percepimus, plerunque contingat, Priores, Præpoſitos, Rectores, tam S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. quam aliorum Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & Eccleſiarum, ad dilectos filios vniuerſos Canonicos Congregationis Canonicorum S. Georgij in Alga de Venetijs nuncupatos ſpectantium, inter per eos pro tempore celebratum, & celebrandum capitula Generalia decedere, ſeu eorum Prioratus, Præpoſituras, vel Rectorias, alias quomodolibet dimittere, & cum iuxta mores, inſtituta, conſuetudines, & Priuilegia eis deſuper ab Apoſtolica Sede conceſſa, ipſiq. Canonici ſingulis annis ſemel tantum certis anni temporibus Generale Capitulum celebrare ac in dicto Capitulo Priores, Præpoſitos, & Rectores ad Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, & Eccleſias huiuſmodi, quæ iuxta ritus, mores, inſtituta, & priuilegia antedicta per annum dumtaxat teneri poſſunt, eligere & deputare conſueuerint ac debeant, eſſetque difficile pro vnaquaque electione, ſeu deputatione cuiuſlibet, & Prioribus, Præpoſitis, & Rectoribus prædictis occurrente illorum vacatione, Gene-

rale

rale Capitulum congregare, & ſi illorum electio, ſeu deputatio vſque ad futurum tunc celebrandum Capitulum protraheretur, poſſent ex eorum prolixa vacatione Monaſteria, Prioratus, Præpoſituræ, & Eccleſiæ ſic vacantia grauia in ſpiritualibus, & temporalibus ſubire detrimenta. Nos ſuper his Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & Eccleſiarum, necnon Canonicorum prædictorum indemnitatibus ſalubriter prouidere volentes, Motu proprio non ad ipſorum Canonicorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam: ſed ex noſtra certa ſcientia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus, quotieſcunq; prædictum Monaſterium S. Georgij, tunc Canonici in ipſo Monaſterio S. Georgij commorantes quoties verò alia Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, & Eccleſias prædicta per ceſſus, deceſſus, vel alias quaſvis dimiſſiones Priorum, Præpoſitorum, vel Rectorum illorum inter pro tempore celebratum & celebrandum Capitula huiuſmodi vacare, aut ipſis vniuerſis Canonicis aliquod, aliquem, vel aliquam Monaſterium, Prioratum, Præpoſituram, ſeu Eccleſiam per eos perpetuò tenendum, regendum & gubernandum, ſeu tenendam, regendam, & gubernandam de nouo concedi contigerit, Tunc Prior Monaſterij S. Georgij prædicti, & in ipſo Monaſterio S. Georgij commorantes Canonici prædicti ad Monaſterium Prioratus, Præ-

poſi-

poſituras, & Eccleſias ſic vacantia, vel vacantes, aut tunc de nouo conceſſos, ſeu conceſſa, Priores, Præpoſitos, & Rectores, quorum officia dumtaxat vſque ad futurum celebrandum Capitulum durent, eligere & deputare poſsint: Volumus tamen quod occurrentibus vacationibus antedictis Canonici in Monaſterio S. Georgij commorantes prædicti, alios Canonicos in Prioratibus, Præpoſituris, & Eccleſijs eis vicinis ad electiones, ſeu deputationes huiuſmodi, ſi eis viſum fuerit vacare; necnon Canonici in alijs Monaſterijs, Prioratibus, Præpoſituris, & Eccleſijs vacantibus prædictis, Priores, Præpoſitos, & Rectores, quorum officia durent vſque ad futurum proxime Capitulum ſi per Priorem Monaſterij S. Georgij, & in illo commorantes Canonicos, confirmari contigerit: Alioquin donec & quouſque ipſe Prior Monaſterij Sancti Georgij & commorantes Canonici ad illa alios Priores, Præpoſitos, & Rectores duxerint eligendos, ſeu deputandos, eligere ſeu deputare poſſint libere & licitè alicuius deſuper licentia nullatenus requiſita: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & priuilegijs præfatis Canonicis conceſſis, quæ alias in ſuo robore volumus permanere, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Congregationis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis poteſtate alia roboratis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, & volun-

lun-

luntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo ſexto XVII Kal. Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo.

B. Rouella.

Gratis de mandato D.N. Papæ.

P. Sucius.

Summi Eugenij Patris muneribus Congregationis iam aucta indies fortuna extolli videbatur. Patres ſanctimonia ac humilitate eminentes, parſimonia, ſolerti agrorum cultura, arborum inſitione prædia extendere, & Cœnobiorum prouentus ex annonæ vbertate augere, nec tantum fines ampliare, verùm ſua etiam Iura tueri tentabant. Hinc inuidiæ fomes paulatim potentiores in eos ſuſcitauit, vt neque veritus fuerit Epiſcopus Patauinus vnà cum Clero illi apertè obſiſtere, neglectiſque Priuilegijs prædia noſtra ad æſtimium vocare. Patres Pontifici ſupplices facti Clericorum Patauinorum conatus elidunt, impetrata huius Anni die prima Februarij, hac immunitate.

Canonicorum felicitas alias inuiſa.

Eugen. IV. Dipl. XX. aduerſus Epiſcopũ Patauinũ pro noſtrorũ immunitate.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *ad futuram rei memoriam. Circa Monaſteriorum, & Eccleſiarum quorumlibet, necnon perſonarum in-*

il-

illis diuinis laudibus, ac ſtudio piæ & religioſæ vitæ dedicatarum, ſtatum iuxta paſtoralis officij debitum ſolicitè vigilantes in ijs xis libenter aſſiſtimus, per quæ illorum occurratur diſpendijs, & commoditatibus conſulatur. Cum itaque ſicut nuper ad noſtrum peruenit auditum, licet quadraginta annis & vltra iam decurſis, & à tempore, quo Monaſterium, ſeu Prioratus S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtell. Diœceſ. nonnullis Clericis Secularibus Canonicis *nuncupatis, per eos tenendum, regendum, & gubernandum, ſub certis modo & forma, auctoritate Apoſtolica conceſſum fuit Epiſcopo Paduanenſi, qui interim extiterunt, Priores & Canonicos eiuſdem monaſterij ſeu Prioratus, qui etiam interim fuerunt ad ſolutionem, præſtationem, ſeu contributionem collectarum, taliarum, vel aliorum quorumcunque onerum ordinariorum, ſeu extraordinariorum dicta Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate quomodolibet impoſterum ratione poſſeſſionum, & aliorum bonorum quorumcunque in Diœceſ. Paduan. conſiſtentium, & ad dictum monaſterium pertinentium, cogere, ſeu compellere, aut ſuper illis occaſione illorum quomodolibet moleſtare non conſueuerint; Noſque dudum per alias noſtras literas inter cetera Priorem, Canonicos, & monaſterium prædicta illorumque poſſeſſiones, domos, res, cenſus, Iura, atque bona vbicunque conſiſtentia ab omnibus, & ſingulis Datijs, Impoſitionibus, ſubſidijs etiam charitatiuis, alijſque oneribus,*

ribus, et exactionibus, ac contributionibus, quibuſcunque nominibus nuncupentur, per nos, uel Sedem Apoſtolicam, ſeu noſtra, vel dictæ Sedis auctoritate, aut per locorum Ordinarios, ſeu eorum Cleros, vel ipſorum aliquem, ſeu aliquos, aut alias quomodolibet, ex quibuſuis cauſis, etiam legitimis, & rationabilibus impoſitis, eatenus & in antea imponendis, necnon ab illorum, & cuiuſlibet ipſorum perſolutionibus perpetuo eximerimus, & totaliter liberauerimus, prout in eiſdem literis: Quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro expreſſo plenius continetur: Tamen nuper Venerabilis Frater noſter Petrus Epiſcopus Paduanenſis, ſeu nonnulli Clerici, & Laici partium earumdem præmiſſa minus debitè conſiderantes eoſdem Priorem, & Canonicum, ſeu illorum procuratorem, vel Syndicum ad dandum, ſeu conſignandum in ſcriptis inter alia nomina, & cognomina poſſeſſionum, terrarum, & bonorum in præfata Diæceſi conſiſtentium, & ad monaſterium, ſiue Prioratum huiuſmodi pertinentium nonnullis perſonis electis, ſeu deputatis ad videndum, & reformandum æſtima Cleri Ciuitatis Paduanenſis, & prædictæ Diæceſ. ſeu alijs perſonis tunc expreſſis monere, ſeu alias cogere præſumpſerunt, & vt veriſimiliter creditur niſi deſuper oportunè prouideatur, etiam in poſterum præſumant in non modicum eorumdem monaſterij, Prioris, & Canonicorum præiudicium atque damnum: Pro parte ipſorum Prioris, & Canonico-

rum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper ijs oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſuper ijs Monaſterij, ſeu Prioratus, Prioris, & Canonicorum prædictorum indemnitatibus ſalubriter prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia hoc perpetuo & irrefragabili prohibitionis edicto diſtrictius inhibemus dicto Petro, & ſucceſſoribus eius Epiſcopis Paduanen. qui pro tempore erunt, & omnibus, & ſingulis alijs Eccleſiaſticis, ſecularibus, & ordinum quorumcunque regularibus perſonis cuiuſcunque ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint; & quacunque Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præfulgeant, ne præfatos, & qui pro tempore erunt Priores, & Canonicos monaſterij, ſeu Prioratus huiuſmodi occaſione, vel cauſa directè vel indirectè per ſe, vel per alium, ſeu alios quomodolibet ad ſolutionem, præſtationem, & contributionem datiorum, collectarum, impoſitionum, ſubſidiorum, & onerum prædictorum, ſeu ad conſignandum nomina, & cognomina poſſeſſionum, terrarum, & bonorum huiuſmodi eis, vel ad reformandum, ſeu faciendum æſtima huiuſmodi deputatis, vel in poſterum deputandis, cogere, ſeu compellere, aut poſſeſſiones, & bona prædicta æſtimare, aut in libris æſtimorum, vel alibi deſcribere, ſeu deſcribi facere, aut alias quomodolibet præmiſſorum occaſione moleſtare præſumant. Nos enim in omnes, & ſingulos, qui poſt octo dies poſtquam præſentes literæ ſibi intimatæ fuerint contra inhibi-

hibitionem huiuſmodi, quouis modo venire præſumpſerint, aut ſi iam venerint, niſi infra dictos octo dies realiter, & cum effectu reſipuerint excommunicationis ſententiam, à qua nonniſi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui poſſint, & quam præſumptores eoſdem lapſis dictis octo diebus incurrere volumus ipſo facto, ſcientia, & auctoritate ſimilibus promulgamus per præſentes. Decernentes ex nunc omnes & ſingulos proceſſus, & excommunicationis, ac ſuſpenſionis, & interdicti, aliasque ſententias, cenſuras, & pœnas, quos, & quas contra Priorem, & Canonicos prædictos haberi & promulgari quicquid contra inhibitionem huiuſmodi ſcienter, vel ignoranter quauis auctoritate attentari contigerit per Epiſcopos præfatos, vel quoſuis alios irrita, & inania nulliusque roboris vel momenti: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque per præmiſſa tamen priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcunque in ſpecie, ſeu genere præfato, ac quibuſuis alijs monaſterijs, Prioratibus, Præpoſituris, Eccleſijs, atque locis Congregationis Canonicorum S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. illorumque perſonis per Sedem prædictam, vel alias quomodolibet conceſſis, quæ omnia & ſingula in ſuo robore volumus permanere non intendimus in aliquo præiudicium generari. Præterea, vt omnis, per quam effectus præſentium

impediri, ſeu retardari quomodolibet poſſet, tollatur materia, effectum huiuſmodi prætextu cuiuſuis exceptionis, etiam ſurreptionis, vel vtilitatis proponendæ, ſeu appellationis interponendæ, aut cuiuſcunque alterius quæſiti, coloris, ſeu cauſæ per Epiſcopos prædictos, vel quoſuis alios impediri, ſeu retardari nullatenus poſſe, auctoritate, & ſcientia ſimilibus decernimus per præſentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, promulgationis, voluntatis, intentionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto VIII. Kal. Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo.

Blondus.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

P. Sucius.

Verùm quoniam rebus ſecundis plerumque inſoleſcunt mortalium animi; libertas ad dignitatem conceſſa fermè in licentiam mutabatur. Multi quippè, nondum introducto obſequij voto, vel priuati commodi ſtudio, vel maiori libertatis ſpe allecti, à noſtris receſſerunt. Itaque Ordinis noſtri honori vt conſuleret Pontifex Cal. Octobris diplomate indixit, ne quis

Con-

Congregatione noſtra excedens ſub excommunicationis pœna violaceit in poſterum vteretur veſtibus.

Canonicorũ deficiẽtiũ pœna aut clã diſcedentiũ. Eugen. IV. Priuil. XXI.

i. EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Ad futuram rei memoriam. Apoſtolicæ nobis iniunctæ deſuper ſeruitutis officium, mentem noſtram excitat, & inducit, vt circa ea quæ Eccleſiaſticarum præſertim ſtudio piæ & communis vitæ deditarum, ac die noctuque diuinis laudibus inſiſtentium perſonarum quorumlibet honorem, & venuſtatem reſpiciunt, & per quæ ab eis omnis diſpendij materia auferatur operoſis ſtudijs intendamus. Cum itaque ſicut ad noſtrum non ſine diſplicentia grandi peruenit auditum, pro eó quod nonnulli ex dilectis filijs Canonicis Congregationis Canonicorum S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. nuncupatæ; qui ſub quodam humili & honeſto habitu certorum coloris, & formæ, ac ſuaui obedientiæ iugo communem vitam agentes, & die noctuque Diuinis officijs inſiſtentes, gratum ſtudent impendere Altiſſimo famulatum, ſtabilitatis violato propoſito non modo ab illo abiecto penitus ab eis iugo obedientiæ huiuſmodi retrocedere, ſed etiam temere habitum Congregationis prædictum geſtando, per diuerſas Italiæ Ciuitates & loca diſcurrere, necnon plerunque inhoneſtam vitam ducere multipliciter præſumpſerunt, & præſumunt, plurima Canonicis Congregationis huiuſmodi murmurationes, perturbationes, & ſcandala prouenerunt, & niſi deſuper oportune prouideatur veriſimiliter

 pro-

prouenient in futurum. Nos præſumptionibus talium congruis prout noſtræ incumbit ſolicitudini remedijs obuiare volentes, auctoritate Apoſtolica præſenti perpetua, & irrefragabili conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod illi qui hactenus receſſerunt, aut amoti fuerunt infra decem dierum ſpatium, poſtquam præſentes ad eorum notitiam deuenerint, ij verò ex Canonicis Congregationis huiuſmodi, qui forſan in poſterum recedent, ſiue amouebuntur à Congregatione, & obedientia prædictis, etiam infirmitatis, debilitatis, vel alia quauis rationabili cauſa, ac de licentia ſuperioris ſui incontinenti in die receſſus ſui habitum præfatum realiter, & omnino dimittere teneantur, illum vlterius nullatenus aſſumpturi, niſi forſan ad obedientiam, & Congregationem huiuſmodi redierint, & in eis per eos ad quos ſpectat recipiantur, decernentes ex nunc omnes, & ſingulos, qui contra ſtatutum, & ordinationem noſtram huiuſmodi venire quomodolibet præſumpſerint maioris excommunicationis ſententiam incurrere eo ipſo. Etſi forſan aliqui ex præſumptionibus huiuſmodi dictam ſententiam, per menſem, animo (quod abſit) ſubſtinuerit indurato, ac Ordinarius loci, in quo præſumptorem ipſum perſonaliter apprehendi, ſeu inueniri pro tempore contigerit, pro parte Canonicorum Congregationis prædictorum ſuper ijs locis, & temporibus congruis requiſitis dictum præſumptorem, perſonaliter capi facere, & ab eo huiuſmodi auferre, infra quindecim

tim dies ab huiuſmodi requiſitione computandos neglexerit, aut forte recuſauerit, ex tunc lapſis quindecim diebus eiſdem præfati Canonici, ſeu ad hoc ab eis pro tempore deputati, præſumptorem ipſum perſonaliter capere, & ab eo dictum habitum auferre, ſeu capi, & auferri facere, abſque cuiusvis pœnæ incurſu liberè, & licitè poßint præfati ordinarij, & cuiuſcunque alterius ſuper hoc licentia nullatenus requiſita. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, & inſuper quaſcunque literas Apoſtolicas ſuper conſtitutione, ſtatuto, & ordinatione prædictis, à nobis forſan emanatas, aliud quam præſentibus expreſſum eſt continentes, reuocamus, & irritamus: illaſque nullius eſſe roboris, vel momenti decernimus: non obſtantibus conſtitutionibus, ac priuilegijs, & indultis, necnon literis Apoſtolicis in ſpecie, ſeu genere ſub quacunque verborum forma conceſſis, etiamſi de illis totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret mentio: Quibus omnibus illis alias in ſuo robore permanſuris, quo ad præmiſſa derogare intendimus, & expreßè derogamus per præſentes, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, ſtatuti, conſtitutionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Da-

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto x. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno xvi.

Blondus.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

P. de Spinoſis.

Priuilegium hoc eiuſdem Anni primo Nouembris excepit aliud, quo Canonici noſtri quibuſcunque cenſuris, decimis benefitiorum non ſolutis, adeoque cuiuis obligationi eximuntur quod ſubnecto.

Eugen. IV. Priuil. XXII à cenſuris non ſolutis Decimis liberat.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs vniuerſis Rectoribus, & Canonicis de Congregatione S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. nuncupatæ vbilibet conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigit veſtræ deuotionis, quam ad nos, & Romanam geritis Eccleſiam ſinceritas, ac piæ, & religioſæ vitæ promeretur honeſtas, vt vos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequamur. Hinc eſt, quod nos motu proprio non ad veſtram, vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mera liberalitate, & certa ſcientia tenore præſentium Vos, & quemlibet veſtrum à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque cenſuris, & pœnis, quibus forſan quomodolibet ob non ſolutionem mediorum ſeu integrorum fructuum primi anni, vel alterius quotam, ad quam faciendam Cameræ Apoſtoli-*

cæ

ea ratione monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumlibet vobis per nos, vel Sedem Apoſtolicam hactenus donatorum appropriatorum, ſeu veſtris monaſterijs, Prioratibus, Eccleſijs, beneficijs, ſiue locis vnitorum, vel alias quouis modo conceſſorum quomodolibet obligati eſtis, abſoluimus, & abſolutos fore cenſemus. Necnon quaſcunque obligationes per Vos, ſeu nomine veſtro eidem Cameræ propterea factas, ac medios, ſeu integros fructus, & quota huiuſmodi; quæ omnia quæcunque, quantaque, qualiacunque, aut cuiuſcunque valoris ſint, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, vobis liberaliter remittimus, & donamus, ac de illis, necnon alijs quibuſcunque, in quo præfatæ Cameræ hactenus vſque ad præſentem diem ſoluere quomodolibet obligati eſtis, generalem quitantiam concedimus, & facimus: Decernentes, & volentes, & declarantes, Vos ad illorum ſolutionem dictæ Cameræ vel alteri cuicunque faciendam nullatenus teneri, nec ad id inuitos à quoquam quauis auctoritate compelli poſſe: Inhibentes quoque dilectis filijs Camerario, & Theſaurario noſtris, necnon Clericis, aut alijs officialibus, ac gentibus dictæ Cameræ, ne vos, vel aliquem veſtrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam quauis auctoritate cogant, ſeu compellant. Ac decernentes ex nunc quoſcunque proceſſus, & excommunicationes, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas, quos, & quas per Camerarium, Theſaurarium,

Clericos, Officiales, & gentes prædictas, vel quoſuis alios haberi, ſeu promulgari, & quicquid contra tenorem præſentium attentari ſcienter, vel ignoranter, quomodolibet contigerit, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti; Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, decreti, remiſſionis, donationis, conceſſionis, voluntatis, declarationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto VIII. Kal. Nouembris Pontificatus noſtri Anno XVI.

Blondus.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

P. Sucius.

Peculiari denuo Cal. Nouembris diplomate idem Pontifex nullo intercedente Canonicos noſtros à Decimis, quas iam XX. Annis non exſoluerant liberos pronunciat, etiam deperditis bellorum iniuria inſtrumentis, & ſyngraphis. De Noualibus, quæ ipſi Canonici aſſequentur, ſeu in locationem, aut Emphiteuſim conceſſerunt perpetuo liberat ab omni Decimarum ſolutio-

tione. Confirmat ipſis Canonicis quaſcunque decimarum exactiones cuiuſcunque monaſterij & etiam Eccleſiæ parochialis quas exigere conſueuerant, & per xx annos, necnon perſonæ aliorum monaſteriorum quæ impoſterum aſſequentur. Et quod non poſſit opponi aliqua ſurreptio, & irritat omnes excommunicationes, & cenſuras, quas inferre ob hoc contigerit.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *ad perpetuam rei memoriam; Etſi ex debito ſolicitudinis paſtoralis quibuſlibet religioſis perſonis eſſe nos deceat in ſuis oportunitatibus fauorabiles, & benignos; Tamen dilectos filios Canonicos de Collegio, ſeu Congregatione S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ.; qui piæ, & caſtæ vitæ ſtudio intendentes, mundanis abiectis illecebris in humilitatis ſpiritu deuotum, & ſedulum exhibent altiſſimo famulatum, affectuoſiori ſtudio confouere, ac propenſioribus fauoribus proſequi tenemur; vt in eorum ſanctis operibus nil eos impediat, nil perturbet, ſed noſtræ ſolicitudinis ſtudio, amotis ab eis litium anfractibus, & turbinibus commotionum quibuſlibet in ſuis neceſſitatibus ſubleuare recipiant, ac placita quietis dulcedine gratulentur. Cum itaque ſicut accepimus licet dicti Canonici, à longis temporibus citra rationem S. Georgij in Alga, & S. Ioannis Decollati, ac S. Iacobi de Monteſilice, necnon S. Auguſtini, & SS. Firmi & Ruſtici de Leonico, Caſtellan. Paduan. & Vicentin. Diœceſ., ac S. Georgij in Braida, & S. Angeli Veron-*

Eugen. IV. Priu XXIII à Decimis per xx. annos non ſolutis abſoluit, & alias Decimas confirmat.

ron. ac S. Petri in Olineto Brixien.; & quamplurium aliorum monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum Eccleſiaſticorum, in diuerſis mundi partibus eis canonicè conceſſorum; quæ tenent & poſſident, non modo à fructuum, & prouentuum, reddituumque excreſcentium, in agris, terris, & poſſeſſionibus ad monaſteria, Eccleſias; ſeu loca huiuſmodi ſpectantibus; aliarumq. decimarum ſolutione cuiquam facienda exempti fuerint, & exiſtunt, ac etiam decimas, & ius decimandi ſeu exigendi, & percipiendi illas ex fructibus, redditibus, & prouentibus in quibuſdam alijs agris, terris, & poſſeſſionibus ad diuerſa alia monaſteria, Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica, necnon eorum & alias Eccleſiaſticas & ſeculares perſonas ſpectantibus, & pertinentibus, habuerintque, & habeant, ipſasque decimas perceperint, & percipiant, necnon tam in non ſoluendi, quam etiam in exigendi, & percipiendi decimas antedictas iuris poſſeſſione, vel quaſi fuerint, & exiſtant, tamen præfati Canonici, pro eo quod Apoſtolicæ & aliæ literæ, ſeu inſtrumenta publica ſuper exemptionibus, & iure non ſoluendi, ac exigendi, & percipiendi huiuſmodi confecta, vtpote vetuſtate conſumpta, ſiue illorum, quorum cuſtodiæ mancipata fuere incuria, aut guerrarum varietate cauſantibus irrecuperabiliter ſunt amiſſa, ſeu alijs quibuſuis cauſis ſe ſuper ſolutione decimarum, aut iure exigendi, & percipiendi decimas huiuſmodi per aliquos moleſtari poſſe dubitent, tempore procedente. Nos attendentes

quod

quod dicti Canonici in vita continentia ac ſanctimonia alijsque pluribus, & diuerſis virtutibus, necnon fructuoſis operibus in dies multiplicant; & fidelibus partium, quibus propè moram trahunt, caſtitatis, humilitatis, & multiplicis virtutis exemplum ſe præſtant; ac propterea vt Canonici de Collegio, ſeu congregatione huiuſmodi præſentes, & futuri, eo liberius operibus, & virtutibus ſupradictis inſiſtant, quo ipſi, eorumque Eccleſiæ, atque loca ſublatis ab eis quibuſuis diſpendijs maioribus fauoribus, & gratijs fuerint per Sedem Apoſtolicam communiti, eisque & ipſorum ſtatui ſuper præmiſſis oportunè prouidere volentes, motu proprio, non ad ipſorum Canonicorum, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mera liberalitate, ex certa ſcientia, & auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prædicta, ac omnia & ſingula alia Monaſteria, Eccleſias, atque loca vbilibet conſiſtentia, quæ dictos Canonicos impoſterum canonicè aſſequi contigerit, ipſosque Canonicos præſentes, & futuros à quarumcunque realium, ſeu prædialium, & perſonalium cuique facienda ab illarum decimarum ſolutione, quas per viginti annos continuos ipſi Canonici non ſoluerunt, neque ſoluunt, aut hi qui Monaſteria, Eccleſias, & loca, quæ dictos Canonicos in poſterum aſſequi contigerit, vt præfertur obtinuerunt tempore executionis huiuſmodi non ſoluerint, neque ſoluent. Et etiam à ſolutione quarumcunque decimarum, de quibusuis noualibus,

quæ

quæ ipſi Canonici, vel aliæ perſonæ aliorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum, quæ dicti Canonici impoſterum aſſequentur, ſeu perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculares quibus Canonici, ſeu aliorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum perſonæ prædicti illa in arendam, ſeu locationem aut emphiteuſim, perpetuas, vel ad certum tempus conceſſerunt, ſeu impoſterum concedent pro tempore ſuis proprijs manibus, ſumptibus & expenſis, vel alios quouis modo iam reduxerunt, & ex quibus decimas non ſoluerunt, ſeu reducent quomodolibet in futurum perpetuò eximimus, & penitus liberamus; ita quod Canonici, & perſonæ prædictæ ad ſolutionem decimarum huiuſmodi cuiquam faciendam minime teneantur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate compelli poßint inuiti. Ipſis quoque Canonicis præſentibus & futuris, quaſcunque reales, ſeu prædiales, & perſonales decimas, in quibusvis rebus, & infra cuiuſcunque Monaſterij, ſeu etiam parochialis Eccleſiæ, vel alterius cuiusvis limites, ac ius ipſas exigendi, & percipiendi illas videlicet, quas etiam per viginti annos continuos dicti Canonici prædictorum, quæ hactenus aſſecuti fuerunt exegerunt, & perceperunt, ac nunc exigunt & percipiunt, necnon perſonæ aliorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, & locorum quæ præfati Canonici impoſterum aſſequentur ratione tempore aſſecutionis antedictæ exegerunt & perceperunt; ac tunc exigent & percipient liberaliter donamus, concedimus, & aßignamus, decernentes ipſas

ſas

ſas decimas, ac ius illas exigendi, & percipiendi quomodocunque & qualitercunque, ipſa ad Canonicos ac perſonas aliorum Monaſteriorum, ſeu locorum prædictos peruenerint, & per eos poſſeſſa, necnon cuiuſcunque & quanticunq; annui redditus illa fuerint, & fiant ad eoſdem Canonicos pleno iure ſpectare, & pertinere, ac præſentes literas, & in eis contenta, illorumq. effectus ſurreptionis, vel nullitatis, vel alterius cuiuſcunque exceptionis proponendæ, ſeu appellationis interponendæ pro tempore, vel alterius cuiusvis coloris prætextu, ſeu occaſione directè, vel indirectè, per locorum Ordinarios, parochialium Eccleſiarum Rectores, aut quoſcunque alios quomodolibet impediri, ſeu dictos Canonicos ſuper præmiſſis, vel eorum occaſione moleſtari, quouis modo nullatenus poſſe; necnon omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſententias quas haberi, vel quas promulgari, ac totum id, & quicquid fieri contigerit quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contra præſentium tenorem, continentiam, atque formam, irrita & inania, nulliusq. fore roboris vel momenti: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, Priuilegijs quoque, & Indulgentijs, ac literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit noſtris literis mentio

ſpe-

ſpecialis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, donationis, conceſſionis, aſſignationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, XVI Kal. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo.

Blondus.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

L.de Caſtiliono.

Inde cùm bona quædam noſtra Magnatum potentiorum varijs artibus vſurparentur, turbatis multorum proteruia colonis, Summus Pontifex conſiderata quidem temporum iniuria, aduerſis tamen Eccleſiæ rebus minimè fractus, hoc vnicum ſtuduit, ne ſacri prouentus iniquè diriperentur, ideoque hoc ſuæ auctoritatis fulmine eos terret, cuius executionem Caſtellanenſi, Ferrarienſi, & Brixienſi Epiſcopis commiſit, qui veluti Conſeruatores à Societate noſtra ciuilis etiam Magiſtratus auxilio omnem vim propulſarent.

Eugen. IV. Priu. XXIV. Canonici à potētiorum vi defenduntur.

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Venerabilibus fratribus Ferrarienſi, Caſtellanenſi, Bri-*

Brixienſi Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino Præſidentes circa curam Eccleſiarum, et monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, vt iuxta debitum paſtoralis officij eorum occurramus diſpendijs, & profectibus diuina cooperante clementia ſalubriter intendamus; Sanè dilectorum filiorum Vniuerſorum Canonicorum de Collegio, ſeu Congregatione S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellan. Diœceſ. nuncupatorum, cum quæſtione percepimus quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Communia Ciuitatum, Vniuerſitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Ciuitatum, & Diœceſum, ac aliarum partium diuerſarum occuparunt, & occupari fecerunt caſtra, villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, necnon fructus, cenſus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum in diuerſis mundi partibus conſiſtentium ad ipſos Canonicos pertinentium, & nonnulla alia bona mobilia, ſpiritualia, & temporalia, ad Canonicos, Eccleſias, monaſteria, & beneficia prædicta ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem, non-

nulli etiam Ciuitatum, & Diœceſ. ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Canonicis ſuper prædictis Caſtris, Villis, & locis alijs, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, & iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus eorumdem, & quibuſcunque alijs bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eoſdem Canonicos ſpectantibus multiplices moleſtias & iniurias afferunt & iacturas; Quare dicti Canonici nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi illo volentes eiſdem Canonicis remedio ſubuenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus committendi ſimilia præcludatur, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus Vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſeruatores, & Iudices præfatis Canonicis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eiſdem ſuper ijs, & quibuſlibet alijs bonis ac iuribus ad Canonicos, Eccleſias, monaſteria, & beneficia prædicta ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſlibet alijs indebitè moleſtari, vel eis grauamina, ſeu damna, vel iniurias irrogari facturi dictis

Ca-

Canonicis, cum ab eis, vel procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, Villarum, terrarum, & aliorum locorum iuriſdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redditiuum quoque ac prouentuum, & aliorum quorumcunque bonorum, necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero prout qualitas eorum exegerit iuſtitiæ complementum: Occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, ac iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, vel ordinis extiterint, quandocunque & quotieſcunque expedierit, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ IX. prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, & Diœceſ. niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſ. ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices & Conſeruatores à Sede deputati prædicta extra Ciuitatem, & Diœceſ. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſeu alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine. Diœceſ. eo-

rumdem habere præſumant dummodo vltra duas diætas aliquis auctoritate præſentium non trahatur. Sed quod de alijs, quam de manifeſtis iniurijs, ac alijs quæ iudicialem requirunt indaginem pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procuratores adiectis conſeruatores nullatenus ſe intromittant, quam alijs quibuſcunque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, & conſeruatoribus, quam perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs, quæ veſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, ciuſque libero exercitio quomodolibet obuiare. Seu ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non incertam veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impedire, & de qua cuiuſque toto tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quodq; addatur præſentium ſit vobis, & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cæptis, & non cæptis, præſentibus & futuris perpetuata

po-

poteſtas, & iuriſdictio attributa, & eo vigore, eaque firmitate, poſitis in præmiſſis omnibus cæptis & non cæptis præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, & cuilibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obſtantibus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Domini 1446. pridie Kal. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo.

Blondus.

Gratis de mandato D.N.Papæ.

L.de Caſtiliono.

Sed, vt parum ſtabilis rerum humanarum curſus, mortalium pectora mirè perculſit, in Maphæi Generalis Præfectura Anno Salutis M CCCC XLVII. VIII *Cal. Martij hora* VIII *noctis Reipublicæ Chriſtianæ totiq. orbi grauis* EVGENII *IV. Summi Pontificis obitus; qui noſtræ Congregationis auctor & pater non ſine publico luctu anno ſuæ ætatis* LXIV. *poſtquam Sanctæ Rom. Eccleſiæ regimen per annos* XV. *menſes* XI *dies* XXX *ſanctiſſimè tenuiſſet, ad Superos abijt. Maximus equidem Pontifex, pecuniæ contemptor, liberalis in omnes, tum maxime in literatos quorum familiaritate ſemper delectabatur. Inter quos*

Mcccc xlvii

Eugen. IV. P. M. obitus.

Leo-

Leonardum Aretinum, Carolum Poggium, Auriſpam, Trapezuntium, Blondum, viros doctiſſimos ad ſecreta ſua admiſit. Gymnaſia omnia priuilegijs ampliſſimis fouit, maxime Patauinum, Bononienſe, Romanum. Religioſos ſummopere dilexit, eorum Ordines gratijs, & opibus ſemper auxit. Acerrimus Eccleſiaſticæ immunitatis propugnator. Pacato animo, & in aduerſis conſtanti, ſermone breui, eoque grauiſſimo. Hoſtibus aſper, propitius in fidem receptis. Splendidus in familiæ victu, in ſuo parcus. Eccleſiam S. Petri varijs ædificijs exornauit; auxilia in Turcas, & hæreticos tuendæ Chriſtianitati, ac propagandæ fidei cauſa non ſemel miſit. Ingenio & rebus geſtis inſignis. Conditus eſt in Æde Sancti Petri Vaticana monumento marmoreo his verſibus exornato.

Eugen. IV. Epitaphiũ

EVGENIVS *iacet hic* QVARTVS, *cor nobile cuius*
Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu Cæſar vterque pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce, & Armenij Græcorum exempla ſecuti
Romanam agnoſcunt Æthiopesque fidem.
Inde Syri ac Arabes mundique è finibus Indi:
Magna ſed hæc animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum Teucros iam claſſe petebat
Dum petit, aſt illum ſuſtulit atra dies.

Qui

Qui ſemper vanos mundi contempſit honores,
Atque hac impreſſa condite, dixit, humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,
Non hoc Franciſci Stirps ſua clara tulit.
Suſceptique memor meriti tam nobile, quod nunc
Cernis, tam præſtans ſurgere iuſſit opus.

In conſtructione autem noui Templi Vaticani, proh dolor, EVGENII *IV. P. M. diruptum eſt ſepulcrum; quare maiores noſtri S. Saluatoris in Lauro Romæ commorantes, miſerati memoriam tanti Pontificis ac Patroni ſeculi iniuria labefactari, marmora ex quibus conſtructum vna cum effigie, emerunt, & monumentum ex ipſis in peryſtilio cœnobij hac inſcriptione ſtatuerunt:*

Vrbs. Venetum. dedit. ortum. quid. Roma? Vrbis. & Orbis.
Iura. det. optanti. cœlica. regna. Deus.

MEMORIAE
EVGENII QVARTI
SVMMI ATQVE OPTIMI PONTIFICIS.
HIC IN PACE GRAVIS IN BELLIS PRO CHRISTI
ECCLES. IMPIGER IN INIVRIIS PATIENS
RELIGIOSORVM AMATOR AC IN
ERVDITOS VIROS MVNIFICVS
CONCILII BASILIENSIS INSOLENTIAM ADVERSVS
PONTIFICIAM ROMANAM POTESTATEM
CONCILIO FLORENTINO CELEBRATO
REFRENAVIT AC FREGIT.

IN

IN QVO IOANNES PALÆOLOGVS GRÆCIÆ IMPERATOR ROMANVM CAPVT AGNOSCENS EIVS PEDIBVS SE MVLTASQ. EXTERNAS ET REMOTAS NATIONES HVMILLIME SVBSTRAVIT.

CONGREGATIO CANONICORVM S. GEORGII IN ALGA VENET. RELIGIOSISSIMO FVNDATORI PIETATIS CAVSA P. C.

In EVGENII *IV. Pontificis Max. locum ſuffectus* NICOLAVS *V, qui eodem anno Epiſcopus, Cardinalis, & Pontifex creatus eſt.*

Mcccc xlvii *Hoc Anno die* XI *Maij Iacobellus de Murano iterum vniuerſæ Congregationi præficitur. Additis ad aliorum locorum moderationem S. Ioannis Decollati D. Michaele Mauroceno, S. Iacobi Montiſilicis D. Ambroſio Mediolanenſi, Sancti Auguſtini & SS. Firmi, & Ruſtici Leonicè D. Io. de Scledo, Sancti Angeli Veronæ D. Stephano Veneto, S. Georgij in Braida D. Maphæo Contareno, S. Petri Brixiæ D. Blaſio Bellunenſi, S. Mariæ Annunciatæ de Sturla D. Bonmatthæo Cremonenſi, S. Ioannis in Pauarano D. Paſqualino Taruiſino, S. Gregorij, & S. Syri Bononiæ D. Petro Zuccato.*

Mcccc xlviii *Anno* MCCCCXLVIII *die* XV *menſis Aprilis D. Maphæus Contarenus ad nuperam dignitatem redit. S. Ioan. Decollato D. Gabriel Venetus præficitur, S. Iacobo D. Nicolaus Cremonenſis, S. Augu-*

ſtino, & SS. Firmo & Ruſtico D. Gerardus Mutinenſis, ſancto Angelo Veronæ D. Matthæus de Caſali maiori, S. Georgio in Braida D. Ioanninus Venetus, ſancto Petro Brixiæ D. Io: de Auguſtis; ſanctæ Mariæ Annunciatæ de Sturla D. Paſqualinus Taruiſinus, ſancto Ioanni in Pauarano prope Genuam D. Bonmatthæus, ſancto Gregorio Bononiæ D. Iacobellus de Murano.

Anni vertentis die III. *Maij D. Nicolaus Cremonenſis Rector Generalis ſalutatur; ſancti Ioannis Decollati Præſes D. Hieronymus Mudacius, ſancti Iacobi Montiſilicis D. Ambroſius Mediolanenſis, ſancti Auguſtini, & SS. Firmi & Ruſtici D. Gerardus Mutinenſis, ſancti Angeli Veronæ D. Stephanus Venetus, ſancti Georgij in Braida D. Michael Maurocenus, ſancti Petri de Olíueto D. Hieronymus Blanchus, ſanctæ Mariæ Annunciatæ de Sturla D. Bonmatthæus Cremonenſis, ſancti Io: in Pauarano prope Genuam D. Ioan. Placentinus, ſancti Gregorij, & ſancti Siri Bononiæ D. Laurentius Brixienſis. Stephano iam ſeniore circa Chriſti Natalitia deficiente, Venetias ab Antiſtite ſancti Georgij euocatis ſancti Angeli Canonicis in defuncti locum D. Antonius de Verona ſufficitur.* MCCCCXLIX

MCCCCL *die* XI *Maij Nicolaus Cremonenſis ſucceſſorem videt D. Marcum Cuppum Venetum; Præfectum ſancti Ioan. Decollati D. Maphæum Contarenum, ſancti Iacobi D. Franciſcum de Caſali* MCCCCL

maiori, S. Auguſtini & SS. Firmi et Ruſtici D. Andream Venetum, S. Angeli D. Donatum Blanchum, S. Georgij in Braida D. Iacobellum, S. Petri D. Matthæum de Caſali maiori, S. Mariæ de Sturla D. Bonifacium de Burantiano, S. Io: in Pauarano D. Blaſium de Ciuitate Belluni, S. Gregorij D. Gabrielem Venetum.

Mccccli M CCCCLI *die* XVIII *Maij creditam aliquoties Prouinciam regendæ Societatis Maphæus Contarenus obtinuit; S. Ioan: Decollati D. Laurentius de Brixia, S. Iacobi Montiſilicis D. Donatus Albertus, S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Nicolaus de Cremona, S. Angeli Veronæ D. Blaſius de Ciuitate Belluni, S. Georgij in Braida D. Michael Mauroceнus, S. Petri Oliueti D. Ioannes de Placentia, S. Gregorij D. Bonmatthæus de Cremona, ſanctæ Mariæ de Sturla D. Oliuerius de Peregrino, S. Ioannis de Pauarano propè Genuam D. Bonifacius de Burantiano. Huius Anni die* XI *Septembris vi Priuilegij nobis ab Eugenio IV olim conceſsi permutatio inita fuit à noſtris cum Bagolinis agri Brixienſis, Syndico loci Dominico de Bundoſſo, vt pro prædio quodam noſtro in dicto pago domicilium in vico S. Cæciliæ Vrbis Brixienſis concederent: hac tamen lege, vt Ædicula ſancti Iacobi de Caſellis ſuper ripa lacus Idræ cum ſuo fundo Eccleſiæ S. Petri in Monte perpetuò ſubiecta eſſet.*

Defuncto interea Dominico Michaele Patriarcha Gra-

Gradenſi ſuæ ætatis anno XLVII, *& in Eccleſia S. Crucis condito, Nicolaus V. Pont. Max. Eugenij Quarti ſucceſſor die* XVI *Octobris mirificis Laurentij Iuſtiniani virtutibus motus eundem ab Epiſcopatu Caſtellanenſi ad Patriarchatum Venetum traducit. Inde in hunc vſque diem* IVSTINIANVS PROTOPATRIARCHAE *Veneti nomen ſeruauit. Senatu Veneto parum id initio videbatur commodum: Verebatur enim ne dignitas opibus aucta veteres, quas cum ſuperioribus Epiſcopis habuerant diſcordias, excitaret. Quod vbi Laurentius diuino ſpiritu cognoſceret, Collegij Patres ita compellat: Annos iam* XX *inuitus Epiſcopatum tenui, nec aliam nunc dignitatem quietis ſtudioſus ambio. Animus eſt Pontifici eam cedere, niſi Dux ipſe, ad quem Vrbis ſuæ ſplendor pertinet, aliter ſentiat: pro cuius honore veſtraque Patres voluntate nullum laborem recuſauerim. Vix ea protulerat cum tam inſigni æquanimitate ac humilitate omnium lachrymas euocaret, & Dux, cui res prius ſuſpecta fuerat, irritis Eugenij IV molitionibus, ſtatim totius Collegij ſententia enixè patrem ſanctiſsimum rogare cœpit, vt hilari animo eum honorem ſuſciperet. Cui etiam ſolemni pompa publicæ ſupplicationes die* XXII *Decembris decretæ fuerunt. Ad hunc enim virum laudatiſsimum in rebus arduis Primates tamquam ad oraculum recurrere conſueuerant. Præuidit in Corcyra quondam Heremita quam efficaces eſſent Iuſtiniani apud Deum preces, cum Vene-* L. Iuſtinianus Protopatriarcha Venetus.

torum res bello Mediolanenſi eſſent afflictæ, licet ſe ſe ab hominum conſortio inter rupes & ſpeluncas abdidiſſet. Nec Pontificis opinionem, aut Venetæ Reipublicæ expectationem eluſit euentus. Pauperibus namque auctas nouo honore opes ſuas Iuſtinianus largius erogabat, ac ne ſuis deeſſet vnitis hoc anno ſub Feſtum Paſchatis Patribus CCC *aureos tradidit in Rectores cænobiorum indigentium pro rei neceſſitate diſtribuendos, ea lege, vt Rectori anno proximo reſtituerentur, quemadmodum ex archiuis ſancti Georgij in Alga patet.*

Quia Reuerendiſſimus D. Laurentius Iuſtinianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarcha Venetiarum maxima pietate ductus obtulit Congregationi noſtræ ducatos trecentos auri, vt tempore Generalis Capituli Rector Generalis vnà cum Rectore nouo diſtribuant ipſas pecunias Rectoribus modernis conſiderata Eccleſiarum qualitate, & locorum neceſſitate, qui ſiquidem Rectores reportent eas tempore ſequentis Capituli, & aſſignent quod ſibi commodatum fuerit Rectori prædicto, qui teneat computum ipſarum pecuniarum in autentico volumine, & ſi quis neglexerit reſtituere priuetur perpetua commoditate denariorum prædictorum; Si verò per triennium non fuerint præmiſſa ſeruata ab omnibus, ſeu maiori parte Rectorum, aut etiam per Generale Capitulum hoc neglectum fuerit obſeruari, & in onus conſcientiæ noſtræ diſtribuantur pauperibus Chriſti, & non nobis.

An-

Anno MCCCCLII *die* XV *Maij Comitia in Præſulem S. Georgij de Alga elegerunt D. Iacobellum de Murano; ſancti Ioannis Decollati D. Hieronymum Mudacium, ſancti Iacobi D. Hieronymum Blanchum, ſancti Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Gerardum Mutinenſem, ſancti Angeli Veronæ D. Matthæum de Caſali maiori, ſancti Georgij in Braida D. Maphæum Contarenum, ſancti Petri D. Paſqualinum Taruiſinum, ſancti Gregorij D. Io: Placentinum. Huius anni die* XXI *Iulij conſentiente Pontifice Nicolao V. Canonici S. Mariæ Annunciatæ de Sturla à noſtra Congregatione ſeparantur hac lege, ne eodem nobiſcum vtantur habitu, nec vllum è noſtris ſocijs poſthac recipiant, neve noſtris gaudeant Priuilegijs; quæ tamen ijs poſtea ab alijs Pontificibus reſtituta.* MCCCCLII

Circa hæc tempora Iacobellus Nicolaum Quintum Pont. Max. exorat, ne feuda ob neglectam miniſtrorum ignauia penſionis ſolutionem, aut intermiſſam negligentia inueſtituram nobis poſſent eripi, non obſtantibus Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Imperialibus legibus, precibus locum dedit Pontifex die XXIII *Iulij.* Feuda nulla negligẽtia Canonicis deperdi.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis Filijs Vniuerſis Canonicis Congregationis S. Georgij in Alga de Venetijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Deſiderantes ſtatum Eccleſiarum, & monaſteriorum omnium, ac in eis in charitate,* Nicolai V. P. M. Priuilegium.

& vni-

& vnitate viuentium perſonarum iugiter Altiſſimo famulantium ſalubriter dirigi, & feliciter adaugeri, illorum profectibus libenter intendimus, ac diſpendijs quantum cum Deo poſſumus obuiamus. Sanè pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet vos ratione nonnullorum liuellorum, ac feudorum ad monaſteria, ſeu alia loca dictæ Congregationis legitimè pertinentium nouas inueſtituras ſtatutis temporibus ab ipſorum liuellorum, feudorum Dominis tam Eccleſiarum, Prælatis, Capitulis, ſeu Collegijs, quàm Laicis perſonis petere teneamini: quia tamen vitæ potius contemplatiuæ, quàm actiuæ vacatis, quandoque inaduertenter huiuſmodi inueſtituras debitis forſitan temporibus petere omittitis, prout de iure teneamini, quamuis Canonem debitum ſoluatis, & alia faciatis, quæ facere, & adimplere tenemini: Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt nobis ſuper hoc, ne liuella, & feuda, ſeu emphiteoſita bona monaſteriorum, & locorum huiuſmodi incidant incommiſſum, ſeu alias ad eorum Dominos deuoluantur, oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes Vos fauoribus proſequi gratioſis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Quod licet inueſtituras huiuſmodi ſtatutis temporibus non petatis, liuella tamen et feuda, ſeu bona prædicta ad illorum Dominos nullatenus deuoluantur, ſeu alias incidant incommiſſum,

ne-

neque aliquem exinde vos, & monaſteria, aut loca prædicta pœnam quomodolibet incurratis, ſiue ſuſtineatis in aliquo detrimentum: Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac legibus Imperialibus, & ſtatutis municipalibus, ſiue ipſorum liuellorum, feudorumq. naturis, & conditionibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo x. Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Pe: de Noxeto.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

Io: de Cremonenſibus.

Quinimmo non rogatus eiſdem omnia priorum Pontificum Priuilegia munijt, ratas iubens immunitates, libertates, gratias, & conceſſiones tam per Martinum V, quàm per Eugenium IV, aliosque ſuos anteceſſores nobis, cœnobijsque noſtris conceſſas: necnon Apoſtolicas innouationes, & confirmationes, quorum omnium ac ſi de verbo ad verbum tenores inſerti forent.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

ad

Nicolaus V. Priuilegia noſtra & immunitates cōfirmat.

ad futuram rei memoriam. Licet ex debito ſummi Paſtoralis officij nobis deſuper iniuncti circa quorumlibet fidelium præſertim Eccleſiaſticorum mundanis abiectis illecebris Altiſſimo famulantium, profectus, vtilitates, & commoda nos deceat intentos exiſtere, Congregationem tamen S. Georgij in Alga de Venetijs, eiuſque pro tempore perſonas tanto potioribus fauoribus, & gratijs confouere deſideramus, quanto perſonæ ipſæ illarum integritate ceteriſque virtutibus, & fructuoſis operibus, etiam ad oportunum, & ſaluberrimum fidei Catholicæ exemplum, diuini nominis laudem, & gloriam ſub charitatis vnione, & humilitatis ſpiritu dietim proficere dignoſcuntur. Hinc eſt, quod nos dilectorum filiorum Rectoris, & Canonicorum Congregationis huiuſmodi, in hac parte ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, & indulta, ac de quibuſuis Monaſterijs, Prioratibus, Præpoſituris, Eccleſijs, ſeu beneficijs, cum cura, & ſine cura ſecularibus, & ordinum quorumcunque regularibus vbilibet conſiſtentibus, conceſſiones, donationes, appropriationes, & aſſignationes, tam per felicis recordationis Martinum V. quam Eugenium IV. alioſque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Congregationi, & Canonicis præfatis in genere, ſeu ſpecie hactenus conceſſa, atque facta, necnon illorum Apoſtolicas innouationes, confirmationes, reualidationes, ac quaſcunque prædeceſſorum noſtrorum huiuſmodi deſu-

ſuper confectas literas; quarum omnium, & ſingularum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, inſerti forent: Necnon monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Eccleſias, & beneficia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque, ac etiam quorumuis ordinum fuerint per eorum nomina, cognomina, qualitates, deſignationes, & loca, ac ipſorum fructuum, reddituum, & prouentuum veros valores annuos præſentibus haberi volumus pro expreſſis, motu proprio, & ex certa ſcientia tenore præſentium approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaque valere, plenam roboris firmitatem obtinere, in omnibus & per omnia perinde ac ſi de verbo ad verbum, prout in literis continentur, etiam per nos conceſſa forent: Quæ omnia, & ſingula iuxta illarum tenorem, continentiam, atque formam, motu, & ſcientia ſimilibus harum ſerie concedimus, ac eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate decernimus per præſentes: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ prædeceſſores noſtri præfati in eorum literis prædictis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrarijs quibuſcunque: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, conceſſionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo. Quarto Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Pe: de Noxeto.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

F. de Sinibaldis.

Mccccliii *Reducto iam in minorem numerum cœtu noſtro, cùm ſuo ſe munere abdicaſſet Iacobellus, tempora quietiora inuenit eius ſucceſſor Michael Maurocenus die* XVIII *Aprilis* MCCCCLIII *electus. Cui aſſignabantur Collegæ ſancti Ioannis Decollati D. Nicolaus de Cremona, ſancti Iacobi de Monteſilice D. Hieronymus Blanchus, ſancti Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Antonius Maurocenus, ſancti Angeli Veronæ D. Antonius de Verona, ſancti Georgij in Braida D. Gabriel de Venetijs, ſancti Petri Oliueti D. Franciſcus de Caſali maiori, ſancti Gregorij Bononiæ D. Ioannes de Placentia.*

Mcccclív MCCCCLIV. XV *Maij D. Maphæus Contarenus extremum ſuſcepit ſupremi Rectoris munus; ſocios nactus, pro ſancto Io: Decollato D. Bonmatthæum de Cremona, ſancto Iacobo Montiſilicis D. Hieronymum Blanchum, ſancto Auguſtino & SS. Firmo et Ruſtico D. Matthæum de Caſali maiori, ſancto Angelo Veronæ D. Blaſium de Ciuitate Belluni, ſancto Georgio D. Iacobellum de Murano, ſancto Petro Oliueti Brixiæ D. Paſqualinum de Tarui-*

ſio,

ſio, ſancto Gregorio D. Ioan. de Placentia. Omnia hic, quæ Seni non minima felicitatis pars fuit, ſine nouitate tranquillè peracta.

Integram igitur Congregationem die XXII *Aprilis D. Matthæo Martano de Caſali maiori tradidit: Cui ſuffragia Rectores adiunxerunt, ſancti Ioannis Decollati D. Gabrielem Venetum, ſancti Iacobi Montiſſilicis D. Hieronymum Blanchum, ſancti Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Iacobellum, ſancti Angeli Veronæ D. Paulum Contarenum, ſancti Georgij in Braida D. Georgium Maurocenum, ſancti Petri D. Maphæum Contarenum, ſancti Gregorij D. Matthæum de Caſali maiori.* M cccc l v

Hoc tempore die octaua Ianuarij LAVRENTIVS IVSTINIANVS *cum ſanctiſſimè Epiſcopales & Patriarchales honores Annos* XXIII *geſſiſſet, mortalitatem expleuit, cuius beatiſſima anima in ſinum cæleſtium Angelorum recepta cum ſuo Creatore quieſcit.* L. Iuſtiniani obitus.

Tanti viri obitu non parum mota vniuerſa Venetorum ciuitas, tam ingenti frequentia ad viſendum defuncti corpus concurrit populi multitudo, vt feretro aſſiſtentibus de more Clericis ab irruente turba vix locus eſſet. Nec mora. Magno populi impetu, omnes illico ſerui Dei veſtes fruſtatim reſciſſæ, ablati calcei, omniaque certatim abrepta; relicta propemodum caſiola cum pallio, quo tegebatur. Expletis diuinis officijs, quibus vniuerſi, non ſine admirabili pie-

tate, ſummaque animorum deuotione interfuerunt, cùm iam inſtaret tempus, quo funus ad Monaſterium noſtræ Congregationis eſſet deferendum, vbi teſtamento is voluit Patrum monumento inferri, de ſepulturæ loco controuerſia inter Canonicos Patriarchales, & Seculares S. Georgij ſuboritur. Iſtorum parti fauebant Sacri Canones, qui in ſua quemque Antiſtitem Æde ſepeliri iubent. At noſtri ſuprema defuncti voluntate ſtandum contendunt, quia ſeriò iteratòque ſic conſtituerat.

Dum itaque de ſepulturæ loco dubitatur, corpore in ſacrarium repoſito, vt litis euentus expectaretur, en ſexto iam die nullum corruptionis à tetro odore indicium, etiamſi nec exempta eſſent interanea, nec mortuus vnguentis fuerit delibutus. Nouitate rei denuò accurrit populus. Naturæ periti, quos inter ea ætate ſcientiæ fama nobilis Gerardus Cremonenſis, corpus tangunt, membraque contrectant, fœtoris nihil, quin potius odorem ſuauiſſimum membra ſpirabant, etiamſi febris putrida ipſi fatalis fuiſſet. Miraculo acceſſit, quod rubeſcentibus genis viuus per membra ſanguis conſpiceretur. Populo igitur vt ſatisfieret die rurſus octauo in templum exportatur, non ſine cuſtodiæ ſollicitudine cùm eſſet aliquandiu expoſitus, in ſacrarium denuo reponitur. Hæc ad quadrageſimum diem eodem habitu cum duraſſet, creſcente in multorum animis eiuſmodi theſauri deſiderio, ne ciuitas, aut Ædes eius Viri memoria orbaretur, neve

Gerardus Cremonẽ. ſis Medicus.

in

in Adriatici maris ſinus Inſulam S. Georgij humili loco abderetur, poſtquam ſex ſupra ſexaginta dies inhumatus fuiſſet decernente vniuerſo populo inſigni pompa certaque ſanctitatis opinione apud Canonicos Patriarchatus inquietorium effertur, vbi magna veneratione hodieque eius memoria colitur, tumuloque Donaria ac Tabellæ votiuæ appenduntur in ſacello, quod in honorem eius è marmore extructum, vbi in ſepulcro eius altaris forma fabrefacto viua è marmore effigies in actu benedicendi conſpicitur inter duos Angelos, quorum alter mitram, alter crucem tenet. Ad baſim ſtatuæ hæc leguntur:

BEATVS LAVRENTIVS IVSTINIANVS
VENETIARVM PATRIARCHA
DIE VIII IANVARII MCCCCLV. B. I.

Pauimentum exornat Bernardi Iuſtiniani monumentum, qui Laurentij nepos, edita rei Venetæ hiſtoria D. Marci Procurator obijt.

Hoc etiam anno poſtquam Nicolaus V. Pontifex ſummis conatibus aduerſus Turcas Principum Chriſtianorum animos excitaſſet, Conſtantinopolitanæ vrbis iacturam ægerrimè ferens, nono Cal. Aprilis vita exceſſit. Cui Alphonſus Borgia Hiſpanus Caliſti III. nomine ſufficitur. Non impar huic animus in profligando Chriſtiani orbis hoſte. Conatus tamen fati celeritate impeditus. Vix enim biennium tranſegit; hoc maximè felix nomine, quod ingentem conſiliorum molem reliquerit Æneæ Siluio, quem Eccle-

ſia

ſia Pium II. Pontificem verè pium habuit.

Maphæus Cõtarenus Patriarcha electus.

Acerbus quidem ille noſtrorum animis nondum exciderat caſus, mæſtitiam tamen deliniuit deſiderata ſucceſſoris electio, quæ Numinis prouidentia in Maphæum Contarenum incidit. Diui Petri Cænobio Brixiæ tunc temporis ille præerat, tranquillitati diuiniſque rebus integrè dicatus. quum, Venetijs res ageretur inter Patricios, ad quos Vrbis Antiſtitis electio ſpectabat. Iis nemo videbatur ad Beatiſſimum Laurentium propiùs accedere, quam Maphæus Contarenus, eiuſdem olim diſcipulus & collega; cuius vitæ integritas, prudentia, mores, ceteraque animi bona auitam maiorum nobilitatem mirè augebant. Hoc itaque vnanimi conſenſu in Patriarcham electo, Rectores Brixienſes iuſſu Senatus Cænobium S. Petri adeunt de noua dignitate Viro gratulaturi. Intrantibus ijs, nihil minus cogitans Vir optimus ſocijs panificio occupatis ad præfurnium adſtitit; dum ſuis precibus inter operas pios defunctorum manes diuinæ miſericordiæ commendant. Nullo is pudore fractus aduentantes comiter excepit, addens grauem annis eiuſmodi quidem oneri imparem, attamen tot prudentiſſimorum Virorum arbitrio obniti ſibi adhuc difficilius eſſe.

Vicina iam erant Comitia nobis annua. Hic ille munus, quod integerrimè obierat cum noua dignitate commutaturus, non ſine ſumma noſtrorum lætitia, decoriſq. acceſſione inter ceteros primas tenens x Apri-

lis

lis M CCCCLVI *Georgium Maurecenum ſpecta-* Mcccclvi
tæ virtutis, ac vigilantiæ Patricium noſtri Ordinis Antiſtitem vidit. cui acceſſerunt in regimen S. Io: Decollati D. Laurentius de Malvetijs Brixienſis, S. Iacobi Montiſilicis D. Hieronymus Blanchus, S. Auguſtini extra Vicentiam, & SS. Firmi & Ruſtici D. Gerardus de Mutina, S. Angeli Veronæ D. Marcus Cuppo, S. Georgij in Braida D. Michael Maurocenus, S. Petri Oliueti Brixiæ D. Antonius Maurocenus, & ſancti Gregorij extra Bononiam D. Ioannes de Placentia.

His peractis Maphæus gratum ſibi fuiſſe tot annorum contubernio S. Georgij cœnobium iam diſcedens lacrymis teſtatus, in Patriarchæ ſedem deducitur, aſſumptis quibuſdam è noſtris, quorum memoriam temporum longitudo exemit. Annus hic pacatè decurrens, denuò Patres ad eligendi magiſtratus ſolennia reuocauit.

Congregatis igitur die XII *Maij* MCCCCLVII Mcccclvii
ſingulis, quorum ibi efflagitabantur ſuffragia, Antiſtes eligitur D. Marcus Cuppus: electis aliorum cœnobiorum Præfectis, S. Io: Decollati D. Donato Alberto de Venetijs, ſancti Iacobi Montiſilicis D. Hieronymo Blancho, ſancti Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Homobono de Gandino, S. Angeli Veronæ D. Ioãne de Scledo, S. Georgij Braidæ D. Antonio Mauroceno, S. Petri Oliueti D. Antonio de Verona, & ſancti Gregorij extra Bononiam D. Ioanne Placentino.

Hec

Hoc anno Paſqualis Maripetrus Venetæ Reipublicæ Dux eligitur.

Sequenti Anno Marco Cuppo die XX *Aprilis, ſubrogatur Antonius Maurocenus; in Præfectum verò S. Io: Decollati D. Georgius Maurocenus, S. Iacobi D. Victor de Mothono, S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Gerardus, ſancti Angeli Veronæ D. Matthæus de Caſali maiori; ſancti Petri Oliueti D. Marcus Cuppus, ſancti Gregorij extra Bononiam D. Ioannes Placentinus, S. Georgij in Braida Veronæ D. Michael Maurocenus. Hic ſenectute confectus vitæ integritate cælis dignus ſub extremum Augusti mortalitatem expleuit. Cuius loco die* IV *Septembris D. Hieronymus Mudacius abſens nominatus fuit.*

Annus hic Summi Pontificis Pij II. benignitate nobis eluxit memorabilis. Antiſtes namque Rectoribus noſtris auctoritatem de irregularitate abſoluenda impetrat. Plures nempè Viri optimi pio zelo à militia in cænobia ſeceſſerant. Quos, licet homicidijs & prædationibus interfuiſſent, cetera puri à criminis nota liberari atque ad ſacros Ordines promoueri poſſe, Eugenij IV decretum Pius Pontifex hiſce literis confirmauit.

Priuilegiũ Pij II abſoluẽdi ab irregularitate.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilectis filijs Rectoribus Monaſteriorum Congregationis ſancti Georgij in Alga nuncupatis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum Congregationis veſtræ ſinceram Religionis integritatem, ac fidei conſtan-*

ſtantiam diligenter attendimus, dignum cenſemus & congruum, vt circa ea quæ ipſius Congregationis, & profeſſorum eius pacem, ac animarum veſtrarum ſalutem reſpiciunt, paternis & ſalubribus ſtudijs intendamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenius PP. IV. Prædeceſſor noſter, cuilibet veſtrum Rectorum Monaſteriorum Congregationis huiuſmodi pro tempore exiſtentium in fauorem Religionis, ac ſalutem animarum fidelium, præſertim eorum, qui in dicta Congregatione cuperent altiſſimo famulari, vt cum quibuſuis perſonis in eiſdem monaſterijs degentibus ſuper irregularitate quomodocunque preter quam ex homicidio voluntario, mutilatione membrorum, & bigamia contracta auctoritate Apoſtolica diſpenſare valeret, vt ipſi fideles in Congregatione huiuſmodi famulari cupientes ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, & officia, & dignitates eiuſdem Congregationis liberè, & licitè obtinere poſſent eadem auctoritate conceſſit, prout in ipſius prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, plenius continetur. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris Generalis Canonicorum dictæ Congregationis petitio continebat, vigentibus hactenus guerris in partibus Lombardiæ; nonnulli quadam iuuenili facilitate, aut alia coactione impulſi cum ceteris ſecundum eorum qualitates, & conditiones militarunt, vel alias vbi mutilationes membrorum, depopulationes, incendia, & homicidia

perpatrata ſunt, nonnunquam interfuerunt, licet neminem proprijs manibus interfecerint, ſeu illos occidi, aut mutilari mandauerint; ac poſtmodum ad cor reuerſi vitam & mores emendantes habitum Canonicorum, & Clericorum eiuſdem Congregationis deuotè ſuſceperunt, & in illo perſeuerarunt, prout perſeuerant de præſenti, necnon cupiant ad ſacros ordines promoueri, ſed quia à nonnullis reuocatur in dubium, an prædictarum literarum vigore ſuperiores dictæ Congregationis cum eis valeant diſpenſare; Idcirco pro parte Rectoris & Canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes ſummam dicti Eugenij Prædeceſſoris erga Congregationem eamdem dilectionem, & literas præfatas ipſi Congregationi conceſſas diligenter animaduertentes; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati literas huiuſmodi quoad verum, & actuale homicidium voluntarium interpretari debere, harum ſerie declaramus, necnon cum eiſdem qui manibus proprijs neminem occiderunt, aut mutilarunt, neque occidi, aut mutilari expreſſè mandarunt, per vos & quemlibet veſtrum Rectorum huiuſmodi diſpenſari poſſe auctoritate præfata, decernimus & de nouo concedimus per præſentes. Non obſtantibus præmiſſis ac omnibus illis, quæ idem prædeceſſor non obſtare voluit, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo, decimo ſexto Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Fabricius.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

A. de Montia.

Hoc ipſo tempore Summus Pontifex S. Mariæ in Vantio Cænobium Patauij nobis conceſſit, quod Dominicus Campolongus Patauinus I. C. illuſtris eiuſque Prior commendatarius ſingulari munificentiæ documento noſtræ Societati certis ex more conditionibus reliquerat. Pontificis ſententiam S. Iuſtinæ Abbas D. Cyprianus de Renaldinis XV *Martij* MCCCCLIX *Patauij expleuit, præſentibus Antiſtite D. Antonio Mauroceno, & D. Georgio Mauroceno Priore Sancti Ioannis Decollati, quos Collega ad hoc munus ſelegerant. Pontificis reſcriptum hoc erat.* Dominicus Campolongus I. C. Pat. noſtris cœnobium S. Mariæ in Vãtio tradidit.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *Dilecto filio Abbati Monaſterij S. Iuſtinæ de Padua ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum illius, cuius perfecta ſunt opera vices licet immeriti* Pij II diploma de Prioratu S. Mariæ in Vantio.

geramus in terris eum imitari nos conuenit, vt ea quæ pro ipſius laude & gloria, necnon diuini cultus augmento, ac Monaſteriorum & aliorum piorum locorum felici regimine præſertim à prædeceſſoribus noſtris prouida deliberatione incepta comperimus ad debitum conſummationis exitum feliciter perducamus. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Eugenium Papam IV prædeceſſorem noſtrum ex nonnullorum fide digna relatione accepto, quod in Prioratu B. Mariæ de Auantio Paduæ ordinis S. Benedicti, qui conuentualis, & ſine cura actu exiſtit quorumdam ipſius Prioratus Priorum, qui fuerunt, culpa & negligentia cauſantibus, nulla uigebat obſeruantia regularis, diuinus cultus plurimum negligebatur, & in eo Monachi aliqui non reſidebāt, idem prædeceſſor cupiens, quod in ipſo Prioratu viri Religioſi, & timentes Deum inſtituerentur, qui ſedulò pro illius fundatoribus porrigerent altiſſimo preces ſuas, & populum poſſent pro eorū vita probitate ad ſuorum bonorum operum imitationem exhortari, & conſiderans laudabilem famam, & virtuoſa exercitia apud Deum, quibus dilecti filij Canonici de Collegio, ſeu Congregatione S. Georgij in Alga de Venetijs Caſtellanæ Diœceſis laudabiliter commendabantur; atq; eorum bonus odor in agro Domini præſertim in diuerſis Italiæ partibus multipliciter ad laudem altiſſimi erat diffuſus, ac ſperans, quod dictus Prioratus ſi eiſdem Canonicis per aliquos ex eis tenendus, regendus, & gubernandus in perpetuum

con-

concederetur, donaretur, applicaretur, incorporaretur, & appropriaretur, quamplurima in ſpiritualibus & temporalibus ſuſciperet incrementa: motu proprio Prioratum prædictum etiamſi ad illum conſueuiſſet quis per electionem aſſumi Canonicis præſentibus & futuris de Collegio, ſeu Congregatione huiuſmodi per aliquem ex eis in annualem Rectorem iuxta ipſorum ritus, mores, ſtatuta, & conſuetudines, necnon priuilegia eis per Sedem Apoſtolicam conceſſa perpetuo tenendum, regendum, & gubernandum cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia conceſſit, donauit, applicauit, incorporauit, & appropriauit, ac voluit quod quamprimum conceſſio, donatio, applicatio, incorporatio, & appropriatio prædicta forent ſortitæ effectum in Prioratu prædicto, ordo & conuentualis dignitas huiuſmodi penitus ſuppreſſi & extincti exiſterent prout etiam ex tunc in euentum prædictum ſuppreſſit & extinxit dictusque Prioratus ſecularis eſſet, & eſſe cenſeretur ſub certis modo & forma prout in dicti prædeceſſoris literis ſuper inde confectis (quas quidem literas piæ memoriæ Nicolaus V, & ſucceſſiue Caliſtus Papa Tertius prædeceſſores noſtri per alias ipſorum literas approbarunt, & roboris firmitate ſubſiſtere decreuerunt, plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Canonicorum Congregationis prædictæ petitio continebat: Vnio, annexio, incorporatio, & appropriatio de prædicto

Prioratu nondum effectum ſortitæ fuerint. Nos qui dicto Caliſto ſicut Domino placuit rebus humanis exẽpto, fuimus diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti; necnon inter alia omnes vniones, annexiones, & incorporationes, de quibuſuis beneficijs Eccleſiaſticis quomodolibet Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate inuicem factas, quæ nondum effectum ſortitæ fuerant, reuocauimus, caſſauimus, & annullauimus, nulliusque decreuimus exiſtere firmitatis, præfatorum Canonicorum ſtatui, & indemnitati ſuper his opportunè prouidere volentes, ipſorum Canonicorum ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vocatis quorum intereſt Prioratum prædictum, cuius fructus, redditus, & prouentus trecentorum florenorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt ipſi Canonici aſſerunt non excedunt, eiſdem Canonicis, ſeu Congregationi per eos iuxta eorum ritus, mores, & inſtituta tenendum, regendum, & gubernandum, iuxta literarum eorumdem prædeceſſorum continentiam, & tenorem vnias, incorpores, & annectas. Et nihilominus ſi modernus Prior dicti Prioratus ad effectum vnionis huiuſmodi dictum Prioratum ſponte reſignare voluerit, reſignatione huiuſmodi per te recepta, & admiſſa eidem Priori quoad vixerit nomen Prioratus, & etiam partem domorum dicti Prioratus ad habitandum cum dictis vtenſilibus, ac

pen-

penſionem annuam tam in pecunia numerata, quàm alijs redditibus, de qua partes ipſæ inter ſe concordauerint, quantacunque fuerit in terminis, & locis congruis, ac ſub cenſuris, & pœnis ad id de ipſarum partium conſenſu ſtatuendis reſeruare, conſtituere, & aſſignare, & ex tunc Prioratum prædictum cum omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ſuis Congregationi præfatæ perpetuo vnire, incorporare, annectere, & appropriare procures. Ita tamen, quod cedente, vel decedente moderno Priore ipſius Prioratus, aut aliter quomodolibet illum dimittente, liceat Canonicis de Congregatione, ſeu Collegio huiuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Prioratus, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria liberè apprehendere, & perpetuò per ſe, & Collegio, ſeu Congregatione huiuſmodi retinere, ac illius fructus, redditus, & prouentus exigere, & percipere, eosque in ſuos, ac dicti Prioratus vſus, & vtilitatem conuertere, Diœceſani loci, & cuiuſlibet alterius ſuper his licentia minime requiſita. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Prioratus, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Prioratibus huiuſmodi ſpeciales, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum eius literas impertierint,

etiam-

etiamſi per eas adhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliter quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, & proceſſus habitos per eoſdem ad dictum Prioratum volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Prioratuum, aut beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuſlibet alijs Priuilegijs, Indulgentijs, ac literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Prouiſo quod dictus Prioratus debitis propterea non fraudetur obſequijs, ſed illius congrue ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo, ſextodecimo Cal. Decembris. Pontificatus noſtri Anno primo.

Ioannes de Collis.

Mcccclix *Inclinante iam in nouam faciem annuo magiſtratu die* XIV *Maij Anni* MCCCCLIX *Antonius Maurocenus ſucceſſorem ſortitur D. Matthæum de Caſali maiori. Ad S. Ioannis Decollati Rectoratus dignitatem promotus fuit D. Philippus Piſanus,*

S.Ma-

S. Mariæ in Vantio præficitur D. Georgius Mauroˀcenus, S. Iacobi extra Montemſilicem D. Hieronymus Blanchus, S. Auguſtini extra Vicentiam & SS. Firmi & Ruſtici Leonici D. Paulus Contarenus, S. Angeli Veronæ D. Donatus Albertus Venetus, S. Georgij in Braida D. Bartholomæus Florentinus, S. Petri Oliueti D. Ioannes Placentinus, S. Gregorij extra Bononiam D. Victor de Mothono.

Proximi porrò anni die XV Maij Generalis eligitur D. Ioannes Placentinus, S. Mariæ in Vantio præfectus D. Hieronymus Blanchus, S. Ioannis Decollati D. Petrus Zucchatus, S. Iacobi D. Franciſcus de Caſali maiori, S. Auguſtini & SS. Firmi & Ruſtici D. Gherardus de Mutina, S. Angeli D. Io. de Scledo, S. Georgij in Braida D. Antonius Maurocenus, S. Petri D. Paſqualinus de Taruiſio, S. Gregorij D. Victor de Mothono. M cccc lx

Funeſtus fuit hic annus MAPHAEI CONTARENI *obitu, qui Secundus Venetorum Patriarcha teſtamento corpus ſuum in D. Georgij æde condi voluit, vt in diem nouiſſimum ibi quieſceret, vbi meliorem vitæ partem egiſſet. Corpus itaque defuncti in ſacello B. Iuſtiniani, quem præceptorem coluerat, magno populi concurſu repoſitum fuit, cui additus hic titulus.*

HIC SITVS EST MAPHÆVS CONTARENVS PER OBEDIENTIAM PATRIARCHA II VENETIARVM QVI CVM MINVS PAVPERTATIS QVAM Maphæi Contareni Patriarchæ obitus.

CONTINENTIÆ PROPOSITÆ AVCTVS PATRIARCHALI DIGNITATE EGREGIVM SPECIMEN DEDISSET, ET ORDINE HOC SVO ET LAVRENTIO IVSTINIANO PRÆCESSORE DIGNVS CONCESSIT AD SVPEROS MCCCCLX. DIE XXVI MARTII.

Maphæo in Patriarchatu Andreas Bondumerius ſucceſſit.

Mcccclxi *Exacto annuo munere die* XXI *Aprilis in Generalis dignitatem adſciſcitur D. Hieronymus Blanchus Venetus, S. Mariæ in Vantio Ioannes Placentinus, S. Ioannis Decollati Marcus Guppus, S. Iacobi extra Montemſilicem Bartholomæus Florentinus.*

Poſſeſſiones Iuſtinopoli reſtitutæ.

Hoc anno duodecimo Iunij Paſqualis Maripetrus Dux Venetus Victori Duodo Prætori Iuſtinopolitano commendat poſſeſſiones Canonicorum S. Georgij, quas alij ob temporis præſcriptionem occuparant. Reſtitutæ quidem fuerunt integræ, ſed poſtea temporis diuturnitate, & maiorum indulgentia alijs ceſſerunt. Recuperandi animum vt noſtris excitemus optimi Principis diploma ſubiungimus.

Ducis Veneti Reſcriptum.

PASQVALIS MARIPETRO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Victori Duodo, de ſuo Mandato Poteſtati, & Capitaneo Iuſtinopolis, & Succeſſoribus ſuis fidelibus ſuis dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Venerabilibus Canonicis S. Georgij de Alega ſpectant, & pertinent, vt aſſerunt, nonnullæ poſſeſſiones, & terrena, quarum negligentia ſuorum Procuratorum à certis*

an-

annis circa introitus, & redditus non perceperunt. Nunc autem cum velint intelligere eis ſpectantia occupatores dictarum poſſeſſionum, & terrenorum non valentes aliter ſe præualere allegant præſcriptionem temporis, quæ vt noſtis, Eccleſijs non currunt. Quare volumus, & vobis mandamus quatenus ipſis venerabilibus Canonicis Ius ſummarium cum expeditione celeri contra occupatores, ſiue detentores poſſeſſionum, & terrenorum, quæ oſtendent ad eos ſpectare auditis iuribus partium miniſtrare debeatis.

Dat. in noſtro Ducali Palatio die XII. Iunij, Indict. IX. MCCCCLXI.

Dux pariter ſua erga nos propenſione decretum Aloyſij Grimani anteceſſoris ſui ſecutus die XVI Iulij Iacobo Lauredano Prætori Patauino mandat, vt coloni noſtri agros longa annorum ſerie ob temporum iniuria ſine locatione occupatos reſtituant, aut nouis conditionibus ad Patrum arbitrium colant.

Quid vero ab hoc tempore vſque ad Annum MCCCCLXXVII *in Comitijs peractum fuerit, prorſus obliterauit temporis iniuria, quæ nobis geſtorum commentaria ſubduxit, quam non credibile fuerit maiores noſtros præ negligentia calamo temperaſſe, quorum aliàs vigilantia vbique conſpicua eſt.*

Interea Antiſtitum ſeriem pertexemus. Inter hos Anno MCCCCLXII *D. Hieronymo ſucceſſit Michael Maurocenus Vir ſanè iſto munere digniſſimus. Hoc ipſo anno cùm aliquando ante hac tempora Sum-* Mcccclxii

mi Pontificis Eugenij IV. iuſſu commiſſa fuiſſet LAV-RENTIO *Iuſtiniano recognitio Ordinis Humiliatorum, ijque cauſæ ſuæ parum fidentes ſibi fuga proſpexiſſent, ſubſtitutis in ipſorum locum Patribus minoribus; eorum quidam ſe ſiſtunt, Pontificis auctoritatem implorantes, quod cauſa non audita eſſent proſcripti. Intercedente itaque de priſtina reſtitutione ad Pontificem Senatu Veneto, ſub conditione reformationis ad Cœnobium redeunt. Interuenientibus autem Anno* M CCCC LXI *de negligentiori ipſorum vita nouis ad Pontificem querelis, Patriarchæ Iuſtiniano noua iniungitur reformationis cura, qui ad Cœnobium eorumdem profectus, cùm neglectam religioſæ vitæ obſeruantiam, nec Humiliatorum quemquam præter tres fugitiuos fratres minores Ordinis S. Franciſci ibidem inueniſſet, deſertæ Eccleſiæ, & Cœnobio D. Antonium Maurocenum, ac D. Danielem S. Georgij in Alga Canonicos præfecit. Reluctantibus autem fruſtra Humiliatis Sereniſſimus Senatus Venetus Vrbi propemodum inuiſis, Præpoſituras quaſdam in territorio Taruiſino, & Bergomenſi deſtinauit, vt Patres noſtri viuendi inſtituto publicæ deuotioni reſpondentes celebrem in Vrbe Veneta S. Mariæ ab Horto Eccleſiam olim S. Chriſtophoro nuncupatam ipſorum loco obtinerent. Quam eos Anno* M CCCC LXII. *Quarto Cal. Nouembris adiiſſe, publicæ tabellæ fidem faciunt. Quarum hic eam damus partem, quæ noſtrum negocium attingit.*

Humiliatorum Orco.

PIVS

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, qui ſingulari prærogatiua Iuris ſuper Monaſteria, & alia beneficia Eccleſiaſtica quæcunque etiam diuina obtinet inſtitutione principatum ad ea ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio libenter intendit, per quæ Monaſterijs, et beneficijs ipſis, necnon perſonarum quarumlibet præſertim ſub Religionis habitu Domino militantium indemnitatibus prouideri, ac in Monaſterijs, & alijs beneficijs prædictis ſpiritualium, & temporalium feliciter ſuccedere valeat incrementum. Hodie ſiquidem ad inſtantiam dilectorum filiorum Nobilium Virorum Ducis, & Dominij Venetiarum ſuper eo Nobis humiliter ſupplicantium, & ex certis cauſis animum noſtrum mouentibus dilectos filios Fratres Ordinis Humiliatorum in olim Monaſterio S. Chriſtophori, alias S. Mariæ dell' Horto Venetiarum commorantes, ab eodem olim Monaſterio duximus auctoritate Apoſtolica amouendos, ſupprimentes Ordinem Humiliatorum in eo, & nomen Monaſterij huiuſmodi, illud in Præpoſituram Secularem erigentes dilectis filijs Canonicis Congregationis S. Georgij in Alega etiam Venetiarum per eos iuxta ipſorum ritus, mores, ſtatuta, conſuetudines, ac eis conceſſa priuilegia ex tunc in antea tenendum, & etiam gubernandum, cum omnibus, & ſingulis eius poſſeſſionibus, bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & pertinentijs ſuis perpetuò conceſſimus, donauimus, & incorporauimus, ap-*

Pij Sum. Pont. Diploma de Prioratu S. Mariæ ab Horto.

applicauimus, & appropriauimus, ſtatuentes, & concedentes quod liceret ex tunc Canonicis dictæ Congregationis per ſe, vel alium, ſeu alios erectæ Præpoſituræ, necnon poſſeſſionum, bonorum, iurium, & pertinentiarum prædictorum corporalem poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, ac illius fructus, redditus, & prouentus in ipſius Præpoſituræ de nouo erectæ, ac Canonicorum præſentium, & futurorum huiuſmodi vſus, & vtilitatem perpetuò conuertere, & exponere, Diœceſani loci, & cuiuſcumque alterius licentia ſuper hoc nullatenus requiſita, prout in noſtris ad perpetuam rei memoriam deſuper confectis literis plenius continetur. Cupientes igitur dictorum fratrum Humiliatorum, ac Ordinis eorumdem indemnitati, ſtatui, & quieti quantum in nobis eſt conſulere, ipſiſque in recompenſam Monaſterij ab eorum Ordine ſegregati huiuſmodi de alicuius congruentis ſubuentionis auxilio prouidere, attendentes quoque quod Dux, & Dominium præfati prout ex eorum ſcriptis Nobis innotuit, adhoc aſſiſtere, & fauores interponere optimos parati exiſtunt, motu proprio, &c.

Huius beneficij vt quietior eſſet fructus, Siſtus Quartus anno M CCCC LXXIII *duodecimo Cal. Maij ſua ſponte perpetuum reliquis ſilentium indicens, nobis huius loci poſſeſſionem ſua auctoritate confirmat. Noſtri vero eum propè deſolatum noua ſubſtructione in eam planè faciem reduxerunt, qua hodie ſua elegantia quoſuis inuitat.*

In

In amœniſſima Venetæ vrbis parte ſitum eſt templum, quod vulgo S. MARIA DALL'HORTO *appellant, quoniam olim frequentiores Horti vndique circumiacerent; vel quia Iconem B. Mariæ Virginis lapideam ferè rudem ijs in hortis priſci inuenerint, quæ poſt multa miracula in hanc ædem tranſlata fuit. Spectabilis architectura fronte ſtatuas Græcæ vetuſtatis monſtrat. Intus magnificum apertum, excellentium pictorum ac ſtatuariorum operibus ornatum, quibus vt magnitudine, ita forma etiam præſtare videtur colloſſeum D. Chriſtophori ſimulacrum, ad ſtaturæ eius exactam ſimilitudinem, quæ ex reliquijs patellæ cruris An.* M CCCC LXX *ex Britannia tranſlatæ colligitur, ingenioſè effictum à Gaſpare Moranzone. Laquearia genere picturæ, quam vulgò perſpectiuam vocant, veſtita ſuſpicientium oculos recreant, falluntque iuxta; nec enim quiſquam ea intuitus eſt, quin ſinuata, & retracta introrſus, atque ita templum excelſius longè, quàm re vera eſt, eſſe putauerit. Chriſtophorus & Stephanus Brixienſes fratres Anno* M D LVI. *ea depinxerunt. In maiori ſacello picturæ vndique occurrunt Iacobi Tentoretti Veneti pictoris celebris, qui pariter S. Agnetis Aram & pulcherrimas Organi tabellas coloribus variauit. Regilli Pordononi opus eſt Ara B. Laurentij expenſis Nobil. Raineriorum, qua nihil pulchrius. Templum quatuor à ſiniſtra parte ingredientibus ſuperbit ſacellis; è quibus Contarenorum præcipuum eſt, vbi Ga-*

S. Mariæ ab Horto deſcriptio.

Gaſparis Contareni Cardinalis celeberrimi, ac Thomæ D. Marci Procuratoris, & Thalaſiarchæ ſtatuæ marmoreæ ſpectantur. Ara etiam Iacobi Tentoretti inuentione celebris. Alterum Maurocenæ olim familiæ; à Ioanne Theupolo Patriarcha Veneto ara & parietes picturis Dominici Tentoretti exornantur. Tertium Vendraminæ domus marmore diuerſi coloris variatum; cuius Aram Petrus Mera pinxit. Quartum Valeriorum, in quo Palmæ ſenioris artificium elucet. Opera etiam Iambellini videntur hic B. Virginis, & D. Ioannis Imagines, quæ duo altaria ornant. Altaria Franciſci Fedrigaſij paſſionem Chriſti penicillo Matthæi Ponzoni monſtrat; cuius ex aduerſo Laurentij S. Crucis Florentini Ara martyrium S. Laurentij à Daniele Van Dech pictum exhibet. Ara B. Virginis columnis marmoreis ornata, veſtibus ſericis, & aureatis, necnon argenteis lucernis piorum obſequio ſeruit; quorum donaria pia Franciſci Formenti ciuis Veneti liberalitate ſplendidè fulgent. Sacrarium ſacris veſtibus, & argentea ſupellectile cum SS. reliquijs egregiè locupletatum. Ædem præterea illuſtrant diuerſorum ſepulcra, è quibus memoria digna Tiberij Parmenſis Humiliatorum Generalis, qui anno MCCCLXV *Templi ſtructuram incæpit; Ioannis etiam de Sanctis ſculptoris, cuius celo B. Virginis icon debetur: ad cuius aram ipſe artifex defunctus ex pacto condi voluit. Societatis Laicorum, quæ vulgo Scholæ, hic tres. Piſtorum prima,*

quo-

quorum ara Magos Chriſtum puerum adorantes repræſentat. Altera Textorum, tutelari Diuo Michaele. Tertia Mercatorum titulo clara, in qua hodie ciues præcipui. Sacra his in cœmeterio ædes elegantiſſimis Tintoretti aliorumq. picturis, & argentea magni pretij ſupellectili ſplendida. Iungitur Baſilicæ cœnobium amplum, cuius ſuperior contignatio conica planitie, ſpatioſum habens ambulacrum cum cellulis hinc inde ſitis, & Bibliotheca, patentibus in fine amplis feneſtris, Muranum, aliasq. æſtuarij inſulas magnificis templis & ædibus dotatas grato intuitu ſpectat. Nouæ hic officinæ, & triclinium magnum pictura ornatum.

Quæ ad aeris ſalubritatem paucis ab hinc annis extructa vniuerſo operi elegantiam addunt. Prouentus miniſtrant prædia Mirani, qui territorij Patauini pagus eſt, cuius templum cum animarum cura noſtris paret. Itemque Carpeneti alia, & in Diæceſi Vicentina propè Coloniam Zumellæ. Quæ verò propè Polam in Iſtria olim erant, ob culturam, ab aeris intemperie parum felicem à nobis iam diu relicta ſunt. Societas hic eſt numeroſa ob frequentiorem ciuium concurſum. Cantores etiam, & patres annis ſacrarumq. literarum notitia prouectiores audiendis piorum confeſſionibus. Ex qua ſede complures Viri celebres prodierunt. Anno MDLXI *à Legato Apoſtolico Petro Franciſco Cardinali Ferrerio his patribus conceſſum fuit, vt ritu D. Marci templo, alijsque*

quibuſdam peculiari, ſacra natalitijs vigilijs Seruatoris noſtri, alijs poſt mediam noctem conſueta; hic ſub crepuſculum veſpertinum fierent, quem & Mirani aliquot annis ſeruarunt. Sed iam ad priſtinam conſuetudinem redierunt.

M CCCC LXIII *Anno* M CCCC LXIII *Antiſtitis munus adijt Marcus Cuppus. Quod Antonius Maurocenus ſecunda vice ſuſcepit Anno* M CCCC LXIV. *Hoc tempore Pontifex ab omnibus & ſingulis monaſterijs ceterisq. Eccleſiaſticis dimidium omnium prouentuum huius anni ſub excommunicationis ſententia, & omnium locorum priuatione cum exegiſſet, vt ingentes copias ex omnibus terræ partibus aduerſus Turcas conſcriberet; Anconæ exercitum ac triremes vna cum totius Claſsis Veneto Imperatore expectans, vt eum pijs votis proſequeretur, lente febre ſexto decimo Auguſti die ad cæleſtem vitam tranſijt: Dux Venetus Chriſtophorus Maurus, qui anno* M CCCC LXII *Maripetro ſucceſſerat, biduo poſt cum decem triremibus appulit.*

Pij II mors.

M CCCC LXIV *Incredibili noſtrorum lætitia die* XXXI *Auguſti Petrus Barbus Eugenij IV. Pontificis ex ſorore nepos* PAVLI II. *titulo ad ſummum Eccleſiæ faſtigium euectus eſt. Hic memor Societatis noſtræ hoc ipſo anno voluit eam ingredientes abſolui ab omni excommunicatione, & plenariam abſolutionem ſuorum reatuum obtinere: Idem conſtituit quod nemo ab illa recedere poſſet, niſi petita venia, & facta reſti-*

Petrus Barbus Pauli II nomine Pontifex creatur.

tutione

tutione rerum ad dictam Congregationem pertinentium.

Ioannes Placentinus MCCCCLXV *Generalis prouinciam obtinuit. Nouo exemplo exigebant hoc tempore à Canonicis S. Petri vectigalia eorum præfecti Brixienſes, non obſtantibus cœnobij noſtri Priuilegijs, auctoritate Imperatoris Henrici III. & Mediolanenſium Ducum ſtabilitis. Patres verò ſupplicem libellum Sereniſſimo Venetorum Principi exhibentes laudabile hoc ſummæ benignitatis reſcriptum impetrant.* Mcccclxv

CHRISTOPHORVS MAVRO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobili, & ſapientiſſimo Leoni Duodo, de ſuo Mandato Poteſtati Brixiæ, & ſucceſſoribus ſuis ſalutem & dilectionis affectum. Canonici Seculares S. Petri Oliuerij de Brixia Congregationis S. Georgij in Alga Ciuitatis Venetiarum, cum querela Dominio noſtro exponi fecerunt, quod pro redditibus & introitibus poſſeſſionum, & bonorum dicti Monaſterij per Datiarios Brixiæ cogi volunt ad ſolutionem datiorum contra conſuetudinem & iuſtitiam, quia nunquam pro dictis introitibus Monaſterij ſui, nec ipſi, nec eorum anteceſſores aliquid ſoluerunt datiarijs, nec pro datio aut gabella aliqua; Nosq. prouidere velimus ne ad talia contra Iuſtitiam, & antiquam conſuetudinem per Datiarios compellantur. Quare iuſtæ requiſitioni dictorum religioſorum annuentes volumus, & mandamus vobis, quod non per-* Ducis Veneti Reſcriptũ pro immunitate cœnobij S. Petri.

mittatis eiſdem religioſis aliquid innouari per Datiarios ipſos in dictis ſuis redditibus contra conſuetudinem per tempora lapſa obſeruatam, ſed eiſdem obſeruentur conſuetudines antiquæ hucuſque obſeruatæ ſicuti iuſtum eſt.

Dat. in noſtro Ducali Palatio die III. Auguſti, Indict. XIII. MCCCCLXV.

Defuncto Bondumerio, Veneti Patriarchas habuere Gregorium Corrarium, & Ioan. Barocium Epiſcopum Bergomenſem, cui paulo poſt morte erepto ſucceſſit Maphæus Gherardus Camaldulenſium Generalis, poſtea in Cardinalium numerum adoptatus.

Mcccclxvi *Anno MCCCCLXVI, cùm Hieronymus Blancho Generalatum ſuſcepiſſet, è potentioribus varij denuò bona Congregationis noſtræ vſurpare eorumq. iura, prouentus, iuriſdictiones, & agrorum limites infeſtare conabantur. Verùm quoniam arduum erat ob ſingulas querelas ad Apoſtolicam Sedem recurrere,*

Canonicorũ Conſeruatores *Iudices à Paulo II Veneto Summo Pontifices ibi aſſignari petunt Patres, quorum auctoritate vis omnis auerti poſſet. Venetus itaque Patriarcha, & Abbas S. Georgij Maioris Conſeruatores, & Arbitri eorumdem hiſce literis electi.*

Pauli II Priuilegiũ. PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Venerabili fratri Patriarchæ Venetiarum, & dilecto filio Abbati Monaſterij S. Georgij Maioris Venetiarum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino*

præ-

præſidentes circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, vt iuxta debitum paſtoralis officij eorum occurramus diſpendijs & profectibus, Diuina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Rectoris, & Canonicorum Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum in communi viuentium conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque Eccleſiarum Prælati, & Clerici, atque Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quàm etiam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, Laici, ſingulares perſonæ, & Communia Ciuitatum, & Diœceſ. ac aliarum partium diuerſarum, occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, necnon fructus, cenſus, redditus, & prouentus Monaſteriorum Congregationis eiuſdem in Ciuitatibus, terris, & locis temporalis Dominij Venetorum, ac Ciuitate noſtra Bononienſi conſiſtentium: & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia ad Congregationem, & Monaſteria prædicta ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem: nonnulli etiam Ciuitatum, Diœceſ. & partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant eiſdem Rectori, & Canonicis ſuper dictis Caſtris, Villis, & locis, alijs terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus,

bus, & iuriſdictionibus, fructibus, redditibus, cenſibus, & prouentibus eorumdem; & quibuſcunque alijs bonis mobilibus, & immobilibus; ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eoſdem Rectores, Canonicos, Congregationem, & Monaſteria ſpectantibus multiplices moleſtias, & iniurias inferunt, & iacturas; Quare dicti Rector, & Canonici nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum eis valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi illo volentes eiſdem Rectori; & Canonicis remedio ſubuenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus committendi ſimilia præcludatur, dummodo Rector, & Canonici prædicti ſub regulari obſeruantia Altiſſimo gratum impendant continuo famulatum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Vos duo, aut vnus veſtrum, per Vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſeruatores, & Iudices infra tamen Dominium, & Ciuitatem huiuſmodi Rectori, & Canonicis prædictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eoſdem ſuper ijs, & quibuſlibet alijs bonis; & iuribus ad Congregationem, & Monaſteria prædicta ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſcunque alijs, quam etiam ab alijs Canonicis, & perſonis Congregationis prædictæ indebitè mole-

le-

leſtari, vel eis grauamina, vel damna, ſeu iniurias irrogari facturi dictis Rectori, & Canonicis, cum ab eis, vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium reddittuum quoque, & prouentuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis præſentibus, & futuris; in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij; In alijs vero prout qualitas eorum exegerit, & ſecundum eorum Canonica inſtituta iuſtitiæ complementum occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis, etiamſi ſi Canonici dictæ Congregationis extiterint, quandocunque, & quotieſcunque expedierit auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam Ciuitatem, & Diœceſ. niſi in certis exceptis caſibus, & illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices, & Conſeruatores à Sede deputati prædicta extra ci-

ui-

uitatem, & Diœceſem in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœceſ. eorumdem trahere præſumant, aut quod de alijs, quam manifeſtis iniurijs, atque damnis, & alijs, quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis conſeruatores nullatenus ſe intromittant, quam alijs quibuſcunque conſtitutionibus à felicis recordationis Eugenio PP. IV. & alijs Romanis Pontificibus, etiam prædeceſſoribus noſtris, tam de Iudicibus delegatis, & Conſeruatoribus, quam perſonis vltra certum numerum ad Iudicium non vocandis, aut alijs editis quæ veſtræ poſſint in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati eiuſque libero exercitio quomodolibet obuiare, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ Iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Ceterum

vo-

volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento legitimo præpeditus; Quodque à data præſentium ſit vobis, & vnicuique veſtrum in præmiſsis omnibus, & eorum ſingulis cæptis & non cæptis, præſentibus & futuris perpetuata poteſtas, & iuriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate in præmiſsis omnibus cæptis & non cæptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis quoties pro parte Rectoris & Canonicorum eorumdem ſuper hoc fueritis requiſiti procedere, diffinire, ac in præmiſsis, & circa ea omnia & ſingula, peragere valeatis, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, cuiuſlibet veſtrum, in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet. Conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Aug.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ.

Io: Baptiſta de Tartarinis.

Procurata iam maiori Ordinis ſecuritate Capitulum Anno M CCCC LXVII *Michaelem Maurocenum* Mcccc lxvii

Vu num

M CCCC LXVIII

num Generalem conſtituit; quem ſecutus eſt Matthæus Carturus Anno M CCCC LXVIII, *quo Dux Venetus Chriſtophorus Maurus Franciſco Sanudo Oratori ſuo præcepit, vt Canonicos apud Summum Pontificem & Cardinales adiuuaret; Cardinali quoque S. Marci eorumdem quietem commendaret.*

Latinus Vrſinus Cardinalis S. Saluatoris in Lauro cœnobiũ Canonicis Secularib. donat.

Hoc anno ſumma liberalitate Cardinalis Latinvs Vrsinvs *Congregationem noſtram perpetua ſui amoris memoria honeſtauit. Is enim ſanguine & virtutum magnitudine inter ceteros illius æui Romæ Eccleſiæ Purpuratos Eminentiſſimus S. Saluatoris in Lauro Romæ Templum ſplendidè exornatum varijs ſuorum prouentuum redditibus locupletauit, vt indicat ſaxum ſupra ædis oſtium.*

Latinvs Vrsinvs Cardinalis
Templvm hoc erexit et dotavit.

Nec minori ſtudio cœnobium huic addidit. Solicitus enim meditabatur, quam religioſorum familiam huc traduceret. Maiorum igitur noſtrorum inculpatis moribus iam vndique notis motus Cardinalis, quos loco dignos iudicarat, patres benignis literis Romam euocat. Hi intra mediocritatem fortunæ dum rerum ambigui aliquandiu hæſitant, ille feruentior eorum contubernium exoptat, Venetum Oratorem rogat, ne Canonici S. Georgij in Alga affectus ſui ſignificationem ſpernant. Veris tandem rationibus inducti Principis precibus cedunt, quò in vrbe orbis principe honeſtum eius locum obtineant. Huc igitur poſtquam ac-

ceſ-

ceſſiſſent, Cardinalis munificentia, & comitate, aliorumque Vrſinæ familiæ Principum fauore in dies recreati, ſtabile adeo ſucceſſoribus benignitatis incrementum reliquerunt, vt Vrſinorum tutela nihil felicius aut optabilius deſiderari potuiſſet.

Locus quippe ædificijs vndique clauſus, interiori ſtructura picturis, marmoribus, vberrimisq. fontibus vndique ſpectabilis. Hic bina clauſtra. Prius EVGENII *Quarti epitaphium de quo ſupra diximus exornat, vnaque elegans ciſterna. Alterum fonte à noſtris amœnius redditum eſt. Hinc triclinium pictura celeberrimi Ioſephi Saluiati illuſtrat. Hortus malis citrijs & aureis conſitus ſuo virore oculos lætificat. Cardinalem à grauioribus negotijs ſe ſubtrahentem quietis cauſa dimiſſa numeroſiore familia huc ſeceſſiſſe ferunt, atque in cellula ſibi ſelecta cum ſanctiſſimis viris pietati operam dediſſe, eodem victu in triclinio cum patribus ſobrie vſum, beatiorem hanc vitam ſummopere extuliſſe. Cum affectu ita creuit in optimo Principe noſtri ſtudium, vt ſupellectilem ſacram ſeorſim augeret, quin opulentiſſimam Abbatiam S. Pauli iungeret, vicinasq. domos cœnobio adijceret.*

Celebris eſt S. Pauli in Valle Pontis locus ſeptimo ab vrbe Peruſiæ lapide inter amœnos illius territorij montes in colle eminens. Cœnobium, quod anno MC *die* XXVIII *Maij conſecratum, initio à Caſſinenſibus habitatum fuit. Antiqui operis eſt triplici porta ferrata munitum. Hortis cingitur & oliuetis, ibiq. pi-*

Vu 2 *ſcina*

ſcina è fonte vberrimo ſtagnat. Monachorum cellulæ adhuc ſuperſunt, cetera in meliorem & ampliorem formam redacta. Templum hic amplum, vbi antiquitatis veſtigia pedum eburneum, & eadem materia Seruatoris noſtri effigies. Item mitra ſeptenis crucibus inſignita. Sex olim Eccleſias Parochiales ſibi ſubiectas habebat, nunc vna tantum in oppido Moreſcho, amiſsis alijs maiorum negligentia. Agris optimis & ſiluis adhuc fruitur lætiſsimis ad aucupij delitias, ceterosque fructus vberrimos. Feuda poßidet quamplurima, nec paucas Peruſiæ domus. Gymnaſio Peruſino quotannis ducatos L. pro cenſu agrorum pendit. Vrbs verò ipſa pro loco ad ciſternam conceſſo, ceræ portionem ſoluit.

Anno M D X C I I I, X X V I I *Aprilis hora* X V I I *graui terræmotu turris culmen illæſis campanis corruit. Noſtra verò ætate Abbatiæ res plurimum locupletauit vir optimus P. D. Tranquillus Leonius, qui non modò diligẽti cura olineta excoluit, ſed emptis inſuper agris ſupellectilem domeſticam ipſaq. ædificia noua acceßione ſplendidiora reddidit. Abbatias inſuper S. Saluatoris cœnobium cum molendinis habet, oppida inſuper & diuerſas iuriſdictiones ac feuda, inter quæ in Augubij Diœceſi, Thiezzi caſtrum: innumeros pene agros etiam in tertiam ſucceßionem emphyteuſi locat, qui etiamſi extinctis cultoribus ad cœnobium redeunt, dum tamen patrum facilitate denuo alijs defunctorum agnatis conceduntur, cœnobij red-*

dui-

ditibus plurimum diſcedit. Cænobio præficiuntur primarij Societatis viri, ac in primis ij, qui recenti Generalis dignitate eminuerunt.

Mcccclxix S. Euſebij Monaſterium Brixiæ.

Anno M. C C C C L X I X *Præſide Antonio Mauroceno Ciuitas Brixienſis Cænobium S. Euſebij, extra mænia ciuitatis ſitum, peſte correptis valetudinarium conſtituere nitebatur. Patres tamen Sereniſſimi Ducis Veneti ad Vrbis Rectores ſequenti mandato priſtinum loci vſum retinent.*

Ducis Veneti Literæ.

CHRISTOPHORVS MAVRO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & ſapientibus Viris, Aloyſio Bembo de ſuo mandato Poteſtati, & Marco Barbadico Capitaneo Brixiæ, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem & dilectionis affectum. Conqueſtum nobis eſt nomine Venerabilium Religioſorum Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga, quod cum habeant extra mænia iſtius Ciuitatis noſtræ Monaſterium quoddam nuncupatum ſanctus Euſebius per iſtam fideliſſimam Communitatem eis acceptum z.i fuit tempore peſtis, & in ipſum poſiti, qui peſte percuſſi erant, quod præter eorum Canonicorum voluntates, ac Societatis ſuæ commoda factum eſt. Eſt enim ijs locus, ſiue Monaſterium S. Euſebij membrum dependens ab eorum Monaſterio S. Petri Oliueti, vt vos optime ſcire non dubitamus, quibus ambobus Religioſi ipſi inhabitant, diuina quoque miniſtrant officia, vti in cæteris locis eorum ordinis faciunt. Supplicantque vt taliter man-*

da-

dare dignemur, quod Monaſterium ſuum prædictum rehabeant. Cum itaque ab omni humanitate alienum ſit, neque vllo Iure, tam diuino, quam humano liceat loca huiuſmodi Religioſorum propria occupare auctoritate, & eos ex eis expellere, ſiue communis, ſiue priuata accedat vtilitas. Mandamus Vobis, vt iſti fideliſſimæ Communitati noſtræ, ſeu Ciuibus ad id deputatis dicere nomine noſtro debeatis quod permittant Monaſterium prædictum ipſis Religioſis libere, & ſine contradictione aliqua: Sic quoque efficite omnino vt faciant, vt in eo habitare & ſtare ad eorum libitum poſſint tanquam in loco eis de iure ſpectante, & pertinente, & religionis ſuæ proprio: Nec eis propter hoc amplius ſint moleſtiæ, aut impedimento, vt quietis animis Deo Optimo Maximo inſeruire poſſint, & religionis ſuæ præſtare officium.

Dat. in noſtro Ducali Palatio XXIX. Maij, Indictione ſecunda M CCCC LXIX.

M cccc lxx M CCCC LXX *Marcus Cuppus Generalis electus. Die XII Iulij Summus Pontifex Paulus II ob Eugenij IV. memoriam auunculi ſui, Patriarchæ Veneto, & Abbati S. Georgij Maioris iubet vt duodecim è noſtris ſenioribus Canonicis eligant, qui Societatem noſtram ad antiquatos mores reuocent. Anno*

M cccc lxxi M CCCC LXXI *Franciſcus Paradiſus denuo Præſes ſalutatur. Cuius interceſſione Sereniſſimus Princeps Venetorum S. Petri Cænobium Brixiæ hunc in modum nouo grauamini eximit.*

CHRI-

CHRISTOPHORVS MAVRO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobili & ſapienti Viro Petro Foſcareno de ſuo mandato Poteſtati Brixiæ fideli dilecto ſalutem, et dilectionis affectum. Supplicatum eſt noſtro Dominio pro parte Venerabilium Religioſorum Monaſterij S. Petri Oliuerij iſtius noſtræ Ciuitatis Brixiæ Congregationis S. Georgij in Alga huius noſtræ Vrbis Venetiarum: Quod cum habeant quædam nemora in montibus, in quibus fiunt carbones, & aſportantur ad Villam Nebulentæ dicti Monaſterij, vbi ſoliti ſunt carbones ipſos vendere: Sed ex quodam nouo ordine coguntur carbones ipſos conduci facere Brixiam: Et cum hoc fiat cum maxima eorum expenſa, ſupplicant concedi ſicut ſolitum eſt, quod carbones ipſos ad Villam Nebulentæ vendi facere poſſint, ſicuti ex eorum ſupplicatione hic videbitis, in qua & habito reſpectu ad religioſam, & exemplarem eorum vitam, ex qua merentur complaceri: Mandamus Vobis vt permittere debeatis Venerandos ipſos Religioſos vendi facere poſſe carbones ipſos ſicut petunt, & ſicut facere ſoliti ſunt. Et ſi quid forte habetis in contrarium per quod omnino contrarietur huic noſtro præcepto ex aliquo notabili documento, ex quo exequi non liceret, reſcribatis nobis.*

S. Petri cœnobium à grauamine liberatur.

Datum in noſtro Ducali Palatio die XVII Maij, Indictione quarta MCCCCLXXI.

Nec prætereundum imperante Nicolao Trono Sereniſs. Remp. Venetam, cum crebris miraculis Primi

ſui Patriarchæ ſanctitas eluceſceret, ſolicitaſſe Pontificem Sixtum IV. qui defuncto Paulo II. Veneto M CCCC LXXI *ſucceſſerat, vt Epiſcopos quoſdam ſeligeret qui in Vitam & Miracula Laurentij Iuſtiniani diligenter inquirerent. Sed optimorum Virorum laborem iſtum inuiſa omni ſeculo Patriarchalis Sedis conflagratione incommodè nobis perijſſe, Clementis VII diploma An.* M D XXIV *abundè fidem facit.*

M cccc lxxii *Exacto Anno Paradiſus ſucceſſorem habuit D. Franciſcum de Caſali Maiori, in cuius locum*
M cccc lxxiii *Anno* M CCCC LXXIII *Antonius Maurocenus Congregationis Præſes euehitur, cui Duce Nicolao Marcello defuncto anno ſequenti cum Paulus Moce-*
M cccc lxxiv *nicus ſucceſſiſſet D. Cataldus de Cataldis Brixienſis ſolers admodum, & in prouehendis rebus acris ingenij à Patribus Rector Generalis nominatur. Hoc tempore recepti fuerunt ad noſtræ Societatis tutelam, Conſeruatorum titulo Illuſtriſſimi Zanis Diui Marci Procurator, Bernardus Miles, Candianus Bollanus, Marcus Barbadicus, & Franciſcus Sanutus, ijque ad communem bonorum Congregationis participationem aſcripti, & duo è nobiliſſima Valareſſium familia Maphæus Archiepiſcopus Iadrenſis, & Iacobus Prothonotarius Apoſtolicus patricij Veneti, itemque alij præſtantiſſimi Viri de Vrſinis, & Cardinales Mediolanenſis, & Neapolitanus.*

M cccc lxxvii *Anno* M CCCC LXXVII *die* XIV *Aprilis Comi-*

initia habita ſunt in Cœnobio S. Georgij in Alga, quorum acta diligenter conſcripta ad nos integra peruenerunt. Sed quæ nouam rerum faciem præbent. Conuocatis nempe ad S. Georgium cum ſocijs reliquorum Cœnobiorum Præfectis, Rector Generalis præmiſſa paucis exhortatione ſeria ad pietatis & publici boni ſtudium ſedulò capeſcendum, in medio conſeſſus munus renunciabat, ac deinde in ſuum locum vſque ad ſucceſſoris electionem redijt: deinde Antiſtites alij ſuo ſe quique munere abdicabant. Hinc duo Recognitores ex Cœnobio S. Georgij eligebantur, qui Rectori calculos numeranti, cæteriſque omnibus ſuffragijs aſtabant. Iis iungebatur Collega tertius Nomothetæ titulo, cuius erat ſingulorum monita excipere, & proponere. Quinque poſtea ad morum cenſuram Correctorum titulo non inabantur. Bini præterea vniuerſi Collegij Calculatores eligebantur, tandemq. Procurator, ac Notarius. His ita conſtitutis die ſequenti peractis diuinis, precibusque ad Deum fuſis, ad ſupremi Antiſtitis electionem vnanimes procedebant. Aucta quippè Societate hæc non à ſolis Rectoribus, Canonicisque S. Georgij vt antè, ſed communibus Canonicorum calculis inſtitui cœpit. Suffragia verò ſingulorum Canonicorum, (qui præter ſexennij in Societate moram ad minimum ſacris anni ſpacio adhibiti fuere) in Schedis obſignata Rector præſentibus ſcrutatoribus reſignabat: quorum potiori numero ſuperior electus cenſebatur. Hac ratione Antiſtiti ſuf-

Ordo in Comitijs deſcribitur, & electiones variæ.

fectus eſt Franciſcus Paradiſus, qui oſculo manus ab omnibus reuerenter exceptus, è templo ſolemni hymno in Capitulum deducitur: vbi poſtquam vberiora congratulationis officia à ſingulis peracta, finito prandio ceteris Cænobijs de Rectoribus proſpectum fuit. Inter hos S. Mariæ ab Horto D. Antonius Maurocenus, S. Saluatoris in Lauro Romæ D. Franciſcus de Caſali, S. Mariæ in Vantio Paduæ D. Daniel Venetus, S. Georgij Braidæ Veronæ D. Hieronymus de Gaiono, S. Petri Olitueti Brixiæ D. Lazarus Regia, S. Iacobi Montiſilicis D. Iacobus de Leonico, S. Auguſtini extra Vicentiam D. Vicentius de Hiſpania, SS. Firmi & Ruſtici D. Gathaldus, S. Angeli Veronæ D. Donatus Piſanus, S. Gregorij extra Bononiam D. Petrus de Cumis.

Viſitatorũ electio & auctoritas.

Creſcente porrò in dies negociorum mole conſultum videbatur Antiſtiti binos addere Viros Viſitatorum nomine, qui in obeundis monaſterijs communi auctoritate de rebus omnibus cernerent. Huic muneri præficiebantur D. Antonius de Aldis Venetus, & D. Victor de Mothono. Exigendis præterea omnium Cænobiorum rationibus bini Calculatores nominabantur, qui omnia diligenter, ſummaque fide excuſſa, tempore Viſitationum, ad Comitia poſtea referrent. Quo onere D. Franciſcus de Vrceis, & D. Aloyſius Contarenus honeſtati fuere.

Cum iam dies ſuos pio fato clauſiſſet Dominicus Campolongus Prior commendatarius S. Mariæ in

Vantio, Cænobium prouentibus locupletatum, ad ampliorem formam & commodiorem reducitur. Patres igitur relictis duobus tantùm Sacerdotibus cum Laicis Capituli decreto è Cænobio S. Io: Decollati in Vrbem redeunt.

Cænobium in amœniori Vrbis Patauinæ parte ſitum veteris olim ciuitatis mœnibus proximum, extenſo poſtea munimento vberioris præſidij cauſa, Auantio hodie adiacet: qui locus omnes ruris delicias, eaque ſolitudinis oblectamenta præbet, quæ amœnitatis, ac dulcedinis plena Muſas ipſas, & Mineruam inuitare videntur: vt aduenæ literarum cultores iam longè ante noſtram memoriam hunc vrbis ſeceſſum Philoſophiæ cognomine inſigniuerint. In hunc liber incolis proſpectus inter viridantes arborum, hortorumque comas, quos leui murmure riuulus alluit, nec ingratus aer adſpirat. De quo vberior forſitan nobis alibi dicendi locus erit. Iam ſatis ſit, vetuſtate collapſum propè ædificium, primum à Dominico Campolongo reſtauratum, quod oſtendit ſaxum in clauſtro. S. Mariæ in Vantio Cœnobij deſcriptio.

MCCCCXXXVI HOC TEMPLVM FACTVM FVIT PER VENERABILEM ET EGREGIVM DECRETORVM DOCTOREM DOMINVM DOMINICVM DE CAMPOLONGO PRIOREM MONASTERII S. MARIÆ DE AVANTIO, NECNON DORMITORIVM PRÆDICTI MONASTERII IN MCCCCXXVII. CVI IN

HOC MVNDO HONOREM, ET IN ALIO VITAM DIGNETVR DEVS CONCEDERE SEMPITERNAM.

Id poſtea maiores noſtri in ampliorem & auguſtiorem formam reduxerunt. Anno enim M D X X V *conſilium inierunt de reducendo in eam, quæ nunc conſpicitur, formam Templo; quod vnico fornice concameratum, amplum, & apertum vtrinque imminentibus ambulacris peruium, cuius centrum adornat chorus quatuor columnis innixus.*

Celebris hic eſt maioris aræ pictura Bartholomæi Montagnæ; Item Equitis Baſſiani, quæ Seruatoris ſepulcrum repræſentat; peruetuſta pariter B. Virginis ſtatua è ligno dolata. Organum rariſsimum, & figuris elegantiſſimis variatum. Aliæ hic picturæ non incelebres. Sacrarium adiacet ſupellectili ſerica, argentea locuples. Cœnobium duabus areis quadratis cum ſuis porticibus diſtinctum, inter quos interiacet cella vinaria & cochlea, qua in ſuperiorem partem & cubicula hoſpitibus recipiendis dicata aſcenditur. In primo clauſtro ſchola, Ciſterna item Lauro regia cincta, vites partem meridionalem adumbrant. Alterum habet viridarium cum cupreſsis. Hinc atrium, vbi triclinium ampliſſimum & ſublime lignea teſtudine ſpectatur; cui parte ſiniſtra penus & culina, dextra cænacula duo anno M DC X X I X *ad ſeculi politiem redacta. Hortis vndique clauditur ædificium. Parte ſuperiori ambulacra, cæteraque ad-*

Z 2 par-

patrum commoda; vbi Bibliotheca Anno MDCXXX, *cùm cœnobio præfecturam gereremus, noſtra cura acceſſit, in qua cæleſtis prouidentiæ benignitate, maiorumque fauore hos Annales, aliosque noſtri ingenioli ac liberalis otij partus poſteritatis memoriæ confecimus. Muſei autem Inſcriptio hæc eſt.*

QVISQVIS
A BONIS ARTIBVS NON ABHORRES
INGREDERE SVSPICE VENERARE
LIBROS EDITOS M SS. CODICES ET PICTVRAS.
SACRA SVNT OMNIA
ET DOMVS IPSA
MVSIS ET APOLLINI.
CANONICORVM SECVLARIVM
S. MARIÆ AB AVANTIO
DECRETO ANNO MDCXXX
BONO REI LITERARIÆ PVBLICO CONSECRATA
IACOBO PHILIPPO TOMASINO PRIORE
SEDVLO PROCVRANTE.

Iuuenes hic, e XX. *Canonicis, Philoſophiæ & Theologiæ, alij Muſicæ, Confeſsionibus, & Concionibus operam impendunt: e quibus omni tempore Doctores Theologi Collegio Patauino aſcripti fuerunt. Inter eos noſtra ætate claruerunt, Lelius Magnauinus Brixienſis varijs rerum diuinarum ſcriptis celebris, Eugenius Tadeus Veronenſis diuerſis honoribus in ſocietate perfunctus, Georgius Mazzanti Veronenſis Protonotarius Apoſtolicus Principibus Tridentinis charus.*

rus. Iuſtus Beneuenutus Venetus ſummi ingenij in ipſo ætatis flore, & dignitatis incremento mortalibus ereptus. Gabriel à Fonte Ariminenſis optimè de rerum noſtrarum adminiſtratione meritus. Ioannes Baptiſta de Salice Brixienſis voce calamoque Philoſophus, & Theologus eximiè conſpicuus. Theodoſius Ferrarinus Leonicenus nũc Archipresbiter S. Mariæ de Sarego. Bartholomæus Chriſtanus Vicentinus Eminentiſsimi Cardinalis Bentiuoli Theologus. Maximus Turrianus Vicentinus diuinarum ac humanarum literarum peritiſſimus. Guidangelus de Melioribus Ariminenſis Profeſſor & Concionator inſignis. Carolus Scaglia non minoris ingenij quam eruditionis Epiſcopus Triuenti. Aloyſius Gauardus Leonicenus dæmonibus diuina quadam virtute formidabilis. Vicentius Rebeſius Brixienſis honeſtatis & prudentiæ vir. Laurus Cerchiarius Vicentinus Philoſophiæ & Theologiæ profeſſor ſubtilis, magnæ expectationis florente adhuc ætate. Et Scipio Polidorus Romanus qui in patria Theologiam moralem noſtris magna cum laude exponit. Ad quorum gloriam non infelici paſſu inter ceteros lectiſſimi aſſurgũt Thomas Erculanus Patauinus amœnioris ingenij poeta, ac ciuili potiſſimum Philoſophiæ addictiſſimus, & Lucius Campora Patauinus, qui iam docendo non exiguam de ſe opinionem excitauit.

Vicinam cœnobio B. Mariæ Virginis ædiculam, quæ vulgo Turricula, patres olim Laicæ Fraternita-

ti

ti ſponte conceſſerunt: cuius hiſtoriam ſeorſim dabimus. Prædia habet prope vrbem in Villa Guizæ, vbi domum rudiorem ad elegantiam reduximus Anno M DC XXVIII *adiecta breui inſcriptione:*

CANONICORVM SECVLARIVM
S. MARIÆ IN VANTIO COMMODIS
RESTAVRATA ANNO M DC XXIIX.

Hic agri vino & frumento feraces, ſummaque aëris ſalubritate gratus Charitum ſeceſſus. Alia etiam prædia Aquagnolæ, Maſſellarini, Reoſi, Tribani, Paluerariæ, S. Iuliani cum ædicula tenet; Gambararæ prope æſtuaria, & Cortellatæ pariter inter Euganeos montes, vbi vites, & fructus latè proueniunt. Cuius loci eò memini libentiùs, quod peſte Anno M DC XXX *per vniuerſam Lombardiam graſſante tutum hic inuenerim receptum. Parietes iacturam Cl. Virorum, quos dira lues Patauij abſtulit, noſtri ingenij monumento ad perennis obſequij memoriam teſtantur.*

Iam Viſitatoribus imminebat ſub initium Septembris iter Romanum: quibus mandatum fuit, hac occaſione ſimul Florentiæ diſpicerent, num Cœnobium ab Archiepiſcopo nobis oblatum ſatis foret commodum, ſique ſententia diuerſi hærerent, Cardinalem Vrſinum noſtris rebus aliàs quacumque ratione fauentem hac de re ſolicitè conſulerent. Vnde factum vt beneficium poſtea prudenter renuerint. Additum fuit, diligenter luſtrandam etiam eſſe Ædem in

agro

agro Oſmo quā Romanæ Curiæ Clericus cum Abbatia S. Pauli prope Peruſium unitam Cœnobio S. Saluatoris hoc pacto commutare voluit, ut ipſo defuncto ad nos rediret. Sed dum hæc conditio nobis incommoda videbatur, en meliori fortuna Cœnobio S. Saluatoris in Lauro Societatis noſtræ hoc anno tertio nonas Iulij Sum. Pontificis Siſti IV. conſenſu S. Reſtituti Eccleſia prope Oppidum montis Rotundi in Sabinenſi Diœceſi à Baptiſta Vrſino S. Petri Romæ Canonico poſtea ſacra purpura illuſtri acceſſit. Nec inferiori liberalitate hoc ipſo tempore Coſmus de Vrſinis de Baſſanello Abbatiam S. Benedicti de Aſſiſio Canonicis noſtris donauit, qua in hunc diem grata memoria perfruuntur.

S. Benedicti Abbatia Aſſiſij Canonicis oblata.

S. Michaelis de Mirano Prioratus S. Mariæ ab Horto additus.

Eiuſdem Anni Pridie Idus Maij Summus Pontifex aſſentiente Ven. Presbytero D. Antonio de Lauris Prioratum S. Michaelis de Mirano in agro Patauino liberaliter conceſſit hac lege, ut Eccleſiæ S. Mariæ ab Horto uniretur.

Siſti IV. Diploma de Præpoſitura S. Michaelis de Mirano.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. *Dilecto filio Franciſco de Nouello Canonico Taruiſino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Prouidentia Sedis Apoſtolicæ circumſpecta perſonis Dei ſeruitio iugiter intentis, & procul à negotijs ſecularibus vitam agentibus; ne dum illarum ad ſanctas operationes prona voluntas efferuet, per indigentiam rerum temporalium, ſine quibus ſpiritualia diù eſſe non poſſunt aliqualiter refrigeſcat de opportunæ prouiſio-*

nis

nis auxilio, proſpicit diligenter. Necnon perſonis alijs ſua beneficia Eccleſiaſtica ad hoc reſignantibus, ne rerum premantur inopia de congruentis ſubuentionis ope prouides opportunè; prout rerum, & temporum qualitate penſata id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus dilectus filius Antonius de Lauris Plebanus Eccleſiæ S. Martini Venetiarum Acolitus noſter, qui Prioratus S. Michaelis de Mirano Ordinis S. Auguſtini Taruiſinæ Diœceſis ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinet ex certis cauſis animum ſuum mouentibus commendæ huiuſmodi ſponte, & liberè cedere proponat. Et ſicut exhibita nuper nobis pro parte dilectorum filiorum Rectorum, & Canonicorum Eccleſiæ Monaſterij nuncupat. S. Mariæ dell' Horto Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum petitio continebat; licet apud eandem Eccleſiam Canonici dictæ Congregationis diuinis officijs continuò inſiſtentes, & aliæ perſonæ in copioſo numero faciant reſidentiam, & alia diuerſa onera eiſdem Canonicis, ſeu illorum Monaſterio dietim incumbant, ipſi tamen in redditibus, & prouentibus pro ſuſtentatione Canonicorum, & perſonarum, ac pro ſupportandis alijs oneribus præfatis non ſatis abundant. Verum ſi Prioratus huiuſmodi eidem Eccleſiæ perpetuò vniretur, annecteretur, & incorporaretur, Canonici, & perſonæ præfatæ in huiuſmodi temporum neceßitatibus aliquod ſuſciperent releuamen. Quare pro parte

moderni Rectoris, & Canonicorum prædictorum aſſerentium quod Eccleſiæ dictorum, & Prioratus huiuſmodi, qui conuentualis habitu, & non actu exiſtit, cuique cura imminet animarum, & ab aliquo monaſterio, ſeu regulari loco non dependet, cuiuſque tercentorum florenorum aureorum de Camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Prioratum ipſum eidem Eccleſiæ perpetuò vnire, annectere, incorporare, applicare, & appropriare, ac alias in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfato Antonio, qui aliàs fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum in partibus illis collector fuit, ob grata deuotionis obſequia, quæ hactenus nobis impendit, & adhuc ſolicitis ſtudijs impendere non deſiſtit, necnon vitæ, ac morum honeſtatem, aliaque probitatis, ac virtutum merita, quibus perſonam ſuam iuuari percepimus de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, præmiſſorumque intuitu ſpecialem gratiam facere volentes; necnon omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, quæ dictus Antonius etiam ex quibuſuis diſpenſationibus Apoſtolicis obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ Ius ſibi quomodolibet competit quæcumque, quorcumque, & qualiacumque ſint, eorumque fructuum, redituum, & prouentuum veros valores annuos, ac huiuſmodi diſpenſationum tenores, necnon verum, & vl-

& vltimum dicti Prioratus vacationis modum præſentibus pro expreſſis habentes. Ipſumque Antonium ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtat ad effectum præſentium, dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ac votis ipſius Antonij in hac parte fauorabiliter annuentes huiuſmodi quoque ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ab eodem Antonio, vel procuratore ſuo ad hæc ab eo ſpecialiter conſtituto ceſſionem huiuſmodi, ſi illa in tuis manibus ſponte facere voluerit, vt præfertur, auctoritate noſtra hac vice dumtaxat recipias, & admittas, eaque per te recepta, & admiſſa vocatis quorum intereſt Prioratum huiuſmodi quouis modo, aut ex quacunque perſona, ſeu per Antonium tunc, vel quondam Antonij Laurentij olim ipſius Prioratus perpetui commendatarij ceſſionem, vel liberam alterius de illo extra Romanam Curiã, & coram notario publico, & teſtibus ſponte factam reſignationem, aut conſtitutionem felicis recordationis Ioannis Papæ XXII prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Execrabilis, uel aſſecutionem alterius beneficij Eccleſiaſtici auctoritate ordinaria collati, vacet etiam ſi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Con-

cilij ad Sedem Apoſtolicam legitimè deuoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatus exiſtat, & ſuper eo inter aliquos lis, cuius ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa: dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo aliàs alicui ſpecialiter Ius quæſitum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem Eccleſiæ auctoritate noſtra perpetuò vnias, incorpores, & annectas. Necnon præfato Antonio ſuper Prioratu centum, ac quindecim ſtariorum frumenti, & duorum plauſtrorum vini menſuræ illarum partium, & ſuper Eccleſiæ huiuſmodi fructibus, redditibus, & prouentibus quinquaginta florenorum auri ſimilium per Rectorem pro tempore exiſtentem, & Canonicos dictæ Eccleſiæ eidem Antonio quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo in locis, & terminis, ac ſub cenſuris, & pœnis in talibus apponi ſolitis, & ad id per te de partium conſenſu ſtatuendis annis ſingulis integrè perſoluendam reſeruare, conſtituere, & aſſignare procures. Faciens Antonio iuxta reſeruationis, conſtitutionis, & aſſignationis earumdem, ſi illas feceris, tenorem penſionem prædictam realiter, & omni effectu perſolui, & etiam aßignari. Itaque Prioratus huiuſmodi, cum per ceßionem huiuſmodi vacauerit etiam ſi actu quouis modo, aut ex quibuſcunque perſona vacet, liceat Rectori, & Canonicis præfatis dictæ Eccleſiæ corporalem poſſeßionem auctoritate propria apprehendere, ac perpetuò retinere. Illiuſ-

que

que fructus, redditus, & prouentus in ſuos, & dictæ Eccleſiæ vſus, & vtilitatem conuertere, Diæceſani loci, & cuiuſcunque alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Prioratus, ordiniſq. huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica. vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Prioratibus huiuſmodi, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrarint; etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, ac quæcunque inde ſecuta ad dictum Prioratum volumus non extendi. Sed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Et quibuſlibet alijs priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris mentio ſpecialis. Prouiſo, quod dictus Prioratus propter vnionem huiuſmodi debitis non fraudetur obſequijs, & animarum cura in eo nullatenus negligatur. Attenteque prouideas, ne in reſignationem huiuſmodi ſi fiat ex par-

parte Antonij, & Rectoris prædictorum aliqua prauitas interueniat, ſeu etiam corruptela. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, pridie Idus Maij. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Mirani delineatio.

Locus pari diſtantia ab vrbe Patauina & æſtuarijs Venetis ad fluuium Tergulæ ſitus nulli amænitate cedit. Sumptuoſa hic Venetorum palatia nobilibus æſtiua præbent; Mercatus qualibet hebdomada frequens celebratur. Præfecturam eius annuam gerit ciuis Patauinus. Ædes præcipua ſeptem aris ornata noſtra eſt, vbi noſtri ordinis pater tribus alijs presbyteris præeſt: cui domicilium ſatis commodum, & amænum, eique adiecta duo prædia ab alio Canonico adminiſtrantur. Qui verò agros noſtros colunt, exemptione reali, & perſonali gaudent. Ex reliquis autem huius pagi agris fænus quadrageſimum Eccleſiæ cedit. Paſtores præterea paſcua à nobis redimunt. In cuius rei memoriam noſtri patribus familiæ ſimul omnibus feſto S. Michaelis epulum ſolemne exhibent.

Item ſummus Pontifex quintodecimo Septembris rogantibus Patribus nos ſubleuat à Diplomate Pauli II, cuius virtute Patriarcha Venetus, & Abbas

S.Geor-

S. Georgij Maioris correctores, & iudices noſtri erant, Diplomatis Pontificis executore Paulo Contareno Canonicorum S. Spiritus Rectore.

Pariter Calendis Octobris eiuſdem anni Sixto IV Pontifice S. Benedicti de Galiano Apruſienſis Diœceſis prædium Cœnobio S. Saluatoris de Lauro benignitate D. Iacobi de Tropleis unitum fuit. S. Benedicti de Gabiano locus.

Ad terminum regiminis ſui properante D. Franciſco Paradiſo, denuo Antiſtes proponitur D. Franciſcus de Caſali maiori die XI Maij M CCCCLXXVIII. M CCCC LXXVIII
Electi in aliorum Cœnobiorum Rectores S. Mariæ ab Horto D. Franciſcus Paradiſus ad biennium, S. Saluatoris de Lauro D. Antonius Maurocenus ad totidem annos, S. Mariæ in Vantio D. Victor de Mothono, S. Georgij in Braida D. Antonius Veronenſis, S. Petri Oliueti D. Andreas de Tregio, S. Auguſtini D. Vicentius Bergomenſis, SS. Firmi, & Ruſtici D. Thomas de Medicis, S. Iacobi Montiſilicis D. Io: Baptiſta Venetus, S. Gregorij Bononiæ D. Simeon de Marrinengis, S. Io: Decollati D. Antonius de Ianua. Viſitatores D. Cathaldus Brixienſis, & D. Daniel de Venetijs. Calculatores tandem D. Andreas Capello, & D. Antonius.

Et quoniam ad opinionem rectè ſentientium de noſtris conceptam porrò conſeruandam non parum conferre videbatur habitus ad modeſtiam compoſitus, ſancitum hic fuit, per Vrbem cucullo capite velato incedendum eſſe noſtris. Romæ verò habitantibus

con-

conceſſum fuit, vt in Villas excedentes, quo aliàs caput tegebatur, limbum ſiniſtro humero ferrent. Additum fuit, libros S. Georgij in Alga hinc inde diſtractos ſumma cura in ſuum locum eſſe reſtituendos. Tentabat circa hæc tempora Marinus Baduerius locum in Riperia pago Religioſis dicatum cum S. Ioannis Decollati Cœnobio permutare. Inſtitutum quidem noſtris placuit, hac tamen conditione, ſolo ille prouentu frueretur, relicto Congregationi poſſeſſionis titulo. Quod cùm ipſi grauiùs eſſet, delecti ad tranſigendum S. Mariæ ab Horto, & S. Mariæ in Vantio Rectores re irrita diſceſſerunt. Immo anno ſequenti ædificium S. Ioannis reſtauratum fuit, vt peſte tum locis vicinis ſæuiente Canonici S. Mariæ in Vantio hoc veluti ſeceſſu ſuæ ſaluti conſulerent. Sed imminentis mali minæ cæleſti prouidentia conciderunt.

S. Georgij ab Alga libri vniti.

Peſtis minæ.

M cccc lxxix

Rebus itaque proſperis Anno M CCCC LXXIX *die* XIX *Aprilis Rector Generalis eligitur D. Cataldus de Brixia, Viſitatores D. Franciſcus de Caſali; & D. Antonius Veronenſis. Singularis hic eminuit Cardinalis Ioannes de Aragonia, qui Rege Ferdinando Neapolitano patre natus locum Neapoli extruendo Cœnobio nobis deſtinauerat. At deditì ſolitudini Patres remotum à turbis locum maluerunt. Beneficij verò memoriam nouo ac inſueto antehac Protectoris titulo in Cardinalem Patres teſtati ſunt. Initio Septembris annis aduerſaq. valetudine Antiſtes confectus ſupremum diem clauſit, cuius loco* XX

Io. de Aragonia Cardinalis Canonicorũ Protector.

Cataldi Brixienſis Antiſtitis obitus.

die

die eiuſdem menſis omnibus ſuffragijs ſuffectus eſt D. Franciſcus Paradiſus tunc S. Mariæ ab Horto Prior, qui prudentiſsimè res noſtras rexit vſque ad diem penultimam Aprilis Anni ſalutis humanæ M CCCC LXXX, quo tempore Comitijs habitis Antonium Maurocenum ſucceſſorem habuit: cui Viſitatores iunguntur D. Victor de Mothono, & D. Vincentius de Hiſpania. Hic largitione Neapolionis Orſini S. Mariæ Montis Dominici Eccleſiam reſignantis aliquandiu poſt nouam Ordinis ſui acceſsionem vldit, à Summo Pontifice Siſto Quarto die ſecunda Auguſti ratificatam. Itaque Cœnobio S. Saluatoris in Lauro nouis prouentibus, ac numero Religioſorum locupletato, Templum eius in ſinu Vrbis poſitum ſæpius à Viris Clariſsimis frequentabatur, continuaque beneficientia Dominorum de Vrſinis exornatum cetera non minoris ſtructuræ ſplendore, quàm obſeruantia & diuinis officijs præminebat. Hinc miſsis ad eum regendum ſpectatæ prudentiæ & integritatis Viris, breui tempore eorum mores obſequio & veneratione æmulabantur Viri illuſtres, atque in eorumdem ſuauiſſimum vitæ genus concedere ſtudebant. Crebreſcente eorum fama inter aliorum Religioſorum cætus maximè elucebant, Cæleſtinorum cognomine à colore habitus apud vulgus clari, cumque Summus Pontifex eos ad publicas ſupplicationes prodire exoptaret, de præcedentia ei cum reliquo Clero controuerſia ingens ſuboritur. Quam vt dirimeret Pontifex, præ-

Mcccc lxxx

S. Mariæ Montis Dominici ædes S. Saluatori addita.

De præcedentia cōtrouerſia.

ſentibus quatuor Cardinalibus Camerario Gulielmo Rhotomagenſi Cardinali ampliſſimo huius negotij inueſtigationem committit ac deciſionem. Res D. Antonio Mauroceno Rectore cœpta ipſo ad ſupremam Antiſtitis dignitatem euecto, poſt varias rationes vtrinque allatas, qua fieri potuit celeritate componebatur. Cardinalis quippe cùm veram deprehendiſſet Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum præminentiam, Pontifex in conſeruationem Canonicorum S. Saluatoris in Lauro viua voce receptam conſuetudinem Romæ ſeruandam pronunciat. Deciſionis hic ſenſus eſt.

Decretum de Canonicorum Secularium præcedentia.

GVLIELMVS *Miſeratione diuina Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Rothomagenſis Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Camerarius. Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Quia nuper Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quartus aßiſtentibus Reuerendiß. Dominis Sancti Marci, Sanctæ Mariæ in Porticu, Sancti Angeli, & Sancti Nicolai inter imagines ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, viuæ vocis ſuæ Sanctitatis oraculo nobis iniunxit, vt ſi diligenti indagatione præmiſſa nobis conſtaret, Rectorem, Canonicos, Clericos, & Laicos Congregationis S. Georgij in Alga, in rogationibus & proceſſionibus generalibus fuiſſe ſolitos anteire Clericos ſeculares in Ciuitate Venetiarum, in qua exordium huiuſmodi Congre-*

gregatio habuiſſe dignoſcitur, ita etiam in hac Alma Vrbe quo ad eos qui in Baſilica S. Saluatoris in Lauro eiuſdem Congregationis aut quibuſcunque alijs almæ Vrbis Eccleſijs moram traherent, auctoritate Apoſtolica obſeruari faceremus: & nequaquam in futurum inter ipſos & alios religioſos poſſet de retrocedendo altercatio exoriri, ad perpetuam rei memoriam in publicum redigi faceremus documentum. Nos igitur auctoritate præfati mandati ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facti, ſatagentes quietem & pacem omnibus, & potiſſimè Domino ſeruientibus præparare vt ſecurius ac deuotius debita Creatori noſtro obſequia ſedulò impendere valeant; de præmiſſis affatim, & pleniſſimè informati tam locupletiſſimo plurium Venetorum Nobilium teſtimonio, quam aliorum omni prorſus exceptione maiorum, quia præfatos Rectorem, Canonicos, & Laicos, immediatè Clericos hactenus ante iniſſe comperimus, idcirco harum etiam tenore dicimus, aſſerimus, & declaramus in ſingulis proceſſionibus, ſeu rogationibus funeralibus, ac quibuſlibet actibus publicis in futurum in hac Alma Vrbe fiendis præfatos Rectorem, Canonicos, & Laicos, ante Clericos Seculares, ac vna cum ipſis Clericis immediatè debere incedere, vt pote eiuſdem ordinis habitus, religionis, & obſeruantiæ mandantes Apoſtolica, & præfati Domini Papæ auctoritate omnibus, & ſingulis Religioſis Almæ Vrbis, cuiuſcunque ſtatus, religionis, ac dignitatis exiſtant, quatenus

Zz 2 quan-

quandocunque Rogationes, Proceſſiones, aut quoſcunque publicos actus fieri contigerit eoſdem cum Clericis Secularibus liberè ire permittant: eosque primo loco poſt Clericos eſſe, ire, & incedere ſuſtineant, & patiantur, ſub pœna præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ infligenda arbitrio. In cuius rei fidem, robur, & teſtimonium, ne forte aliquid de præmiſſis poſſit dubium exoriri, præſentes noſtras literas fecimus per infraſcriptum Secretarium noſtrum, & noſtri ſigilli Camerariatus officij mandauimus appenſione muniri.

Datum Romæ apud S Apollinarem die decimo octauo Maij milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Sixti diuina prouidentia Papæ Quarti Anno Nono.

Ni. Amerin.

M CCCC LXXXI *Stabilita hac ratione Congregationis noſtræ præminentia, ac dignitate, quæ hodie viget, Anno* M CCCC LXXXI *die* VII *Maij Collegio ad noua Comitia vocato, Patres Præſidem eligunt D. Franc. Paradiſum; Viſitatores D. Franciſcum de Caſali, & D. Danielem Venetum. In benefactorum memoriam piè decretum, in omnibus Cœnobijs publicæ Inferiæ, anniuerſariaque parentalia fierent pro Eugenio Quarto Summo Pontifice, Antonio Corrario, & D. Latino Vrſino Cardinalibus: ſigillatim verò in Cœnobijs de ſe benemeritorum pios manes diuinæ miſſe-*

Inferiæ P. Eugenio, Ant. Corrario, & Latino Vrſino, alijsque bene meritis inſtitutæ.

ſeruationi commendarent, quorum nomina in Sacrario peculiari Tabellæ inſcripta in noſtram vſque memoriam cernuntur. E quibus recens tunc erat mentio D. Cataldi, & Milonis ad S. Georgium Braidæ, Dominici Campolongi in æde S. Mariæ in Vantio. Quibus longa annorum ſeries alios addidit, quos commemorare alterius loci eſt. Inſtitutis præterea noſtris, ceteriſque Conſtitutionibus in vnum redigendis; in dies accedentibus concinno ordine diſponendis, ac in vnum colligendis præficiebantur tres è prudentioribus ſpectati iudicij Collegis: vt ſingula Comitijs probata, eleganti codice ab vnoquoque cœnobio ſeruarentur. Hæc autem poſtquam ſingulis menſibus ad pleniorem ſingulorum notitiam palam recitarentur; quotannis ad publicum Comitiorum conſeſſum deferebantur, vt acceſſione annua diſciplinæ normam, omnemque ſocietatis rationem integram exhiberent. Rectori etiã S. Mariæ ab Horto iniunctum fuit vt à Capitulo Generali Fratrum Minorum, quod tunc Mantuæ celebrabatur, concionatorem impetraret in vſum Eccleſiæ S. Mariæ ab Horto, vel aliunde pro ſuo arbitrio de alio tanto oneri apto prouideret. Eam in poſterum curam loci curatoribus eſſe remittendam; cum noſtris inprimis priuatæ meditationis ſtudium incumberet. Poſtquam Prioratus S. Ioan. Decollati S. Mariæ in Vantio acceſſiſſet, ne Ædes illa peruetuſta negligentia corrueret, iniunctum fuit Rectori ſanctæ Mariæ in Vantio vt ædificij curam haberet. Ne etiam

Canonicorum Conſtitutiones in vnũ redactæ.

anti-

antiquâ loci veneratio obſoleſceret, decretum fuit, quotidie ibidem ſacra ſemel facienda, exceptis feſtiuis diebus, quibus bina exigebantur. Idem de Fano S. Brigidæ apud Brixienſes ſancitum eſt. Cumque Patribus maxime cordi eſſet, vt omnia ad diuinum cultum ſpectantia procurarent, Diurna per cœnobia noſtra in membranis ſcitè miniata diſtribui curarunt, non omiſſis alijs, quæ ad publicum ſplendorem conferebant.

Sabloni prædij cẽſus. *Hoc anno prædij Sabloni cenſu diuerſa ſodalitatis nomina liberabantur, imò à Capitulo patres cum familia illuc miſſi fuerunt, qui loci curam gererent totius ſocietatis iuſſu. Quod quidem vſque ad Annum* M CCCC XCVIII *durabat, quo S. Georgij in Braida cœnobio vniri cœpit.*

M CCCC LXXII *Anno ſequenti die* II *Maij Antiſtes eligitur D. Franciſcus de Caſali, qui ob ſenectutem & aduerſam valetudinem onus oblatum recuſauit. Deuoluta per conſtitutiones tunc temporis electione ad Canonicos præſentes dicti Collegij, ſuffectus eſt ipſi D. Daniel Venetus: Viſitatores electi D. Antonius Mauroceнus, & D. Franciſcus Paradiſus longo rerum vſu & annis ſpectabilis. Die* VII *Maij D. Thomas Medices Rector electus S. Saluatoris in Vrbe Roma dignitate ſe abdicat, cui ſubrogatus eſt D. Gregorius Patauinus. Sed quoniam ob loci diſtantiam, variasque in moderandis recentis Cœnobij rebus difficultates, incommoda videretur annua regiminis mutatio, munus*

Rectoris S Saluatoris munus prolongatur.

illud in biennium prorogandum decernitur, hac tamen lege, vt Rector Comitijs annuis interſit, vel ſuo loco Canonicum mittat. Nonnulla etiam de erigendo monte conſtituta fuerunt. Annuo nimirum prouentu, certus fructuum, & æris numerus à cuiuſque cænobij Præfecto in publicis Comitijs ſucceſſori ſuo aſſignabatur; vt inde reliquum anni temporis conuenienti annona exigeretur. Cui inſtituto ne quid deeſſet, vetitum fuit nouas aggredi fabricas, aut quæcumque Societatis bona vlli oppignorari. Ad maiorem etiam rerum tutelam ex re viſum fuit, D. Georgij, D. Mariæ in Vantio, & ſancti Iacobi Montiſilicis Patauij Patronum cauſſarum eligere Virum ea ætate, voce calamoque celebrem Io: Baptiſtam de Sancto-Blaſio publicum Iuris Ciuilis interpretem, cuius auctoritate, prudentia, & conſilio, ſicubi opus, ijs apud Iudicem rectiſſimè conſuleretur. Varias ea tempora Nobis attulerunt lites, maximèque cum Clero Veronenſi, quas ad Iudicem compellandas hiſce quoque Comitijs decretum fuit; Nonnullis etiam Patribus commiſſum fuit negotium cum Hieronymo Zane de decima quadam, & cum Nepote Comitis S. Bonifacij de permutatione Prioratus cuiuſdam, quem ipſe Mutinæ obtinuerat. Horti præterea pagi in agro Veronenſi titulo Comitatus nobis ſubditi iura ac priuilegia aduerſus ciues quoſdam Veronenſes ſummo ſtudio tutanda eſſe viſum fuit. Eccleſiam S. Silueſtri Vicentiæ per literas Nobilium Decurionum nobis oblatam, ea ratio-

Montis erigendi conſilium.

Lites de bonis cum Clero Veronenſi.

S. Silueſtri templum Vicentiæ oblatum,

ne

ne acceptandam; vt ciuibus incumbat animarum cura, quod id onus noſtris non conueniret ſolitudini dicatis, præſertim cum ea extra ciuitatis mœnia ſe extenderet.

Comitiorum tempus.

Tandem electus fuit in Procuratorem Cardinalis tit. S. Marcellini & Petri, & ſancitum fuit, celebranda ſequentis anni Comitia quintodecimo die poſt Feſtum Reſurrectionis Dominicæ; ad quod tempus ſe vnuſquiſque ſiſteret, vt ſequentis diei horis matutinis Collegio intereſſet; ſecus ſi accideret, non adductis legitimis impedimenti cauſis, à ſuffragijs arceri.

Currente hoc anno menſis Septembris die ſecunda ob mortem D. Danielis Veneti Generalis celebratum fuit Capitulum; vbi electus fuit defuncti ſucceſſor D. Antonius Maurocenus, cui oblatum munus renuenti ſuffectus fuit D. Victor de Mothono, qui bono euentu reliquum annui muneris gerens Comitia indicit. His die XIV Aprilis celebratis, Antiſtes denuò Franciſcus Paradiſus nominatur, Viſitatores D. Victor de Mothono, & D. Andreas de Tretio. Hic conſtitutum fuit inter alia, vt poſt Feſtum Reſurrectionis vſque ad S. Crucis exaltationem à Cœna in omnibus Eccleſijs, præterquam in ſanctæ Mariæ ab Horto Venetijs continuaretur Hymnorum vſus, quem Completorium dicimus. Præterea in ſancto Saluatore de Lauro Romæ ſine conſenſu omnium Canonicorum ibi commorantium ſepulturam Laicorum in Templo minimè concedendam. Quod etiam poſtea

Sepulturæ Laicorum in templis prohibita.

ad

ad alia cœnobia traductum fuit. Imò, ne quidem Rectoribus ipſis de alicuius pretij bonis ſine Collegij conſenſu poſſe quicquam diſponere. Addebatur Brixiæ in cœnobij templo pridem ædificato erigendum eſſe Organum, atque in maiorem venerationem lucernam diebus Feſtis ſtatuendam ante aram, vbi SS. Epiſcoporum Brixienſium aliorumque corpora quieſcunt: Item è redditibus S. Bruſoni, qui debebantur presbytero Alexandro de Fornarijs in æde S. Mariæ in Vantio, ſtatuendam aræ tabulam. Salutare his omnibus conſilium ſubdebatur, anno ſequenti cœnobium S. Iacobi ſex tantum è noſtris habitarent, quò loci fabrica, & colonorum adiacentium ædes commodius perficeretur.

Anno MCCCCLXXXIV *die* VIII *Maij Antonius Maurocenus iterum Summus Antiſtes eligitur: Viſitatores, Franciſcus de Caſali, qui ſenectutis onere confectus diem clauſit* XXIII *Iunij: ſuffectus in eius locum Ludouicus Contarenus die* XXI *Iulij, Collegam habuit in Viſitatoris munere Io. Baptiſtâ Venetum. Hi vt rebus gerendis erant aptiſſimi, ita omnium virtutum imagines præ ſe ferentes, & præſertim humilitatis, ſanxerunt, inſcriptiones literarum in poſterum ſimplices, eiuſdemque tenoris, videlicet,* Seruo Domini noſtri Domino N., *Rectoribus autem & Viſitatoribus addendum* Venerabili in Chriſto Patri D. *Cantus figuratos, qui tunc in Eccleſijs paſſim gliſcebant, tamquam tumidi & exquiſitioris ingenij* MCCCC lxxxIV

ſubmouerunt, eorumq; loco acceptam à maioribus harmoniam, quam vulgò Canto fermo, *addiſcendam conſtituerunt; ſine cuius notitia clericos iuniores ad ſacros ordines admitti noluerunt. Mulieres etiam præter eius ſeculi conſuetudinem intra monaſteria noſtra neutiquam admittendas, edocti Diui Hieronymi monitu in Epiſt. ad Nepot.* Hoſpitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant: omnes puellas, aut virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Vide ne ſub eodem tecto manſeris, nec prætereà caſtitati confidas, nec Samſone, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior. Memento ſemper, quod Paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecit. *Clariſſimo etiam Decretorum Doctori Antonio de Columna conceſſum fuit commune nobiſcum domicilium, idque ab eo ad commodiorem vitæ rationem aptari poſſe: liberum quoque eſſe vni è fratribus noſtris ipſi inſeruire. Quod pariter Anno* M CCCC LXXXVIII *Ioannes de Maphais impetrauit; & Anno* M CCCC XCI *Spectabilis Legum Doctor D. Nouellus de Sanguinacijs Eques Auratus, qui in Cœnobium S. Ioannis Decollati extra mœnia Vrbis Patauinæ ſeceſſit; Vitaque defunctos pallio noſtro ipſos indui poſſe.*

In contubernium Canonicorum recepti Viri celebres.

His peractis res noſtræ proſperè agebantur moderatione Mauroceni, pietate ac prudentia inſignis, qui, dum cœnobia more conſueto obit, die IV *Auguſti poſt-*

quam

quam ſexies ſupremum Societatis regimen obtinuiſſet, pia morte è terris ereptus cælo redditur. Is patrios prouentus cænobio D. Georgij ex teſtamento quum reliquiſſet, ijs adminiſtrandis Franc. Maurocenus, & Andreas Cornelius ſpectatæ prudentiæ Viri Curatores eliguntur. Rectori autem prima die Septembris D. Franciſcus Paradiſus ſubrogatus eſt, cui reliquum annui regiminis egregiè ſuſtinenti die XXIX Aprilis MCCCCLXXXV ſucceſſor nominabatur D. Antonius de Aldis. Verum, quum is propter tenuem valetudinem quieti addictior onus hoc declinaret, itemque ſuis de cauſis D. Andreas de Trezio; tandem Gregorius de Stalpis Patauinus rebus præficitur magnæ expectationis Vir, cui frater erat Petrus Stalpus Iuris Profeſſor doctiſſimus, Bernardini Scardeonij monumentis notus, neque in Athenis noſtris ſilendus. Viſitatores additi Franciſcus Paradiſus, & Simeon de Martinengo. Regiminis initium turbare tentabat Andreas de Guzzago, celebris inter nouatores ingenio, & opinionis apud multos parum gratæ. Noua is multa moliri cœpit, nec defuere qui conſentiebant. Sed Patrum auctoritate Guzzago è Societate remoto, reliquit ad certum tempus oblata erroris venia, ſi ſupplicem errorem fateretur. Sed ſopito hoc incendio, omnia ad priſtinam quietis rationem Rectoris ingenio redierunt. Acerrimus ille diſciplinæ cuſtos, lautiora, quæ in Encænijs, & ſacrorum initiationibus à Sacerdotibus ſiebant, conuiuia, & immoderatos item ſum-

Antonius Maurocenus patrimonium S. Georgij reliquit.

M. CCCC. LXXXV

Petrus Stalpus I.C.

Andreas de Guzzago nouitatis ſtudioſus.

Frugalitas Canonicorum.

ſumptus in excipiendis hoſpitibus repreſſit, id vnum agens, vt omnia ad humilitatem ac frugalitatem reducerentur. Eodem ſtudio ſanxit, ne in ædes noſtras alienæ ſupellectilis quicquam reciperetur, ſine conſenſu Patrum Deputatorum, qui cum Rectore & Vicario è ſenioribus terni permanent in vnoquoque cœnobio, præterquam S. Georgij de Alga, vbi Viſitatores bini reliquorum numero iunguntur. Penes hos vnà cum Rectore eſt ſumma rerum adminiſtratio; horum conſenſu eliguntur Villarum Præfecti; his conſignantur redditus; hi omnium adminiſtrationum rationes exigunt, & eorum conſilio atque arbitrio Rector omnia peragit; hi totum Collegium, & Iuriſdictionem cœnobij repræſentant; hi vrbanis ædes, colonis agros locant. Certos præterea pro ſuorum confeſſionibus caſus habent reſeruatos.

Patrum Deputatorum Ius.

Gregorij noſtri ſedulitatem varijs immunitatibus exhilarauit Summus Pontifex Innocentius Octauus proximo anno Siſti Quarti ſucceſſor, cuius argumentum ſtrictim Lectori ſtudioſo hic non ingratum fore ſperamus.

Innocentius VIII Pontifex.

Primo inſiſtens Societatis decretis ſtatuit, cuiuſlibet Rectoris eſſe ſine alia ſolemnitate vno duntaxat anno poteſtate ordinaria in ſpiritualibus rem adminiſtrare.

II Eoque tempore finito iure ipſo eſſe officio ſolutum, eiuſque loco alium per Capitulum fore eligendum, niſi ipſe denuo eligatur, aut confirmetur.

III Nec

III Nec obſtare quicquam quominus idem denuo in alium annum pluresve ad eundem, cui præfuit, vel aliorum locorum ſucceſſiue aſſumi poſſit.

IV Rectori ius eſſe & auctoritatem ordinariam excommunicandi, ſuſpendendi, & abſoluendi Canonicos ceterosq. dictæ Societatis.

V Nulli ordinario iudici aut conſeruatori, vel per literas Sedis Apoſtolicæ congregationi conceſſas, vel alias quaſcumque fas eſſe de cauſis inter Canonicos & perſonas Congregationis; vel inter Collegium, & Collegium controuerſis vlla ratione cognoſcere.

VI Sed Capituli Generalis aut Patrum Societatis Capituli mandato incumbere, vt cauſas inter ipſos Canonicos & perſonas Congregationis iuxta Canonicas ſanctiones determinent.

VII Imo Capitulum poſſe ſibi reſeruare caſus, in quibus nullus ex ipſa Congregatione aut extra eam præter eos qui à Capitulo deputati, diſpenſare poſſit.

VIII Si quis Societatem deſerens aut expulſus aliquid deportauerit; niſi monitus intra XV dies id reſtituerit, aut cum Rectore & patribus conuenerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrat, à qua niſi per Romanum Pontificem niſi in articulo mortis abſolui non poſſit.

IX Eumque quod tale commiſerit coram quibuſdam conſeruatoribus, & Iudicibus vbique locorum conueniri poſſe, ac de ijs breuiter & integre cognoſci.

X Conſtitutioni etiam Bonifacij Octaui deroga-

tum

tum vult ne quis extra ſuam ciuitatem & Diæceſim niſi in certis caſibus & quidem vltro vnam dietam extra fines ſuæ Diæceſis euocetur.

XI Præterea ne Iudices deputati extra ciuitatem & Diæceſim contra vllum procedere poßint & valeant.

XII Derogat item conſilio generali de duobus dietis, & alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis ſiue Priuilegijs, ſub quacunque verborum forma, quacunque exceptione in fauorem cuiuſque loci & perſonæ, niſi de illis ad verbum mentio facta fuit.

Innocentij VIII Priuilegium. INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, *ad perpetuam rei memoriam. A pacis auctore in Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, quamquam inſufficientibus meritis conſtituti, inter ceteras quibus aſſidue concutimur curas, illa cordi noſtro propenſius inſidet, vt per noſtræ prouiſionis miniſterium, ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, præſertim in bonorum communione, & charitatis vnione viuentes, ſublatis obſtaculis, & ſtrepitibus vniuerſis poßint Altißimo, cui ſe ſponte dedicarunt in pacis, & quietis dulcedine perpetuò deſeruire. Sane pro parte dilectorum filiorum Rectoris Generalis & Vniuerſorum Canonicorum Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet olim quamplura pro felici ſtatu, & ſalutari directione dictæ Congregationis, illiusque Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, & perſonarum, fuerint au-*

ctoritate Apoſtolica ſalubriter facta, ſtatuta, & ordinata, nihilominus, vt Congregatio ipſa ac illius bona & perſonæ melius & vtilius dirigantur, ac ſemotis quibuſuis impedimentis perſonæ ipſæ in pacis & tranquillitatis ſuauitate poſſint Altiſſimo deſeruire, Rector, & Canonici præfati deſiderant nonnulla alia per nos ſtatui, & etiam ordinari. Nos itaque qui perſonarum quarumlibet nobis, & Apoſtolicæ Sedi deuotarum pacem, & quietem ſinceris deſiderijs exoptamus, Rectorem, & ſingulos Canonicos prædictos, à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Rectoris & Canonicorum prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, aliquibus ex ſtatutis prædictis inhærendo auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus: Quod quilibet Prior ſeu Rector quorumlibet locorum dictæ Congregationis per maiorem partem Capituli electus, ſine alia ſolemnitate, Canonicos, & perſonas ſecundum Deum, & inſtituta ipſius Congregationis ſtatim regere, & gubernare incipiat, & per annum continuum dumtaxat eorum curam gerat in ſpiritualibus, & temporalibus tam de rebus quam de perſonis cum omni poteſtate, & auctoritate ordinaria, quam habent Priores

per-

perpetui in locis ſecularibus vel regularibus. Completo vero Anno talis Prior, ſeu Rector ipſo Iure ſit ſolutus officio, & alius per Capitulum eligatur niſi præteritus denuo eligatur, vel in officio confirmetur, ipſam aliam electionem, vel confirmationem validam & efficacem eſſe decernentes. Ita quod poſſit idem Rector, ſiue Prior non obſtante quacunque conſtitutione contraria, ſeu aliter diſponente, per Capitulum Generale dictæ Congregationis ſuper hoc facta, tanquam nulla, & nullius roboris, vel momenti iterum ad alium annum & ſic ſucceſſiuè pluries eligi, vel aſſumi ad eumdem vel alium locum, ac modo prædicto regere & gubernare. Et nihilominus quod Rectores ſeu Priores quorumcunque Monaſteriorum, Eccleſiarum, Collegiorum, & locorum dictæ Congregationis habeant plenam & omnimodam auctoritatem & iuriſdictionem ordinariam in Canonicos & perſonas dictæ Congregationis, etiam cum poteſtate illos, & illas, ſi eorum demerita id exegerint excommunicãdi, ſuſpendendi & etiam abſoluendi: Ita quod nullus Iudex Ordinarius vel Conſeruator ordinaria, vel conſeruatoria, ſeu quauis alia auctoritate per Apoſtolicæ Sedis literas etiam conſeruatorias eidem Congregationi conceſſas, vel alias quomodolibet de cauſis, & differentijs inter Canonicos, & perſonas dictæ Congregationis, aut Collegium, & Collegium eiuſdem, quo tempore motis ſe nullatenus intromittere valeant. Sed ille per Capitulum Generale ipſius

Con-

Congregationis, aut illius Patres ad id per eoſdem Capitulum pro tempore deputatos audiri, & terminari debeant iuxta Canonicas ſanctiones, & ipſius Congregationis inſtituta. Capitulum quoque generale huiuſmodi ſibi reſeruare valeant aliquos caſus, in quibus nullus de ipſa Congregatione, aut extra eam diſpenſare poſſit, niſi dicti Capitulum, vel illi qui per eoſdem Capitulum fuerint ad id ſpecialiter deputati. Quodque ſi aliquis Canonicus, vel alia perſona dictæ Congregationis inde, quod abſit, receſſerit, ſeu expulſus vel expulſa fuerit, & aliqua bona, pecunias, libros, pannos, vel res alias ad dictam Congregationem, ſeu illius perſonas ſpectantia, inde aſportare præſumpſerit, niſi præmiſſa monitione infra quindecim dies bona huiuſmodi reſtituerit, aut ſuper illis cum Rectore Generali, & Patribus Deputatis ad curam, & regimen totius dictæ Congregationis compoſuerit, excommunicationis ſententia ipſo facto cenſeatur incurriſſe: Illi verò qui ex dicta Congregatione hactenus exiuerunt & aliqua illius vel perſonarum eiuſdem bona exportauerunt, niſi illa reſtituerint, vel compoſuerint, vt præfertur lapſo ſimili quindecim dierum termino, & monitione præmiſſa, etiam excommunicationis ſententiæ eo ipſo ſubiaceant; à qua ſinguli ſicut præfertur excommunicati per alium quam Romanum Pontificem, aut Rectorem Generalem dictæ Congregationis, ſeu cui idem Rector duxerit committendum præterquam in mortis articulo conſtituti, & ſatisfa-

ctione præuia abſolui non poſſint: Tales autem aſportantes per dictam Congregationem, aut ab alia deputatos poßint ſuper præmißis coram quibuſcunque Iudicibus etiam Conſeruatoribus eidem Congregationi deputatis, & in quibuſcunque locis, vbi reperti fuerint, vel ad quæ Conſeruatorum ipſius Congregationis iuriſdictio ſe extendit libere conueniri, quibus Iudicibus, & Conſeruatoribus, de his etiam ſummariè, & de plano cognoſcendi plenam & liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem: Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſ. ad iudicium euocetur. Seu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem vel Diœceſ. in quibus deputati fuerunt contra quoſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant. Et de duabus dietis in Concilio Generali edita, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis conceſſionibus, indultis, ac literis, per nos, vel Sedem prædictam ſub quibuſuis formis, & expreſſionibus verborum, & cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, vim & effectum habentibus in fauorem quorumcunque locorum, & perſonarum hactenus forſan conceßis, & impoſterum concedendis per quæ præſentibus niſi de illis eorumque toto tenore de verbo ad

ver-

verbum mentio facta fuerit, nullatenus derogatum eſſe, aut derogari poſſe decernimus ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerariò contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto, xv. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Au. de Mucciarellis.

Step. de Cacijs. Io: . . . M. de Caſtello.

Ea porrò apud omnes, nec vana, erant de Franciſci Baradiſi virtute probata aliquoties experimenta, vt die XVII *Aprilis* MCCCCLXXXVI *ſummam ei dignitatem deferendam cenſerent. Viſitatores D. Vincentius Bergomenſis, & Ludouicus Contarenus electi. Cùm anno proximè elapſo ſæuiret vndique per Italiam peſtifera lues, Ciuitas Vicentina, placandæ diuini Numinis iræ, D. Roccho die* XI *menſis Maij Ædem vouit, quemadmodum Pagliarinus de Pagliarinis Vrbis Notarius, nec incelebris ſcriptor in Ephemerides retulit. Splendidum hoc opus extructum cùm pij ciues alicui Religioſorum cœtui conſignandum conſulerent, ea inualuit de noſtris opinio, vt*

MCCCCLXXXVI

Peſtilentiæ ſæuitia in Italia.

D. Rocchi Ædes noſtris conceſſa.

poſthabitis antiquioribus aliorum Ordinibus ciues Vicentini, Clariſſimique Decuriones annuente Antonio Bernardo Vrbis Prætore, id nobis omnium ſuffragijs tribuerint. Huius igitur S. Ædis & cœnobij poſſeſſionem hoc ipſo anno Patrum conſenſu D. Dorotheus Ordinis noſtri Syndicus ſuſcepit. Ad maiorem verò feſtiuitatem, hiſce Comitijs ſancitum fuit, Rectores S. Georgij in Braida Veronæ, S. Mariæ in Vantio Paduæ, SS. Firmi, & Ruſtici Leonici, S. Auguſtini cum ſuis Canonicis Vicentiam conuenirent, quò ſolemnem dedicationis pompam frequentior noſtrorum numerus proſequeretur. Eam tam effuſa Vrbis lætitia peractam referunt, vt certatim ingens vtriuſque ſexus multitudo ad Patres noſtros veluti religioſæ pietatis lumina conflueret, ijs veſtem oſculari, cœnobium nondum clauſum magno agmine inuiſere, donationibus, largitionibus Templi decora augere. Creſcente in dies populi fauore, conſultum noſtris viſum duos è cœnobio S. Auguſtini Canonicos in Vrbem reuocatos ſacris præficere, tranſlata ſimul inde prouentuum parte, quæ adhuc D. Rocchi patribus penditur. Huius verò loci moderationem vſque ad Annum M D I *penes S. Auguſtini Rectorem fuiſſe deprehendimus. Cœnobium temporis progreſſu Patrum numero auctum, poſtea in meliorem formam redactum; Templum etiam picturis exornatum, ſolemni iam cultu à ciuibus frequentatur.*

S. Auguſtini redditus D. Rocchio adiecti.

Circa ea tempora in Sicilia Henrici Simeonis Panor-

normitani auſpicijs innotuit Societas Clericorum titu- Henricus Simeō Panormitanus Clericos S. Iacobi de Maſſara introducit.
lo S. Iacobi de Maſſara, quæ nouis cœnobijs aucta
denuò contendebat nobiſcum vniri. Re in Comitijs
diutius agitata, tandem peculiari fauore decretum
fuit, eos in Societatem recipiendos; Rectorem S. Sal-
uatoris in Lauro Romæ eos ſemel in anno viſitaturum
dummodo expenſæ itineris ab eis exſoluerentur. Sed
cum res ob locorum diſtantiam in alterum annum
protraheretur, ſequentibus Comitijs re in deliberatio-
nem reuocata; placuit binos è noſtris Patribus in Si-
ciliam mittere, qui Clericorum S. Ædes, cœnobia,
vitæ rationem ac mores perſpicerent, vt cognitis eo-
rum animis noſtræ Societati adſcriberentur. Ex eo
igitur tempore maiorum noſtrorum inſtitutis in hunc
diem nobis gratiſſimi perſtant.

Sequentis anni die Aprilis poſtrema, Paradiſo ad M c c c c lxxxvii
Viſitatoris munus electo vnà cum Ioan. Baptiſta Ve-
neto, D. Andreas de Tricio Rector ſucceſſit. In his Nouitiorum cura ſingularis.
Comitijs ſumma prudentia multa decreta fuere de
Nouitijs recte gubernandis, & præſertim de Magi-
ſtris; qui eos in viam Domini fideliter dirigerent; mo-
reſque ipſorum ad noſtram conſuetudinem confirma-
rent, Grammaticam iuxta; Eccleſiaſticam harmo-
niam, & Societatis ſtatuta docerent, vt dignos ali-
quando culturæ fructus reddere poſſent. Quod An-
no M CCCC XCVII non minori cura confirmatum,
ne ignorantia plurimorum malorum parens in adole-
ſcentium animis radices ageret; qui tenelli in Societa-

tem

tem admittebantur, donec Anno MCCCCXCVI *octauus decimus ætatis Annus exigeretur. Laici etiam à Grammatica & libris arcebantur. De eſu carnium in Villis etiam quedam allata. Publicis emptionum ac venditionum inſtrumentis bini vel terni Patres nominati. Quod in hunc vſque diem obſeruatur. Per hac tempora Veronenſium Clerus de Decimis & cenſu Villarum noſtrarum aduerſus Cœnobium S. Georgij in Braida multa excogitauit. Vnde graues inſultus paſſi Patres; prouentus pariter attriti per lites, quas in longum trahebat aduerſæ partis pertinacia. Veronenſibus Patauinos ſententiæ arbitros refugientibus, conſultiſſimum fuit, quinis cum fide imponi Procuratoribus, vt pro viribus noſtra iura tuerentur; maximéq. prædia noſtra in agris Horti à Bernardini de Manerbio molitionibus aſſererent.*

Emptionis ac venditionis noma.

Cùm plures Ordinis noſtri Societatem expeterent ſumma vigilantia Patres decreuere, vt qui alias religiones deſeruiſſent, nulla vnquam ratione admitterentur, niſi habitu Presbyteri Secularis, nec alium ordinem profeſſi, accepta diligenti cognitione num ſine ſcandalo à tali loco diſceſſiſſent, ne forté religionum deſertores veſte vulpina noſtrorum candorem fædarent, neve, quod noſtro malo ſæpius experti, diſſenſiones excitarent. Eliminandos quoque eos, qui abſque Comitiorum licentia literas Apoſtolicas impetraſſent.

Poſtquàm in Diæceſi Catharenſi quidam communi

ni norma viuentes noſtro habitu vti cæpiſſent, decretum fuit, priùs ad vnionem noſtram literis inuitati de noſtris inſtitutis à binis Patribus eò ablegatis pleniùs informarentur. Canonicorum habitu quidã vſi in Diœceſi Cathareſi.

MCCCCLXXXVIII. XXI *Aprilis D. Franciſcus Paradiſus ſucceſſor datur Andreæ de Tricio, qui mox Viſitator additus D. Ludouico de Madijs. Horum conſilio agri Sabloni, quorum inſignes erant redditus, tribus Patribus Capituli iudicio committuntur vt maiori cura colerentur.*

Commiſſum fuit Rectori S. Mariæ in Vantio, vt de duobus Sacerdotibus S. Ioannis Decollati Eccleſiæ proſpiceret, qui pro piorum manibus ibidem quieſcentibus ſacra facerent. Obuiatum fuit D. Modeſti cogitationibus, qui Apoſtolico reſcripto varia tentauerat, vt Societas noſtra priſtina, & inueterata libertate perfrueretur, neve alicui cenſuræ & excommunicationi ſubeſſet, ſed Deo & S. Romanæ Eccleſiæ non vt ſerui ſed liberi parere poſſet. Societatem relinquentibus de ſuo abſque Rectorum licentia quidquam auferre vetitum fuit virtute Priuilegiorum, & præſertim Innocentij VIII ſub pœna excommunicationis. Cuius etiam Pontificis Priuilegiò ad euitandas contentiones decretum fuit, ne Rectores cauſas etiam per ſuperiores Iudices ſibi delegatas ſine conſenſu Comitiorum Generalium & Deputatorum S. Georgij in Alga ſuſciperent. Franciſcus Ericius & Bernardus Venetus hic quoque plena tractandi auctoritate ab-

Portus Gruari Abbatia. Narnienſis Abbatia.

ablegati fuerunt; vt Portus Gruari Abbatiam olim Cardinalis Vlyßiponenſis ſuſciperent, pariterq. Narnienſem, modò noſtro id commodo fieri cenſerent. Iiſdem mandatum fuit, vt reſponderent literis Laurentij de Medicis, quibus Capitulo Generali cœnobium in Diœceſi Florentina ſumma liberalitate obtulerat; quibus etiamſi accederent Archiepiſcopi Florentini ad nos literæ, res tamen ſine effectu intermiſſa.

Circa hæc tempora Summus Pontifex compoſitis diſſidijs, quæ ipſi cum Aragoniæ Rege fuerant, ſedatos vndique Principum animos aduerſus Turcas infenſos Chriſtiani nominis hoſtes excitare conatus eſt, poſtquam Mahomet Amurathæ filius Conſtantinopolim, & in Italia Hydruntum occupauerat. Tantus namque terror inde Italiam inuaſerat, vt Siſtus Pontifex eius anteceſſor de fuga in Galliam cogitaret. Itaque Summus Pontifex à Religioſorum cœtibus annuas penſiones ex beneficijs Cameræ Apoſtolicæ ſubiectis expoſcebat. Quod cum Societati noſtræ non parum incommodi adferret, in Comitijs electi quatuor Patres è peritioribus, qui cum Rectore Generali & Viſitatoribus partim à cœnobijs numos exigerent, partim Bononiam proficiſcerentur, vt re ibidem cum alijs religioſorum Ordinibus communicata, Iuriſperitorum ſententia idoneam inuenirent rationem, qua Pontifici ſatisfieret. Verum ingens molimen interuertit Innocentij obitus, qui Anno MCCCCXCII *die* XXV *Iulij Romæ diſceßit. Huic* II *Auguſti ſuc-*

Innocentij Pont. obitus.

ceſ-

ceſſor datus Alexander VI Valentinus Calliſti ex ſorore nepos.

Hoc tempore Franciſci Paradiſi Rectoris Generalis noſtri munus id habuit poſteritatis memoria dignum, quod Hieronymum Lauredanum, legationibus ad Turcarum Imperatorem variosque Christiani Orbis Principes illuſtrem, in noſtrum ordinem receperit, virum ſane adeò religioſum ac humilem, vt præ SS. Euchariſtiæ veneratione nunquam Sacerdotis dignitatem adire voluerit. Hieronymus Lauredanus in Societatē receptum.

Anno ſui regiminis peracto, die IX Maij Paradiſus Simeoni Martinengo annuam dignitatem tradit. Viſitatores electi D. Franciſcus Paradiſus, & D. Franciſcus Barbarus. D. Bernardo Saracho à Patribus facultas data fuit commutandi Abbatiam S. Pauli Vallis Pontis in Diœceſi Peruſina, & S. Benedicti de Gabiano Diœceſis Aprutienſis cum alijs locis ad maius religionis commodum. At ſine effectu. M cccc lxxxix

Elapſo Anno, vltima Aprilis Franciſcus Paradiſus Generalis conſtituitur; Viſitatores D. Simeon de Martinengo, & D. Gregorius de Stalpis Patauinus. Quibus iniunctum ſtatim poſt Comitia luſtrare locum Societati oblatum in territorio Firmenſi. Rector autem varijs negotijs occupatus commiſit D. Bernardo Veneto, Gregorio Patauino, & Franciſco Erizo, vt re cum Deputatis S. Georgij diligenter conſiderata quid facto opus ad ipſum referrent. D. Franciſco M cccc xc Firmenſis Territorij locus.

Barbaro, cui Monaſterium S. Mariæ in Vantio Patauij potiſſimam fabricæ elegantiam debet; hiſce Comitijs ius teſtamenti datum fuit; qui omnia ſua bona Societati reliquit. D. Gaſpar Cigotus etiam, reſeruatis ſibi quinquaginta ducatis, S. Angeli Cœnobio prædium Caſellarum aſsignat. D. Danieli Marino patricio Veneto I. C. peregrè eunti perpetuum apud nos hoſpitium, quemadmodum & Anno M CCCC XCIII *Venerabili D. Alexandro Bono Canonico Patauino, conceditur.*

Mcccxci *Vigeſimo quinto Aprilis Antiſtes electus Aloyſius Contarenus, Viſitatores D. Antonius de Verona, & Franciſcus Paradiſus, qui iuſſerunt in Cœnobio S. Georgij in Alga librum fieri, in quem Societatis noſtræ annui prouentus inter Comitia præſentibus Cœnobiorum Rectoribus referri poſſent, vt Summus Antiſtes cum Viſitatoribus faciliùs perſpiceret, quo ſtatu Congregationis res eſſent. Æquum præterea videbatur locū dare petitioni D. Dominici de Centurionibus, qui ſummo in noſtros affectu Cœnobium Alumerijs, aut Centum Cellis, noſtro arbitrio ædificare voluit. Mors autem magnis plerunque conatibus aduerſa eam nobis ſpem ſuſtulit.*

Mcccxcii *Aloyſius Contarenus ſui regiminis prouincia egregiè perfunctus Franciſcum Paradiſum ſucceſſorem nactus eſt decimo Maij. Viſitatores electi fuerunt D. Simeon de Martinengo, & D. Franciſcus Barbarus. Hoc anno arua Codognolæ recuperantur, aliaque iu-*

iuriſdictiones noſtrorum diligentia reſtitutæ. Inuectum iam erat in Italiam Typographiæ artificium. Veronæ itaque in cœnobio S. Georgij Braidæ Bibliothecam placuit in Cænaculo extrui, quæ poſtea libris manu typiſque exſcriptis aliquandiu inter celebriores erat. Hac tamen ætate neſcio qua negligentia miſerè diſtracta nihil prima facie dignum oſtendit. Bibliotheca S. Georgij in Braida.

Poſt Franciſcum Paradiſum Societatis Antiſtes decernebatur Simeon de Martinengo, cui Viſitatores adiuncti Aloyſius Contarenus, & Ioan. Donatus Veronenſis. Illuſtriſſimum S. Ro. Eccleſiæ Cardinalem Baptiſtam Vrſinum apud Societatem noſtram meritiſſimum totius Congregationis Protectorem eligere libuit, hac tamen cautela, ne id literis fieret actuarij manu ſcriptis, ſed ſolùm ſcribæ noſtri, ſigillo publico munitis. Varia de reſtaurandis cœnobiorum ædificijs prolata. Romæ porticus S. Saluatoris abſolueretur: Patauij Priore Franciſco Barbaro D. Mariæ in Vantio Cœnaculum: S. Rocchi etiam Vicentiæ cœnobium extrueretur. M CCCC XCIII

Hoc anno Alexander VI Pontifex Max. Patriarchæ Veneto, Feltrenſi, atque Nemoſienſi Epiſcopis iniunxit, vt de Laurentij Iuſtiniani Vita ac rebus geſtis diligenter inquirerent. Cuius rei præ temporum iniuria, nulla apud nos memoria, præterquam ex Clementis VII Summi Pontificis literis, reperitur.

Annum M CCCC XCIV *vigeſima ſecunda Aprilis excepit Aloyſij Contareni Generalatus. Viſita-*

ſitatores dati Franciſcus Paradiſus, & Simeon de Martinengo. Plura hîc circa veſtium ornatus, circa mores, & præſertim Sacerdotum, monita fuere per quinque Patres Correctores. Vocantur autem Correctores, Præſes Comitiorum, qui abdicauit ſe proximè dignitate Generalatus, bini Viſitatores, aliíque bini, qui ex ſcrutinio eis è grauioribus addebantur. Sanxerunt hi, neminem è noſtris, qui non triennium ſacra celebrauerit, ſociorum confeſſionibus vacare poſſe. Quod hodie quoq; apud nos ſeruatur. Rectorē S. Georgij Braidæ Veronæ monere placuit, Priuilegia, Iura, Inſtrumenta, controuerſias, & conſultationes cœnobij in Tabularium redigeret, addito omnium Breuiario à Viris eiuſmodi rerum ſcientia claris.

MCCCCXCV *Nona Maij totius Congregationis regimen rurſus Franciſco Paradiſo committitur: electi Viſitatores Io: Donatus Veronenſis, & Leonardus Brixienſis. Cum diligentiori cura patrum Sabloni prædia in meliorem formam redacta eſſent, ac ampliores fructus redderent, ſancitum fuit ex his redditibus Sereniſſimo Dominio Veneto ſoluendas eſſe Decimas. Ioan. Donatus Veronenſis nomine cœnobij ſancti Georgij in Braida litibus cum colonis de Sablono agendis præficitur. Cœnobij ſancti Iacobi ad Montiſilicis municipium, rebus acciſis, minori numero habitatum, vt ſoluto, quod contraxerat ære, tandem reficeretur. Hoc anno quinto Idus Maij D. Modeſto Triuiſano conceſſum fuit ab Epiſcopo Calaguritano Sedis Apoſto-*

li-

lica Nuncio, vt in domibus honeſtis ſupra altare portatile vrgente cauſa ſacra faceret, SS. Euchariſtiam eiſdem audientibus miniſtrare, & à caſibus Epiſcopalibus abſoluere, eique eligendi confeſſoris electionem indulſit, vt ſemel in anno etiam reſeruatos à Sede Apoſtolica caſus valeret confiteri. Auctoritas autem ſacris litandis in altare portatili commune eſt omnibus Regularibus hoc tempore, vt apud Doctores patet.

Decima ſexta Aprilis Rectori ſufficitur D. Andreas de Tricio, qui oblatam ſibi dignitatem cum nollet, eius loco delectus eſt D. Ioannes Donatus Veronenſis. Viſitatores additi Franciſcus Paradiſus, & Auguſtinus de Vrceolis: quibus iniunctum fuit, vt primis viſitationibus Leonici cum SS. Firmi & Ruſtici Canonicis de Eccleſia extruenda certi aliquid conſtituerent. In apice collis cœnobium oppido imminet, cuius Templum vetuſtate dirutum, hoc tempore in eam qua nunc conſpicitur formam reuocatū, ſenſim perficiebatur. Splendida eſt & magnifica hæc ædes, concamerata, arisque vtrinque picturis elegantiſſimis exornatis, vbi ſanctæ Vrſulæ brachium, & vetuſta Crucifixi lignea imago magna populi veneratione aſſeruatur. Cœnobium adeſt amplum, apertum cum clauſtro & ciſterna vberrima optimæ architecturæ, triclinium picturam celebris artificis Alexandri Moretti tenet. Ambulacra ſuperiora ſpatioſa cum cellulis patrum & Bibliotheca. Circumiacent horti,

M cccc XCVI

SS. Firmi & Ruſtici locus.

viridaria, & vineta lectiſſima; & ad ædis maieſtatem cœmeterium ingens, & apertiſſima planities. Ex viuo tandem lapide ad faciliorem affluentis populi aditum à pede collis vſque ad Templi valuas non exiguis expenſis deducta fuit ſcala ſumptuoſa, in cuius ingreſſu hæc ſculpta leguntur.

ANNO A NATIVITATE DOMINI MDXLIIII
MENSE MARTIO EXPENSIS MONASTERII
SS. FIRMI ET RVSTICI RESTAVRATA.

Fertiliſſimos habet agros & vina precioſa, hic amœniſſimus ſeceſſus, & ex eo viri celebres exiere.

Abbatia S. Iuliani noſtris cōceſſa.

Hoc anno Nonis Iulij Cal. Alexander VI Summus Pontifex Congregationi noſtræ aſciſcit Abbatiam ſancti Iuliani, quæ eſt in Arimini vico non procul à celebri illo Cæſaris Auguſti Ponte ſub quo Marecchia flumen labitur. Templum hic ſancti Iuliani cineribus celebre eſt. Eam nobis ceſſit D. Marcus Coccapanis Carpenſis loci commendatarius ſeruata ſibi annua penſione vſque ad annum MDXXVI, *qua vita exceſſit: ante quod tempus non integrum Congregationi in eam ius erat. Imò, ea fuit iſtius æris ſumma, vt ſancti Georgij in Alga, & ſanctæ Mariæ ab Horto, præter ſancti Firmi; & D. Petri cœnobia, ſoluendo ſymbolam conferrent. Primus huic Abbatiæ Antiſtes electus fuit D. Antonius de Aldis, & anno ſequenti D. Dorotheus de Monticellis per triennium, ea conditione, vt cuiuis Antiſtiti munus prorogari poſſet: quò locus fermè collapſus reſtaurari,*

præ-

prædia ad culturam reuocari, omniaque in meliorem faciem reduci poſſent. Pontificis diploma hoc eſt.

Alexandri VI ſummi Pontif. diploma de Abbatia s. Iuliani.

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *ad perpetuam rei memoriam. Cathedram præminentiæ Paſtoralis in hac militanti Eccleſia diſpoſitione diuina meritis licet inſufficientibus gubernantes ſancto ac pio deſiderio tenemur efficere, vt monaſteria ac loca religioſa quæcunq; pro noſtræ operationis diligentia gratia quoque cooperante diuina, ſalubriter dirigantur, & in eis regularis normæ diſciplina ſeruetur, cultus diuinus augeatur, & omnis beneuiuendi inſtitutio cum æternæ vitæ præmio valeat feliciter adimpleri, & ne perſonæ Eccleſiaſticæ in illis deſeruientes temporalium rerum, ſine quibus ſpiritualia diu ſubſiſtere non poſſunt, indigentiam patiantur, opportune valeat prouideri. Cum itaque monaſterium ſancti Iuliani Ariminenſis ordinis ſancti Benedicti quod dilectus filius Magiſter Marcus Coccapanus Clericus Carpen. nullius Diœceſis Notarius noſter ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica nuper in commendam obtinebat, commenda huiuſmodi ex eo quod dictus Marcus eidem commendæ hodie in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, noſque ceſſionem ipſam omnes ſpeciales reſeruationes, annexiones, & incorporationes de monaſterijs illarum partium in genere inter quam prædictum monaſterium ſancti Iuliani comprehenderetur, & de dicto monaſterio ſancti Iuliani nominatim, & in ſpecie, quæ a nobis, & Sede Apoſtolica pro vnio-*

unione quibuſuis perſonis quauis etiam Cardinalatus dignitate fungentibus, & Epiſcopali, Capitulari, & Abbatiali, & Conuentuali menſis dignitatibus ac beneficijs Eccleſiaſticis à nobis, & Sede prædicta, etiam cum motus proprij, & certæ ſcientiæ, ac alijs, etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis emanarunt ſuſpendendo, & in huiuſmodi dicti monaſterij vacatione effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe nec debere decernendo duximus admittendam ceſſante adhuc eo quo dum eidem Marco commendatum fuit vacabat modo vacare noſcatur ad præſens, & ut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Canonicorum Congregationis ſancti Georgij in Alga Venetiarum petitio continebat fructus, redditus, & prouentus menſæ dictæ Congregationis ſint adeo tenues, & exiles, quod ex eis Prior & Canonici præfati ſe ſuſtentare, & onera eis pro tempore incumbentia perferre commodè non poſſint ſperentque quod ſi dictum Monaſterium, quod cauſantibus præmiſsis euentibus Monachis deſtitutum exiſtit & in ſuis ſtructuris, & ædificijs non modica indiget reparatione eidē Congregationi iuxta illius ritus, mores, ſtatuta, & conſuetudines per Priorem temporalem regendum, & illius menſæ prædictæ perpetuo vniretur, annecteretur, præoccuparetur, & ampliaretur, exinde ſtatui dicti monaſterij non parum conſuleretur ipſique Prior, & Canonici, & ædificia huiuſmodi reparare, manutenere, & conſeruare curarent,

ac

ac pro eorum ſuſtentatione, & onerum eis incumbentium huiuſmodi ſupportatione aliquod ſuſciperent releuamen, fuit quoque parte eorumdem Prioris, & Canonicorum nobis humiliter ſupplicatum, vt monaſterium prædictum Abbatiali dignitate, & ordine prædicto in eo penitus, & omnino ſuppreſſis, & extinctis eiſdem Priori, & Congregationi per eos iuxta ritus, mores, ſtatuta, & conſuetudines eorumque Priorem temporalem regendum perpetuo concedere, & illorum menſæ præfatæ vnire, adnectere, & incorporare, ac ampliare aliasque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui circa Eccleſiaſticorum locorum quorumlibet ſtatum annuente Domino proſperandum prout ex iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis tenemur offitio libenter intendimus, & dudum inter alia volumus quod petentes beneficia Eccleſiaſtica alijs vniri tenerentur exprimere verum valorem ſecundum communem æſtimationem tam beneficij vniendi quam illius cui vnionem fieri petierint alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet fructuum, redditum, & prouentuum tam Congregationis, & menſæ, quam qui vt Prior & Canonici præfati aſſerunt ad quadraginta ſex florenos auri de camera in illius libris taxati reperiuntur monaſterij prædictorum, & eidem monaſterio annexorum vnum annuum valorem, nec non verum vltimæ vacationis dicti monaſterij mo-

 dum,

dum, quo videlicet vacabat, dum dicto Marco commendatum extitit, etiam qui ex illo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa reſultet præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati in præfato monaſterio quocunq; modo, & ex cuiuſcunque perſona vacet, & ex quauis cauſa illius permiſſio ad Sedem prædictam ſpecialiter, vel generaliter pertineat dummodo tempore datæ præſentium ei de Abbate canonice prouidimus, vel illud alij commendatum non exiſtat Abbatialem dignitatem, & ordinem huiuſmodi penitus ſupprimimus, & omnino extinguimus, illudque cum annexis prædictis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs iuris præfatis Priori, & Congregationi per eos perpetuo iuxta eorum ritus, mores, ſtatuta, & conſuetudines per Priorem temporalem regendum, & gubernandum concedimus; & eorum Congregationi, & menſæ prædictæ perpetuo vnimus, annectimus. Ita quod liceat eiſdem Priori, & Congregationi per ſe, vel alium illius regiminis, & adminiſtrationis, ac annexorum, & bonorum poſſeſſionem, vel quaſi propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere illius fructus, redditus, & prouentus in ſuos & eiuſdem Congregationis vſus, & vtilitatem conuertere, ac imminenter Eccleſiæ ipſius monaſterij, quæ Parochialis extitit animarum parochianorum illius curam per aliquem presbyterum idoneum, & ex Canonicis dictæ Congregationis ad eorum nutum amouibilem ex iuris fa-

cere

cere & illis in diuinis diligenter deſtruere diœceſim loci, & cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterijs, & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus variuſque contrarijs quibuſcunque. Prouiſo quod in dicto monaſterio propter hoc diuinus cultus, & poſitus miniſtrorum numerus non minuatur, ſed eius congrue ſupportentur onera conſueta. Et inſuper ex nunc vacuum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extructionis, conceſſionis, vnionis, annexionis, interpretationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, nono Kal. Iulij. Pontificatus noſtri Anno quarto.

Hoc anno de monte Flinæ in territorio Brixienſi, cuius ſummitatem inſidet D. Petri Ædes, cū D. Gulielmo Muſſano actum fuit, aſperiora quidem loca no-

ſtris paſcuis concederet, quæ poſtea D. Petri noſtro ære adiecta fuere.

M CCCC XCVII *Decima ſeptima Aprilis D. Aloyſius Contarenus Generalis deſtinatur; Viſitatores Franciſcus de Mediolano, & D. Ioan. Donatus Veronenſis, quibus ad emendandas Conſtitutiones noſtras Franciſcus Paradiſus addictus fuit. Aucupia & venationes religioſis viris etiam ruri commorantibus parum conuenientia prolixius ſeueriusque damnata. In his Comitijs ſex è Patribus Capituli eliguntur, qui iuncti Patribus quinque Correctoribus Patres vndecim appellantur. Hi autem eligunt Vicarios, & Procuratores cœnobiorum, & in quibuſdam rebus par Capitulo Generali ius obtinent; quod tamen Generalis Capituli voluntatem non excedit.*

M CCCC XCVIII *Die quinta Maij D. Franciſcus Paradiſus denuò ad Rectoris Generalis dignitatem eligitur. Viſitatores D. Gregorius de Stalpis Patauinus, & D. Leonardus Brixienſis. Hoc anno diſtinctim per cœnobia Patres confeſſionibus Laicorum & aduenarum audiendis adſignantur. Templi S. Georgij in Braida fabricæ amplianda præſidio adiectum eſt prædium Sabloni; pariterque cœpto SS. Firmi & Ruſtici ædificio D. Franciſcus Paradiſus & D. Ioan. Franciſcus Nouarinus præficiuntur.*

M CCCC XCIX *Vigeſima Aprilis in publicis Comitijs Generalis eligitur D. Ioannes Donatus Veronenſis; Viſitatores D. Franc. Paradiſus, & D. Franc. de Rouado. Caſti-*

ſtitutum fuit, Viſitatores Romæ eſſent poſt feſtum Omnium Sanctorum; ſecùs S. Saluatoris Prior cum ſuis Canonicis eligeret binos Patres, qui cœnobium viſitarent. Ceterum, Rectore Generali die XXVIII *Decembris in cœnobio D. Mariæ in Vantio fatis cedente, Franciſcus Paradiſus ei ſubrogatur hac lege, vt proximis poſt Dominicam Reſurrectionem Comitijs denuò ad eandem dignitatem eligi poſſet. Quod quidem euentus comprobauit.*

Die namque nona Maij Generali confirmato, Viſitatores electi D. Franciſcus Nouarinus, & D. Dorotheus, Iubilei celebritate inſignis. Feracior erat ſequens annus, reducto ad Aloyſium Contarenum Generalatu ſub die XXVI *Aprilis.* M D

Viſitatoribus D. Bono Matthia Bergomenſi, & D. Hieronymo de Caballis. Hoc enim Alexander Sextus decimo ſui Pontificatus Anno, S. Saluatori ad Laurum Romæ addidit Ædem S. Antonij in Parigano extra mœnia Vrbis Aſcoli, quam Monialis quædam Magdalena Ciſtercienſis Ordinis, curatore D. Mario de Marijs, noſtris primo Octobris renunciauit. M D I S. Antonij Ædes in Parigano S. Saluatori adiecta.

Societatem quoque noſtram Archipresbyteratu S. Ioannis Bonamici in territorio Veronenſi cum omnibus ad eum ſpectantibus decimo nono Martij, eiuſdem anni auxit Summus Pontifex, reſignante cum D. Apollonio de Payarinis Canonicis S. Angeli. Bonamici villa amœna ad Atheſis ripam quarto la- S. Ioannis Bonamici Archipresbyteratus.

pide à Caſtro Ligniaco, Baſilicam ſatis amplam & ornatam tenet, cuius ara maior pictura Baſſiani celebris eſt. Hic vnus è noſtris animarum curam gerit. Iungitur S. Ædi domus à D. Chriſtophoro Ciſano Veronenſi M D C X X X V *reſtaurata, dum hic* X I I I *annos ſumma cum laude Parochi munus ſuſtineret; cui amiciſſimus noſter Fortunatus Fracanzanus bonis literis & moribus clarus iam ſucceſſit. Prædium hic ſatis luculentum, Decimarum pars quarta nobis cedit, tres reliquæ familiæ Morandæ Veronenſium.*

M D I I S. Pauli Aſſiſenſis ædes noſtris conceſſa. *Anni etiam ſequentis ſeptimo Martij idem Pontifex S. Saluatorem ad Laurum ditauit Eccleſia S. Pauli Aſſiſenſis, reſignante eam Bartholomæo à Verde liberè, nihil penitus ſibi reſeruando. Sed Patrum æquitate deliberatum fuit, vt omnibus redditibus in vita gauderet. Aſſiſij, quæ Vrbs Propertij ac D. Franciſci natalibus celebris, iuxta vrbis forum in colle ſita eſt S. Pauli Abbatia, quam olim Benedictini poſſidebant. Templo adhæret domus Parocho ſatis commoda, in cuius horti pariete, quum Anno* M D C X X X V I I *vrbem luſtraremus, vetuſtiſſimo ſaxo inciſum deprehendi Monumentum,* D I S. M A N I B V S. S. *à Grutero relatum.*

Eiuſdem anni X I *Aprilis in comitijs Generalibus electus eſt Franciſcus Paradiſus Generalis, qui Viſitatores habuit D. Franciſcum de Rouado, & D. Gregorium Patauinum. Statutum hic fuit primum Viſitatorem poſthac honeſtandum titulo Prioris*

S. Iu-

S. Iuliani, Commendatario adhuc ſuperſtite, loci vero prouentui Patres XI ſuis ſuffragijs è noſtris aliquem adhibebant, ac deinde ſingulis Comitijs annuos redditus cum expenſis diligenter examinabant, ne imprudenter æs contraheretur.

Quarta Maij Aloyſius Contarenus ſummam rerum noſtrarum moderationem obtinet. Viſitatores creati D. Franciſcus Paradiſus, Prior S. Iuliani & D. Franciſcus Maurus. S. Auguſtini extra Vicentiam Prioratus ſaluo eius iure in S. Rocchi Monaſterium transfertur. Aquæ luſtralis conſperſio diebus Dominicis ad Aram ante ſacra inſtitui cepit. Qui ritus adhuc ſeruatur. Sacerdotum in ſacris faciendis negligentia Canonicatus priuatione digna iudicatur. Durum hoc multis. Omnia tamen tranquillè geſta. Pace etiam hoc tempore inter Venetos ac Turcas ſtabilita, Italiæ fortuna lætior aſpirabat. M.D.III

M.D.IV.

Iam Congregationi centeſimus elucebat annus ob proſperos euentus gratæ noſtrorum memoriæ SECVLARIS, *cum Patres ad Comitia D. Georgij ſolemnia redirent, Franciſcum Paradiſum perſpectæ virtutis virum vigeſima ſexta Aprilis vnanimes Antiſtitem eligunt, cui Viſitatores Franciſcus de Ronado & Ioannes Caprinus acceſſerunt. Florente iam Societate noſtra ad firmiora eius ſtabilimenta conferre videbatur, vt Conſtitutiones noſtræ typis vul-*

Annus Congregationis Secularis.

Conſtitutiones typis dãtur.

vulgarentur. Inde rerum noſtrarum peritiores Franciſcus Paradiſus, & Aloyſius Contarenus ijs recognoſcendis adhibiti. Gregorio de Stalpis Patauino, Priori S. Saluatoris Romæ, annus hic fatalis fuit.

M D V *Anno ea vbique erat annonæ inopia, vt Romæ frumenti menſura, quam Rubium appellant, viginti & centum Carlinis venderetur, Patauij modius ducatis ſeptem; Venetijs pars eius quarta duodenis. Quod ſanè pretium ea ætate ad æris valorem non exiguum erat. Memini tamen Anno* M D C X X I X, *quum cœnobio S. Mariæ Patauij præeſſem, modium ducatos triginta valuiſſe. Mortalibus etiam annus idem febre peſtilentiali grauis erat: maximéque Cremonæ, Brixiæ, Veronæ, Vincentiæ, ac Taruiſij. Conuocatis decima Aprilis die Comitijs Hieronymus de Caballis Generalis delectus Viſitatores habuit Franciſcum Paradiſum & Bernardinum de Ganaſonibus. Franciſco verò Paradiſo vnà cum D. Dorotheo & D. Franciſco Mauro commiſſum fuit, vt Templi S. Mariæ Patauij extruendi typum curarent. Difficillima quidem plurimis erant hæc tempora, nobis tamen mitiora Iulij II Summi Pontificis liberalitate, cum in omnes, tum in nos maximè, dum Septembris die* X X I V *Cœnobium noſtrum S. Georgij in Braida Veronæ ſitum locupletauit Æde S. Ioannis de Sablono ampliſſimis vectigalibus celebri, renunciante eam ſumma promptitudine D. Ioanne Veronenſi.*

Annonæ inopia.

Febris peſtilentialis graſſatur.

S. Ioannis de Sablono locus.

M D V I *Nec ſequenti Anno, cùm rebus noſtris* V *Idib.*

Maias

Maias Præfecto Bernardino Ganaſſoni Brixienſi iungerentur Viſitatores D. Franciſcus Nouarinus, ac Hieronymus Caballus, inferior affulſit Io: Iacobi Orſini affectus, qui annuente Pontifice S. Saluatori ad Laurum Eccleſiam B. Virginis ad montem Gentilem in territorio Caſtri Numentani iunxit, liberaliter cedente D. Io: Iacobo de Tophis Sabinenſis Diœceſis presbytero. B.Virginis ad montē Gentilem ædes.

Sed & aliorum benignitatem ſuo exemplo probaturus Pontifex poſt comitia Generalia die XX *Aprilis habita Prioratum S. Mariæ Cellarum Diœceſis Ariminenſis* XXIV *Nouembris Congregationi noſtræ adiecit, cum Aloyſius Contarenus Generalis titulo ornaretur, Viſitatorum D. Paulus Veronenſis, & D. Angelus Brixienſis. Sed loci poſſeſſio turbata à Nicolao Perotto, biennio cauſa hinc inde exagitata, tandem Idibus Octobris* MDIX *in ius noſtrum tranſijt, de qua non inane erit hoc diploma integrè hic ſubnectere.* MDVII S. Mariæ Cellarum Prioratus Canonicis adſignatus

FRANCISCVS Miſeratione Diuina Tit. Sanctæ Cœciliæ S.R.Eccl. Presbyter Card. Papienſis *in Ciuitate Bononiæ, Exarchatu Rauennæ, ac tota Prouincia Romandiola Sedis Apoſtolicæ Legatus de Latere in ſpiritualibus, & temporalibus Generalis. Ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ Sedis Legationis officio Præſidentis prouidentia circumſpecta ad ea libenter intendit per quæ monaſteriorum & aliorum piorum locorum inibi famulantium perſo-*

narum vtilitas procurat. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum Nobis in Chriſto Viſitatoris; ac Prioris S. Iuliani Ariminenſis, & Canonicorum Congregationis S. Georgij de Alga Venetiarum petitio continebat. Quod ſuper lite & cauſa inter dilectum Nobis Nicolaum Perotum Clericum Lucan. Sedis Apoſtolicæ protonotarium cui Hoſpitale, ſeu Eccleſia ſine cura S. Mariæ Magdalenæ de Morellis dictæ de Cella extra muros Ariminenſes, tamquam certo modo vacans per nos nuper commẽdata fuerat, ſeu de illa ſibi prouiſum poſſeßionem exinde ſubſecuta, & aliquandiu continuata ex vna, ac Viſitatorem; Priorem, & Canonicos prædictos, qui Eccleſiam, ſiue Hoſpitale huiuſmodi eorum Congregationi certis modo & forma auctoritate Apoſtolica vniri prius obtinuerant, prout in ſingulis ſcripturis & documentis publicis deſuper reſpectiue confectis dicitur plenius contineri de eo ſuper dicta Eccleſia, ſeu Hoſpitali quã quilibet Nicolai, & Canicorum prædictorum ad ſe de iure ſpectare aſſerebant rebuſque alijs in actis cauſæ huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione coram nobis, ſeu auditorio noſtro indeciſa pendente partibus ex altera, præfatus Nicolaus nonnullorum vtriuſque partis communium amicorum tractantibus liti & cauſæ, ac omni iuri ſibi in dicta Eccleſia quomodolibet competenti in manibus noſtris hodie ſponte, ac libere ceßit prout cedit in præſenti. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ſi Eccleſia, ſeu Hoſpitale eidem

Con-

Congregationi de nouò perpetuo vniretur, annecteretur, & incorporaretur, profectò ſcandalis & litibus, quæ in futurum veriſimiliter exoriri poſſent obuiaretur, & Congregationi prædictæ mirum in modum conſuleretur. Quare prò parte Viſitatoris, Prioris, & Canonicorum prædictorum aſſerentium, fructus, redditus, & prouentus dictæ Eccleſiæ viginti quatuor florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Eccleſiam, ſeu Hoſpitale prædictum eidem Congregationi de nouo perpetuò vnire, annectere, & incorporare alijſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate noſtra dignaremur. Nos attendentes quod in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ inter alia continetur quod petentes beneficia Eccleſiaſtica alijs vniri tenerentur exprimere verum valorem annuum ſecundum communem æſtimationem prædictam, & beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, cauſamq. & cauſas huiuſmodi & in quocunque ſtatu exiſtant ad nos aduocantes, ac illam, & illas penitus extinguentes, ipſamq. Congregationem ac ſingulare illius perſonas in omni iure, & ad omnè ius, quod eidem Nicolao tempore, & ante tempus ceſſionis prædictæ in dicta Eccleſia, ſeu Hoſpitali, & ad illam quomodolibet competebat, ſeu competere poterat, etiã quoad poſſeſſionem plenariè ſubrogantes, ac omnes, &

 ſin-

ſingulas gratias expectatiuas ſpeciales, vel generales, reſeruationes, vniones, annexiones, incorporationes, & abſque conſenſu coadiutorias, ac vniendi, annectendi, et incorporandi, aliasque, citra tamen acceſſus, & regreſſus, facultates, ac mandata, etiam per nos, ſeu Sedem Apoſtolicam prædictam etiam motu proprio, & ex certa ſcientia factas, & facta, ac conceſſas, & conceſſa, per quas, & quæ dictæ Apoſtolicæ & præſentis noſtræ vnionis effectus impediri valeat quomodolibet, vel differri penitus ſuſpendentes, ac locum ſibi ſuper huiuſmodi Eccleſia, ſeu Hoſpitali hac vice vendicare non poſſe, decernentes, & volentes Congregationi, & Canonicis præfatis, alias apud nos de religionis zelo, vitæ, ac morum honeſtate, alijſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatis gratiam facere ſpecialem, Viſitatorem, Priorem, Canonicos, ac Congregationis prædictæ ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijs Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Necnon Congregationis huiuſmodi fructuum, redditPVuum, & prouentuum veros annuos valores, verumque & vltimum dictæ Eccleſiæ, ſeu Hoſpitalis vacationis modum, etiamſi ex illo quæuis generalis reſeruatio reſultet præſentibus pro expreſsis habentes, huiuſmodi

ſup-

ſupplicationibus inclinati Eccleſiam, ſeu Hoſpitale prædictum; quod à nonnullis Curatum eſſe dicitur, licet in titulum Eccleſiaſtici beneficij nūquam erectum fuiſſe credatur; quouis modo, ſeu ex eo quod eiuſdem Eccleſiæ, ſeu Hoſpitalis collatio ad Generalem ordinis Cruciferorum, ſeu ad dictam Congregationem, aut illius ſingulares perſonas, vel alias perſonas Eccleſiaſticas ſpectare & pertinere dignoſcatur, vacet cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Congregationi huiuſmodi auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte tenore præſentium perpetuò de nouo vnimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat eiſdem Viſitatori, Priori, & Canonicis, ac Congregationi per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, ſeu Hoſpitalis, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate liberè, & licitè continuare, ſeu de nouo apprehendere, & perpetuò retinere, illiusq. fructus, redditus, & prouentus in ſuos Congregationis Eccleſiæ, ſeu monaſterij prædictorum vſus & vtilitatem conuertere, Diæceſani loci & cuiusvis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Non obſtant. præinſerta regula, ac piæ memoriæ Bonifacij Octaui, alijsq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac in generalibus, & ſpecialibus editis Concilijs, ſtatutis quoque & conſuetudinibus, ac priuilegijs, & indultis monaſteriorum, & ordinum prædictorum, iuramēto, confirmatione Apoſtolica, ſeu firmitate alia roboratis. Quibus omnibus

etiamſi

etiamſi de illis ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, hac vice ſpeciali, & expreſſe derogatur ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Prouiſo tamen, quod Eccleſia, ſeu Hoſpitale huiuſmodi debitis propterea non fraudetur obſequijs, ſed eius congruè ſupportentur onera conſueta: & inſuper ex nunc irritum, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. In quorum fidem præſentes fieri, noſtrique ſigilli iuſſimus appenſione muniri.

Datum Arimini Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nono Idibus Octobris. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi, Anno ſexto.

Prædiorũ ratio diligens habenda.

Hiſce Comitijs ſancitum fuit vt è noſtris quidam rerum vſu conſpicuus decerneretur, qui in rationem prædiorum accuratè inquireret: ne aliqua noſtrorum negligentia, vel aliorum malitia peſſum irent. Conſultum quoque fuit è cœnobijs clanculum recedentes nulla ratione à Congregatione in poſterum eſſe recipiendos. Neminem ad ſacros ordines promouendum, qui non ante Viſitatorum iudicio probatus eſſet. Hoc tempore capitis tegumentum, Venetijs, Patauij, Vincentiæ, Romæ, & Brixiæ humero imponi cæpit.

MDVIII *Die* XII *Maij D. Hieronymus Caballus Societati præficitur: Viſitatores creati D. Ioan. Franciſcus Nouarinus, & D. Franc. de Ganaſſonibus. D. Oliuerius Epiſcopus Neapolitanus ad communionem bo-*

no-

norum ſpiritualium delectus vnà Ordinis Protector nominatur. Creſcente in dies Pontificis Optimi in noſtros beneuolentia hoc anno B. Virginis ad Hortum Venetijs Priori Aloyſio Contareno Patriarchæ dignitas confertur, ingenti totius Vrbis lætitia, qui decimo ſeptimo Cal. Septembris à tribus Epiſcopis Romæ initiatus paulo poſt Venetijs vitam cum morte commutauit, ob ſummam pietatem longiori vitæ vſu digniſſimus, ſepultus in Sacello maiori S. Mariæ ad Hortum. Interea Hieronymus Caballus exacto ſui Generalatus munere, depoſito habitu Præpoſituram S. Agathæ Brixiæ cum Canonicatu Templi Cathedralis obtinuit, Vir benemeritus ob res probè geſtas, quarum memoria extat in Archiuis S. Petri Oliueti: cui debetur, quod B. Laurentij Iuſtiniani opera in publico ſint.

Aloyſius Cõtarenus Patriarcha electus.

L. Iuſtiniani ſcripta Hier. Caballi cura edita.

Ancipites iam Venetorum res erant, cùm vniuerſi penè Principes repente aduerſus eos ex conuentu Cameracenſi conſpiraſſent, fractoque à Gallorum Rege Ludouico XII. apud Glaream Abduæ Veneto exercitu die XVIII *Aprilis, proximis Vrbibus præter Taruiſium breui tempore exuuntur. Patres tamen noſtri ſexto Nonas Maij ad Comitia in D. Georgij conuenere, vbi Bernardino Ganaſſono Generalis Præfectura traditur, creatis Viſitatoribus D. Sancto Bergomenſi, & D. Hieronymo Caballo. In his ſtatutum eſt, quod dies Comitiorum in poſterum eſſet* XV *poſt Dominicam Reſurrectionis Saluatori noſtri dicatam.* MDIX

Qui

Qui ex noſtris Congregationem calumnijs proſciderint, ſeuerè caſtigandos. Interea bella vndique ſæuientia Cœnobijs noſtris præſertim ruri ſitis à militum incurſu varias attrahebant calamitates; Patauium Cæſari traditum; Cœnobium S. Ioan. Decollati penitus deſeritur. Qua occaſione Cœnobium D. Mariæ in Vantio frequentius habitari cœptum eſt, ita vt hiſce Comitijs Rectore D. Marco Comenduno in eo XXVIII *ſocij eſſent, e quorum numero adminiſtrandis pœnitentiæ myſterijs ſeptem præficiebantur.*

Bellum Canonicorum rebus infeſtum.

MDX *Comitia Generalia cùm hoſtibus vndique Italiam infeſtantibus, & præſertim Marchiam Taruiſinam, impedirentur, quod Rectoribus cœnobiorum iter Venetum interciperetur, procurante Rectore Generali Bernardino Ganaſſono Priores decreto Apoſtolico in annum ſequentem confirmabantur. Brixiæ cum Viſitatoribus per ea tempora conſiſtebat ille, quibus aduerſus Venetos Iulij II interdicto fulminatum erat. Itaque huius Priuilegij ignari Priores, & Canonici S. Mariæ ab Horto, S. Georgij ab Alga, & S. Mariæ in Vantio conuentum indixerunt, ne ceſſante annua conſuetudine diſtribuendi officia, alij in noſtra inuolarent. Itaque celebrato ad D. Georgium ex more conſeſſu noui Rectores electi: Generalis Dorotheus, Prior S. Saluatoris D. Hieronymus Peſena. S. Mariæ ab Horto D. Petrus Manius, S. Mariæ in Vantio D. Bartholomæus Vincentinus. S. Iacobi D. Franciſcus Patauinus. S. Georgij in Braida D. Paulus Veronen-*

ronenſis S. Angeli D. Bernardinus Pontis caſalis. S. Petri D. Bonmarthias Bergomenſis. S. Firmi Leonici D. Angelus Brixienſis. S. Rocchi D. Caliſtus. S. Iuliani D. Dominicus Valerius. Horum quidam cùm Bononiam conceßiſſent, vt à Sum. Pontifice Comitiorum confirmationem obtinerent, ijs primi Viſitatores Brixia Bononiam occurrebant, vt nouos hoſce motus ſedarent. Rebus longè lateq. exagitatis, ne priuatis ſimultatibus Societas noſtra labefactaretur, vnanimes tandem in hanc ſententiam venerunt: quod in prioris locum annis rerumque peritia venerandus D. Franciſcus Paradiſus, cum D. Dorotheo pridem electo, qui nouam dignitatem depoſuit, & Paulo Veronenſi Diœceſim Venetam, Patauinam, Vicentinam circum iret. D. Petrus Marinus loco D. Hieronymi Salamonis S. Mariæ ab Horto Rector ſubſtitueretur. D. Bartholomæo Vicentino Cœnobij S. Mariæ Patauij vice D. Marij Comendum cura committebatur. Additum tandem ſi quis in Præfectura Anno MDLX *ſibi collata perſiſtere nollet, ſubrogandum ipſi alterum, qui à Canonicis anno ſequenti electus fuerat. Quo conſilio quum res noſtræ in tranquillum eſſent reuocatæ Anno*

Die V *menſis Maij in Cœnobio ſancti Georgij raro frequentia exemplo è noſtris vnus & triginta conuenere, qui omnes vnanimes pia D. Franciſci Paradiſi oratione de dilectione excitati, antiqua promulgatis conſuetudine Conſtitutionibus Generalibus, &* M D XI

Particularibus, collatiſque inuicem cœnobiorum impenſis, decima Maij nouum Antiſtitem crearunt D. Franciſcum Paradiſum, Viſitatores D. Hieronymum Salamonem, & D. Bernardinum Ganaſſonum. S. Saluatoris Romæ Rectorem D. Io: Antonium Caprinum. S. Mariæ ab Horto D. Hieronymum Peſena. S. Mariæ in Vantio D. Paulum Veronenſem. S. Georgij Braidæ D. Franciſcum Nouarinum. S. Petri Oliueti D. Angelum Brixienſem. S. Rocchi D. Dorotheum. SS. Firmi & Ruſtici D. Donatum de Manerbio. S. Iacobi Montiſilicis D. Benedictum à Muſto. S. Angeli Veronæ D. Deſiderium. S. Gregorij Bononiæ D. Bernardinum Pontis caſalis. S. Iuliani Arimini D. Iacobum de Rumedello. Memoria dignum eſt, quod licet omnia procellis bellorum turbarentur, Iulius tamen Pontifex S. Catharinæ ædiculam Leonici Diœceſis Vicentinæ Congregationi noſtræ uniret. Quæ Eccleſia decreto Patrum cœnobio S. Firmi cum redditibus, adiecta hac conditione, vt prata ad ſancti Victoris in agro Leoniceno prædium ſpectarent, cuius Rector bis vel ad minimum ſemel in hebdomada in æde ſanctæ Catharinæ ſacra faceret. S. Victoris autem prouentus cœnobio ſancti Rocchi Vicentiæ adderentur, vt Prior ſancti Rocchi tres ſacerdotes in monaſterio ſancti Auguſtini prope Vicentiam Rectoribus, ſocijsq; iam deſtituto ſacris conſtitueret, atque in eius ſubſtructionem annuatim libras quinquaginta expenderet. Idem Rectori ſanctæ Mariæ in Vantio

S.Catharinæ ædicula noſtris conceſſa.

de

de ſancti Ioannis Decollati cœnobio iniunctum fuit.

Res noſtras non parum attriuit horum temporum calamitas, cum Maximiliani Cæſaris arma agros noſtros deuaſtarent, quæ Andreas Grittus bellicis rebus Præfectus ſtratagemate recepto breui repreſſit. Noſtris vero damnis vt aliqua ratione conſuleretur, Pontifex ſanctæ Mariæ in Vantio Indulgentiam conceſſit. Sum. Pont. Indul. etiã Eccl. S. Mariæ in Vantio concedit.

Reſpirante Venetorum fortuna die XXVI *Aprilis* MDXII *comitijs inſtauratis Conſtitutiones Generales & particulares conditæ. Nimirum, annuam impenſorum rationem octauo à feſto Paſchatis die terminandam: A comitijs Generalibus Procurator prædij Sabloni eligendus, à quo Prior ſancti Georgij in Braida rationes exigat, eumq. teneri ſoluere ſubſidia monaſterijs à Capitulo Generali conſtituta, & quod ex ſumma reliquum Priori ſancti Georgij conſignare. Vectigalia inſuper finito cuiusque munere cœnobiorum Rectoribus ſine mora expenderentur: Inſuper quod primus Viſitator titulo Prioris ſanctæ Mariæ de Cellis gauderet, ne beneficium illud vacante Prioris electione nouis litibus occaſionem præberet. Tandem, poſtquam nouo inſtituto Patribus perſcripti eſſent dies quindecim, vltra quos nemo à cœnobio ſibi per ſchedam adſignato abeſſet, eligebatur Generalis D. Bernardinus Ganaſſonus, Viſitatores D. Dorotheus de Deodatis, & D. Angelus de Brixia: quibus ex veteri Conſtitutione ſex Patres adiungebantur, qui cum Viſitato-* Sabloni Procurator.

ribus intra annum in delinquentes animaduerterent. Nempe Franciſcus Paradiſus, Paulus Veronenſis, Chriſtophorus de Leonico, Ioannes Matthias Veronenſis, Bernardinus Nebulenta, & Hieronymus Salamon. Horum poſtremus cum duobus alijs Patribus rationibus præficiebatur, quæ cum D. Marco Coccopane Protonotario Apoſtolico circa Abbatiam ſancti Iuliani Ariminenſis intercedant.

MDXIII Salutantur die XI Aprilis Congregationis Præſes Generalis D. Dorotheus de Deodatis, Viſitatores D. Bernardinus Ganaſſonus, & D. Petrus Bergomenſis. Conſtituta etiam multa pro Societatis conſeruatione. Inter cetera, quod Syndici, ſiue Procuratores per Generalia Comitia electi ad perſcrutandos errores, qui circa accepta & expenſa inciderant, accederent ad Generalia Comitia; ibique coram Patribus XI omnia & ſingula, quæ ipſi Congregationi eſſet fraudi iudicarent, in rei familiaris incrementum diligenter excuterent. Multa etiam Collegium circa adminiſtrationis formam ſanxit, vetuitque Procuratoribus noua nomina facere in ſucceſſorum incommoda. Grauiſſima quoque cenſura cautum ne ſibi pecuniam reſeruarent, ſed vt omne creditum ſucceſſoribus aſſignaretur. Iiſdem comitijs excommunicationi minor pœna ſubſtituitur. Remoti etiam caſus quidam reſeruati ad priſtinum Congregationis inſtitutum. Tandem electi ſex fuerunt DD. Paradiſus, Hieronymus Salamon, Sebaſtianus Garzonus, Bernardinus de Nebu-

lenta,

lenta, Andreas Anſelminus, & Io: Matthias Veronenſis, quibus cum Viſitatoribus intra annum eſſet ius cenſura in delinquentes.

Cùm circa hæc tempora mœnibus & propugnaculis muniretur Patauium, quibuſcumque citra miliare extra mœnia ædificijs dirutis, monaſterium ſancti Ioannis decollati eandem ſubijt fortunam. Inde factum quod Canonici noſtri omnia ſacris, ſuisq. uſibus apta in noſtrum D. Mariæ in Vantio cœnobium inferrent. Qua occaſione ſedatis rebus Templum ac monaſterium Canonicorum commodè ampliari cœpit. Quò ſimul oſſa Patrum noſtrorum, & Reuerendiſſimi Epiſcopi tranſlata in ſacellum D. Alexandri Fornarij, quod ſancto Io: decollato ſacrum, vbi ſacra anniuerſaria adhuc ſoluuntur. S. Ioannis Decollati Cœnobiũ deſtruitur.

Die ſecunda Maij Dorotheo Ganaſſonus ſufficitur: Viſitatores electi Marcus Commendunus, & Hieronymus Salamon. Ingens tunc vniuerſæ propemodum Inſubriæ imminebat ruina ardentibus quaqua verſus bellicis furoribus, ſpectabanturq. incendia ex vrbe ab ipſis Patribus, qui acerrimos Venetæ Reip. hoſtes oratione & diuinis precibus in fugam diſſoluere conabantur. Ita ludente in rebus publicis fortuna, de Caſibus decreta firma eſſe voluerunt. At quoniam praui frutices quamuis ſemel exciſi, iterum pullulare non deſinunt; vix credi poteſt quantum laboris inſumpſerint patres, vt reſurgentes infauſtos palmites non tantùm verbi falce præciderent, ſed & M D XIV

ra-

radicitùs auerruncarent. Hoc tempore Leo X. Pont. Max. vt aliquid ſuæ benignitatis documentum Congregationi eſſet, confirmato Eugenij IV priuilegio, Canonicis noſtris confeſſionibus addictis auctoritatem in Caſibus reſeruatis cæteroquin Epiſcopis tantùm conceſſam indulſit.

Leonis X Priuilegiũ

Leo Papa X. *Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod alias felicis recordationis Eugenius Papa Quartus prædeceſſor noſter Congregationi S. Georgij in Alga cuius Canonicus extitit per ſolam ſupplicationis ſignaturam conceſſit, quod Sacerdotes dictæ Congregationis in Eccleſijs ſuis, tam habitis, quam habendis poſſent omnium & ſingulorum ad eos concurrentium confeſſiones audire, eoſque à caſibus Epiſcopalibus abſoluere, eiſque Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare, quod quidem ab eo tempore citra per eos obſeruatum fuiſſe, & continuè ſeruari dicitur. Verum quia ſicut eadem expoſitio ſubiungebat in ſupplicatione prædicta nulla de Concilio Generali & alijs contrarijs facta fuit mentio, & illis non derogatum, à nonnullis dubitatur an gratia ipſa, ſeu conceſſio teneat & valeat, eaque ſalua conſcientia præfata Congregatio vti poſſit. Quare Nos tam tuis quam ipſius Congregationis in hac parte ſupplicationibus inclinati gratiam ſeu conceſſionem huiuſmodi tenore præſentium approbantes, & confirmantes, Sacerdotibus eiuſdem Congregationis, & eorum cuilibet vt dicto*

Ge-

Generali Concilio, & quibuſcunque alijs non obſtantibus poſſint confeſſiones omnium & ſingulorum ad eorum Eccleſias concurrentium vt præfertur audire eoſque à caſibus Epiſcopalibus abſoluere ac eis Eucharistiæ Sacramentum miniſtrare liberè & licitè valeant, concedimus ipſos Sacerdotes à quibuſcunque cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, ſi quas propterea incurrerint, abſoluimus non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die VII Aprilis MDXIV. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Petrus Bembus.

Hiſce ipſis comitijs Bernardinus Ganaſſonus, Petrus Bergomenſis, cum Rectore S. Petri Oliueti, fabricæ S. Petri præficiuntur. Opus magnificè inceptum, ob rei magnitudinem & grauiores expenſas lentum fuit; ſed quod compoſitis Venetorum rebus Patres Brixienſes, penes quos omnis ferè erat Societatis noſtræ adminiſtratio, marmore, picturiſque tandem abſolutum, Sanctorum reliquijs & precioſa ſupellectili ſit exornarunt, vt non ſine reprehenſione dicterium iactaretur, et extruendo reliqua à nobis fuiſſe expoliata. Hoc anno in tabularijs noſtris familiarium deprehendo, quod Cathari in monaſterio S. Mariæ ſcopulis eminenti noſtræ Societatis Viri religioſi Benedictus Muſtus, & Andreas de Catharo, viuerent; S. Maria de Catharo.

qui-

quibus Ioannes Venetus de S. Nicolao etiam nomen dederat.

M D XV *Quinto Nonas Maij denuò Hieronymus Salamonus Congregationi præficitur, Viſitatores Bernardinus Ganaſſonus, & Ioan. Matthias adduntur. Multa circa amictus rationem ſancita. Conſtitutiones noſtras quater in cœnobijs quotannis prælegendas, ne quis inſcitiæ prætextus eſſet. Anno ad finem properante, cùm Brixiæ Viſitatores propter hoſtiles excurſiones Venetias concedere vetarentur, ſeptimo Cal. Martij D. Georgij Canonici in religionis obſeruantia feruentes vnanimi conſenſu ingreſſi cellam Dominici Valerij, qui ceteros ætate ac prudentia præcedebat, ipſum loci Viſitatorem conſtituunt.*

MDXVI Franciſci Paradiſi obitus. *Exacto anno, generalis Præfecturæ dignitas ad Franciſcum Paradiſum reuoluitur, qui paulò poſt annis grauis multa rerum præclarè geſtarum gloria optiméque de Societate noſtra meritus piè ac ſanctè vitam clauſit. Viri obitum luxerunt noſtri, qui è primis noſtræ Congregationis maioribus cum ſeueritate vitam ab omni labe, imo ab omni ſuſpicione incorruptam, ad vltimam ætatem perduxit, decies, & ſepties Generalis munere innocentiſſimè perfunctus. Cuius vitam ſi quis dignè poſteritati reliquiſſet, nec ingenio argumentum defuiſſet, nec pietati exemplum. Hoc vnum ſaltem tanti Viri laudibus addere libet, quòd cunctos ſui æui Anachoretas æquaret, vel certè antecelleret. Bernardinus Ganaſſonus huic meritò ſuf-*

ſuffectus, ad quem literas à Capitulo & Clero Cathari die XXVIII. Nouembris in noſtris archiuis inuenio, quæ teſtantur cœnobium D. Mariæ in ſcopulo Cathari extructum primitus fuiſſe noſtrum, ac deinde neſcio qua incuria à Fratribus Minoris obſeruantiæ occupatum. Quas ad uberiorem narrationis fidem ſubtexo.

Reuerendis in Chriſto Patribus Dominis Bernardino Ganaſſono Generali, & Deputatis Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum tamquam Patribus obſeruandis.

Reuerendi Patres, & Domini ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Semo zerti gionto de lì à ſaluamento Miſer Pre Ludouico Concanonico noſtro eſſer narrato alle P. voſtre iuxta le lettere à quelle directiue quanto è ſeguito el fato di queſto voſtro luogo deuotiſſimo della Madonna di Gratia. E perche quanto più conſideremo quomo & via queſto zoiello è ſta tratto fuor delle man de quello habito voſtro, alloquale vna volte è ſta dedicato, come appare per publici documenti tanto della Sedia Apoſtolica, quanto etiam di queſta Magnifica Communità noſtra inſieme con il populo noſtro podemo che admirare, conſiderando la prudenza, e maturità delle P. voſtre, lequali dourebbono eſſer vigilante più toſto conſeruar i logi ſoi come fanno tutte le Religioni del Mondo, cha permetterſe priuar ſine cauſa vno ſi ameno & deuotiſſimo luogo con grandiſſima denigrazione dell'habito voſtro, non podemo cre- Literę Canonicorũ Catharenſium.

der che queſto ſia intento della Ven. Congregatione, che ſono le P. voſtre, anzi tegnemo fermamente: conſiderando i zentil coſtumi voſtri & exemplar vita, che cuſi como à quelle è ſta tratto dalle man ſubreptitie: cuſi duce veritate quelle attenderanno da recuperarlo. Laqual coſa faciliſſimamente ſe puol conſeguire quia qui male narrat male impetrat, & quia fraus & dolus nemine ratiocinari debet, hanno le ſue razon chiariſſime. Primo. Per queſta Mag. Communità ſto deuotiſſimo luogo à ſuis primordijs è ſta dedicato alla Congregatione Ven. voſtra, zoè à Don Fiorio Oloni & Compagni, & à tutti quelli, che aſſumeria el habito voſtro decorato per ſtantiare in queſto luogo. Deinde la confirmation per la Sede Apoſtolica della detta dedication à prefato Don Fiorio & compagni tunc cum dicto Fiorio exiſtenti & futuris dell'habito della voſtra exemplar Congregatione. Preterea la Congregatione voſtra, zoè lo habito voſtro hà poſſeduto queſto celeberrimo luogo ab initio ſuæ fundationis in pacifica poſſeſſione; quæ olim fuerit interrupta parui temporis mora pro ſpolio iniuſte & indebite facto per li Frati Minori nuncupati de Obſeruantia: tamen per li delegati per la Sede Apoſtolica ſuper præmiſſo ſpolio. La Congregation voſtra fo reſtituta in priſtina poſſeſſione pacifica. Queſte ſono le raxon efficaciſſime, per lequali niſſun puol priuar l'habito voſtro di queſto deuotiſſimo luogo; maxime trouandoſi al preſente Don Andrea noſtro zentilhomo del habito vo-

ſtro,

ſtro,ſeruidor delle P. Voſtre,loquale hà deliberato Deo concedente,e le P. Voſtre compir in queſto gratioſo Monaſterio la profeßion dell'habito & Congregatione voſtra appreſſo molti Venerandi Sacerdoti del noſtro Clero habbiando firmißimo propoſito aſſumere lo dito habito como deuotißimo della Madre di gratia, ma deſideroſi del ſo pacifico ſtato eſpectano veder la fin di queſta impreſa. Però Patres obſeruandi pregemo le P. V. con quanta efficacia mai poßibile quelle non voian abbandonar queſta cauſa prima per la reuerentia di Dio & della Madonna de gratia, alla Reuerentia dellaquale in habitu veſtro queſto luogo è dedicato: deinde per non eſſer cauſa à molti venerabil Sacerdoti & exemplar ſecolari chazer dal ſuo optimo propoſito, vedendo le P. V. abbandonar queſto deuotißimo luogo firmißime tegnemo per effetti euidentiſſimi eſſer ſta la volontà della Madre de grazia elezer queſto gratioſo luogo ſub nomine habitus veſtri. Adunque le P. V. voran conformarſe con la mente diuina & volontà ſoa. Nu veramente deuotißimi del habito & exemplar Congregation voſtra non manchemo, & non ſemo per mancar in preſtarui tutti i fauori poſſibili per recuperar queſto deuotiſſimo luoco. Et per queſta cauſa queſti giorni mandemo à Roma antedetto D. Andrea con le noſtre directiue al noſtro Monſig. Reuerendiſſ. & a quelli voſtri Padri di S. Saluador in Lauro exortando, & pregando la Sua Signoria Reuerendiſſ. & lor Paternità ſe degni circa

la predetta cauſa far quelle debite prouiſion ſe ricercano. Però ancor preghemo le P.V. che quelle virilmente aprenda queſta cauſa & effettualmente far intender la virilità dell'animo voſtro circa la defenſion de queſta cauſa tanto alla Reuerendiß. Signoria del noſtro Monſignor, quanto à quelli Venerandi Padri di S. Saluador in Lauro, acciò la ſoa Sig. Reuerendiſſ. e ſo Paternità cognoſcendo in effetto lo core e volontà voſtre habbiando vna volta la ſo Sig. Reuerendiſſ. inteſo lo voler noſtro con mazor affection poſſano proceder in queſta cauſa con quella via e modi parerà più expedienti alla ſo Sig. Reuerendiſſ. & alle lor Paternitadi recuperar la poſſeßion del detto luogo. Altro non accade ſolum offerirne ad vota delle P. Voſtre, & raccomandarne alle ſancte & deuote oration ſoe.

Cathari Die XXVIII Nouembris MDXVI.

Capitulum Canonicorum

Catharen. & Clerus.

PP.

MDXVII *Ganaſſono Rectori Generalis Hieronymus Salamonus ſucceſſor datur. Qui huic additi fuerint Viſitatores, quidve ex eo vſque ad Annum* MDXXXI *in Comitijs ſancitum noſtram effugit memoriam, cum nulla diligentia iſtorum temporum Commentarij inueniri potuerint. An.* MDXVIII *hunc in munere ſequitur Ganaſſonus. Circa hæc tempora, cùm ex bellorum pernicie, atque incendijs hoſtium deſolatis agris Patauinis Patres huius cœnobij rerum inopia*

pre-

premerentur, ſupplices rogant Pontificem: vt ijſdem conſuleret. Qui promptè Indulgentiam, vt vocant, plenariam conceſſit, B. Virginis in Vantio S. Ædem de more viſitantibus, quorum pietate non parum cænobij egeſtas ſubleuata fuit.

Generalis munus adit Petrus Bergomenſis. Extinctis odijs hoſtilibus cùm pacata eſſent omnia, Leo Pont. Maximus in Sereniſſimam Venetorum Rempublicam propenſus ſuo Nuncio tunc Epiſcopo Cremonæ commiſit de ſanctiſſimo viuendi ritu Laurentij Iuſtiniani Proto Patriarchæ Veneti, eiuſque miraculis diligenter inquireret. MDXIX

LEO PAPA X. *Venerabilibus fratribus Polan. noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio, & Cremonenſi, Epiſcopis Venetijs commorantibus. Venerabiles fratres ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Alias ſicut accepimus tempore felicis recordationis Sixti Quarti prædeceſſoris noſtri, inſtantibus dilectis filijs Duce & Dominio Venetiarum, proceſſum fuit in Vrbe iſta ad generalem inquiſitionem famæ ſanctitatis, & miraculorum Beati Laurentij Iuſtiniani, olim Patriarchæ Venetiarum, & eiuſmodi inquiſitio Romam miſſa, quæ quoniam incendio quodam, quo quamplurima ſcripta periere, vt dicitur combuſta eſt, Dux & Dominium præfati, ac Venerabilis frater Patriarcha, & Clerus Venetiarum, nobis ſæpius inſtantiſſimè ſupplicarunt, vt vellemus mandare eamdem inquiſitionem iterum fieri, ac etiam in forma* ma-

Leonis X diploma pro examine miraculorum B. Iuſtiniani.

magis ſpeciali, & probante, vt moris eſt in ſimilibus; itaquod conſtito legitimè de ſanctitate vitæ, & miraculis; ceteriſque virtutibus dicti Beati Laurentij ſeruatis ſeruandis poſtmodum ad Canonizationem ipſius procedere, eumdemque Catalogo Sanctorum adſcribere poſſemus. Nos moti, cum illorum ſupplicationibus, tum quadam informatione hac de re facta, & per eundem Patriarcham nobis miſſa, ac ijs quæ de doctrina, & vita ſanctitate ipſius crebro dicuntur per graues viros habito ſuper hoc Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium maturo conſilio & deliberatione, fraternitati veſtræ, de qua in his, & alijs plurimum in Domino confidimus per præſentes committimus, & mandamus, vt conſtito ſummariè de præmiſſis, ac de vita, moribus, & fama, humilitate, continentia, charitate, patientia, ceteriſque virtutibus eiuſdem Beati Laurentij Patriarchæ, & miraculis, quæ iſthic eo intercedente operatus eſt, & quotidie operatur Altiſsimus, Vos per Generalis inquiſitionis modum diligentiſſimè informetis, & ſi per Generalem huiuſmodi inquiſitionem vobis videbitur, & conſtiterit, ſuper quo vtriuſque veſtrum conſcientias oneramus, probationes eſſe tales, vt per eas poſſit ad ſpecialem inquiſitionem procedi, & deueniri; Nobis aliter non conſultis, cum de doctrina, fide, & Religione veſtra plurimam in Domino fiduciam habeamus, & in alijs arduis experti ſimus ad ſpecialem ſuper præmiſsis inquiſitionem deuenia-

niatis, articuliſque, & interrogatorijs datis, promotoreque fidei adhibito, citatione legitima præcedente teſtium productorum iuramenta recipiatis, & iuxta interrogatoriorum & articulorum formam examinare diligenter curetis, ac eorum dicta in ſcriptis fideliter redigi mandetis, vtraque ac monumenta recipiatis, quæ ad negotium huiuſmodi facere videbuntur, omniaque alia accuratiſſimè perſcrutemini, quæ & neceſſaria, & opportuna eſſe, & ad omnem, & plenam huius rei ſcientiam facere cognoueritis, quæ iuncta in ſcriptis fideliter redacta ſub veſtro ſigillo clauſa ad nos mittetis, vt ad Dei laudem, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ exaltationem diuina inſpiratione illuminati, quæ Eccleſiam ſuam errare non ſinit, vna cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus quid faciendum ea in re ſit deliberare poſſimus. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis conſuetudine, aut ſtylo, cæteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcumque.

Datum apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die XI Aprilis MDXIX. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Bembus.

Petro Bergomenſi Hieronymus Peſna Veronenſis ſucceſſit. MDXX

Hieronymus Salamon Generalis eligitur, quo tempore Cal. Decembris LEO X. *Sum. Pont. obijt.* MDXXI

Quinto Ianuarij Hadrianus VI cæleſti quàm po- MDXXII

tius

tius humano auſu ſummam rerum ſacrarum dignitatem eſt adeptus. Et Salamon ſucceſſorem habuit Petrum Marinum Brixienſem. Senatus Venetus, vt erga Romanum Pontificem pietatem publicam teſtaretur, gratulationis munus exequendum decernit. Oratores vero Bononiam cum perueniſſent, lue peſtilenti in Italiam paſſim graſſante in patriam rediere. Inſula Rhodo in die Natali Domini noſtri à Turcis capta, Equitibus Hieſolymitanis Melita Inſula in mari Siculo Sedes impoſterum à Carolo V. Imp. aßignatur.

2 Cum iam vigilantiam LVDOVICI Barbi S. Iuſtinæ Congregatio Patauij priſtino ſplendori reſtituta in dies incrementa ſumeret; ſuccreſcebat paulatim cum fortuna animorum ardor. Hinc Brixiæ orta denuò nobiſcum contentio de præcedentia, cumq. Sixti Quarti Pontificis reſcripto Anno MCCCCLXXX Romà tranſmiſſo parum acquieſcerent, Ciuitatis Rectores, vt bono publico conſulerent, Sereniſſimi Senatus Veneti hac de re ſententiam poſtulant. Quibus ita reſponſum fuit, Duce ſapientiſſimo Antonio Grimano, qui Leonardo Lauredano ſucceſſerat.

Ducis Veneti literæ ꝓ noſtrorũ prærogatiua.

ANTONIVS GRIMANVS Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & ſapientibus Viris Marco Lauredano de ſuo mandato Poteſtati, & Victori Michaeli Capitaneo Brixiæ fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Per voſtre de XXVIII del paſſato hauemo viſto quanto deſiderate di intendere

dere per ſedar ogni controuerſia che poteſſe occorrere nelle proceſſioni. Il modo che ſi ſerua in queſta Città noſtra. Sappiate che altre volte per ſimil cauſa fù deliberato che foſſe ſeruato l'ordine infraſcritto, qual Voi farete oſſeruare de lì ad vnguem, facendo regiſtrar l'infraſcritte lettere in quella Cancellaria voſtra.

Primò Fraternitas Verberatorum. Series proceſſionum Venetijs.

Fratres Ieſuati.

Fratres S. Sebaſtiani.

Fratres S. Mariæ Gratiarũ Ordinis B. Hieronymi.

Fratres S. Mariæ Cruciferorum.

Fratres S. Mariæ Seruorum, & S. Iacobi à Iudaica.

Fratres S. Mariæ Carmelitarum.

Fratres S. Stephani Ordinis Heremitarum S. Auguſtini.

Fratres Minores, tam Obſeruantiæ, quàm Conuentuales.

Fratres Prædicatores, tam Obſeruantiæ, quàm Conuentuales.

Canonici Regulares S. Saluatoris, & S. Antonij Congregationis de Scopetto.

Canonici Regulares S. Spiritus Ordinis S. Auguſtini.

Canonici Regulares S. Mariæ Charitatis Congregationis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini.

Monachi S. Helenæ, Congregationis S. Petri Olìueti.

Monachi S. Ioannis Baptiſtæ, Ordinis Camaldulenſis.

Monachi S. Georgij Maioris, & S. Nicolai de Litore Ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Iuſtinæ Caſſinenſis.

Canonici S. Georgij in Alga, & S. Mariæ ab Horto.

Congregationes numero nouem Sacerdotum Secularium.

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis.

Capitulum S. Marci.

Sereniſſimus Princeps cum vniuerſo Senatu.

Datum in noſtro Ducali Palatio die xv. Iunij Indictione x. An. MDXXII.

Hoc anno pridie Cal. Septembris Summus Pontifex Hadrianus VI Præpoſituram ſancti Ioannis Baptiſtæ in Villa Baldaria Ordinis Humiliatorum Diæceſis Vicentinæ vniuit cœnobio noſtro ſancti Rocchi Vicentiæ.

MDXXIII *Petrus Bergomenſis denuò Generalis eligitur, quo Anno Nonis Maij* GRIMANVS *Dux ſenectute confectus interijt, cui ad Reipublicæ Venetæ ſedem* ANDREAS GRITTVS *ſufficitur. Eodem anno pariter Hadrianus Pontifex vita exceſſit, eique* XIV *Cal. Decembris* IVLIVS *Mediceus Cardinalis Pontifex Max. ſubrogatur, qui* CLEMENTIS *VII titulo cum ſplendore familiæ, auctoritate, atque concepta de ſe apud omnes eximia opinione virtutis, aditum ſibi ad ampliſſimum inter mortales dignitatis gradum ſtruxiſſet; viuæ vocis oraculo Priuilegia noſtra hiſce literis confirmauit.*

FRAN-

FRANCIOTTVS *Miſeratione Diuina ſanctæ Mariæ in Coſmedin, S. R. E. Diaconus Cardinalis* VRSINVS, *Vniuerſis, & ſingulis, has præſentes noſtras inſpecturis, lecturis, pariter & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis, qualiter pridie, quæ fuit die quarta menſis Decembris milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, Venerabilis Pater D. Hieronymus de Peſena de Verona Prior Eccleſiæ ſancti Saluatoris de Lauro de Vrbe, Congregationis ſancti Georgij in Alga Venetiarum conſtitutus in Palatio Apoſtolico genibus ſemper flexis coram ſanctiſſimo Domino noſtro Domino Clemente diuina prouidentia Papa Septimo, in Camera ſuæ ſanctitatis, in noſtra, multorumq. Prælatorum præſentia, pedes ſuæ Beatitudinis deuote deoſculatus fuit, & poſtea nomine dictæ Congregationis dictam Eccleſiam ſancti Saluatoris præfati, totamque Congregationem prædictam ſuæ ſanctitati humiliter commendauit, confirmationem quoque omnium, & ſingulorum priuilegiorum, ac indultorum Congregationis præfatæ non obſtantibus Concilijs, ordinationibus, alijsque in contrarium facientibus quibuſcumque, petijt. Itaque ſanctiſſimus Dominus noſter iuſtæ, & honeſtæ præfati Prioris petitioni aures clementiæ ſuæ præbens, omnia, & ſingula priuilegia, & indulta dictæ Congregationis; ac omnia in eis contenta, fauorabiliter, benignèque viuæ vocis oraculo confirmauit, & roborauit. Voluitque hanc ſuam confirmationem, tam in iudicio, quam ex-*

Clemens VII Priuilegia noſtra confirmat.

tra, plenam, & indubiam fidem facere, omni exceptione remota. Præſentibus ad omnia hæc ſemper Reuerendiſſimo in Chriſto Patre Domino C. Epiſcopo Præneſtin. S.R.E. Cardinali de Monte, & Reuerendiſſimo F. Cardinali Armellino S.R.E. Camerario, multiſque etiam alijs, & quia de huiuſmodi ſua confirmatione, ac roboratione, ſic vt præfertur facta, noſtris patentibus literis, totiens quotiens opus fuerit, fidem indubiam faceremus viuæ etiam vocis oraculo nobis commiſit. Requiſiti itaque à præfato Domino Priore, vt de præmiſſis in executione mandati ſanctitatis ſuæ fidem faceremus: Iccirco ad perpetuam rei memoriam patentes has noſtras per Secretarium noſtrum de commiſſione noſtra ſcriptas, manu noſtra propria ſubſcripſimus, ac ſoliti ſigilli appenſione communiri iuſſimus.

Datum Romæ, ex Ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, die vero quinta menſis Decembris, Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis diuina prouidentia PP.VII Anno primo.

Ita eſt F. Cardinalis Vrſinus manu propria.

F. Hieronymus de Mondauio
de mandato.

Peſtis Bononiæ noſtris gratis. *Summi Pontificis benignitate patribus iam inſigni Priuilegiorum cumulo exhilaratis, en cæli grauitas vexante agros Bononienſes lue peſtifera, vrbis Decurio-*

riones, vt recenti malo ſtatim occurrerent, ſuburbanum ſancti Gregorij cœnobium valetudinario aptum cenſentes, patribus imperant, neceſſitati & publico ciuium commodo cedant. Hi vero damna, habitationes commodas, ceteraq. loci priuilegia obtendentes, ſe initio excuſare. Illi denuo Legati auctoritate inſtant, neque vllis precibus à priori inſtituto dimouentur. Patres itaque paucis poſt diebus in ſancti Syri locum anguſtum, incomptum, ſe transferunt. Hic poſtquam domuncula aliquandiu contenti ſubſtitiſſent, ſopito malo Decuriones tanti obſequij memores vicinum in vrbe Ghiſleriorum locum ijs aſſignarunt, additis decem librarum millibus annuoq. inſuper cenſu pro extruendo ampliori ædificio. Hiſce ſubſidijs, ære etiam partim ex largitione piorum, partim ex ædibus in vrbe Bononienſi, prædijsq. diuenditis corrogato cœnobium cum Templo ſplendidum breui è fundamentis conſtructum fuit. S. Syri autem ædes concedente Pontifice deiecta, defunctorum oſſibus ceteriſque eius ornamentis in nouam ædem tranſlatis: fundum ſancti Geruaſij Moniales compararunt in vſum priuatorum domiciliorum: precium ære noſtri in prædium Edeſim conuerterunt. Templum vnico fornice ſubſiſtit, qui columnis corinthijs innititur. Interiori ſuperliminari Eugenij IV Pont. Max. effigies marmorea cum elogio enitet. Præter aram maiorem penicillo Dioniſij Belgæ Guidi Reni magiſtri vtrinque inter columnas quatuor alia minores Ludouicos & Annibalis

S. Gregorij Templum.

lis Caracci, Iulij Maſſarij, Prochacini, & Valeſij pi-ſturis inſignes, è quibus vna ſancto Syro ſacra peni-cillo celeberrimi pictoris Ioan. Franciſci Barberij, vulgo Sguerzin da Cento. Organum hic ſuaui harmo-nia gratum: reliqua ſupellex ſacra ſplendida eſt, vſui & pompæ parata. Hæc ædes poſtea die XV *Iunij* MDLXXXVI *ab Epiſcopo Populoniæ & Maſſæ Vi-centio Caſalio dicata fuit Deo in honorem D. Gregorij Magni, & ſancti Syri. Situs populi frequentiam con-ciliat. Nec deſunt qui diuinis officijs piorum deſide-rijs ſatisfaciant patres. Ex duodenis namque Cano-nicis qui vtriuſque iuris ſtudio ſe dicarunt, pars au-diendis confeſſionibus, pars muſicæ animum applicat. Noſtro æuo inter eos in vtroque iure publica eruditio-nis inſignia in Gymnaſio Bononienſi meruerunt Pau-linus Nardus Bononienſis, Ioan. Iacobus Auantius Ariminenſis, Gregorius Geordius Romanus, et Mar-tius Cerchiarius Vicentinus; Odoardus Lodius Bono-nienſis præterea ſummis Philoſophiæ honoribus inſi-gnitus ad publicum docendi munus aſpirat. Commo-dum hic etiam domicilium eſt. Cænobium anguſtiori loco, ſed ſtructura & elegantia inſigne. Periſtylia duo cum ciſternis & ſuis ambulacris, Triclinium amplũ, & cubicula hoſpitibus grata. Hypogæum magnifi-cum, vbi precioſa vina alba aſſeruantur; in eadem-que contignatione culinæ & cenacula. Scala laxa & aperta qua ad ſublimiores porticus & thalamos itur; nec quidquam præter hortum hic iure deſideraueris.*

Vil-

Villas habet amœniſſimas, Edeſim quinto ab vrbe lapide: Arzelam octauo: in vicinis collibus prædia: Itemque in vrbe varia domicilia, & varia loca, è quibus prouentus neceſſarij ſuppetunt.

Anno proximo Hieronymum Salamonem ſubrogat. Hilaritatis plurimum nobis tunc attulit Clementis VII decretum, quo auctoritate publica IVSTINIANVM *noſtri Ordinis apicem inter Diuos retulit.* MDXXIV

CLEMENS PAPA VII. *Venerabili Fratri Antonio Patriarchæ Venetiarum. Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Illius qui ſemper in ſanctis ſuis mirabilis eſt, vices licet immeriti gerentes in terris, pijs fidelium, præſertim Ducum & Nobilium votis, quæ ad Dei laudem, & gloriam ac ſanctorum venerationem cedere dignoſcuntur, libenter annuimus, eoque fauoribus libenter proſequimur opportunis: Expoſuit nobis nuper dilectus filius Marcus Foſcarus Dominij Venetiarum Orator ad nos deſtinatus pro parte dilecti filij Nobilis Viri Andreæ Gritti Ducis, & Dominij Venetorum huiuſmodi, quod licet ex proceſſu ſuper Canonizatione Beati Laurentij Iuſtiniano de mandato felicis recordationis Sixti Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri, ad tunc Ducis, & Dominij Venetorum inſtantiſſimas preces habito, & ad Romanam Curiam tranſmiſſo veriſimiliter credi poſſit, omnia quæ ad ipſius Beati Laurentij Canonizationem, neceſſaria erant, tunc plenè, ac ſufficienter probata fuiſſe, tamen cum proceſſus*

Clem. VII Laurentiũ Iuſtinianũ inter Diuos enumerat.

ip-

ipſe caſu quodam igne crematus fuiſſet, piæ memoriæ Leo Papa Decimus etiam prædeceſſor noſter ad tunc Ducis, & Dominij Venetorum huiuſmodi ſupplicationem, eius tunc Nuntio, & bonæ memoriæ Epiſcopo Cremonenſi, tunc in humanis agenti in Ciuitate Venetiarum commorantibus, de Venerabilium fratrum ſuorum, de quorum tunc numero eramus conſilio per ſuas in forma breuis literas commiſit vt ad inquiſitionem negotij Canonizationis huiuſmodi procederent, qui cum ad inquiſitionem huiuſmodi procedere cœpiſſent, ac prædictus Leo prædeceſſor ſicut Domino placuit, fuiſſet vita functus, recolendæ memoriæ Hadrianus Sextus ſimiliter prædeceſſor noſter ad ſupplicationem Oratorum prædicti Dominij Venetorum, qui ad Sedem Apoſtolicam pro præſtanda ſibi obedientia deſtinati fuerant; Tibi (Frater Patriarcha) & Venerabilibus Fratribus Thomæ Feltrenſi Nuntio Apoſtolico, & Paulo Nemoſienſi Epiſcopis per ſuas in forma Breuis literas mandauit, vt proceſſum Canonizationis alias inchoatum proſequi deberetis, ac ſi dicti Leonis Papæ literæ ſup. directæ fuiſſent. Cum autem præfatus Hadrianus prædeceſſor noſter dicto proceſſu minime abſoluto, fuerit vita functus, & proceſſus huiuſmodi non ita de facili valeat expediri, ac idem Marcus Orator pro parte Ducis, & Dominij prædictorum, nobis humiliter ſupplicauerit, vt pro æterni Regis laude, & gloria, ac ipſius Beati Laurentij Confeſſoris reuerentia, necnon Eccleſiæ decore,

core, & Catholicæ fidei ſplendore, & populorum dicti Dominij deuotione, liceat ſingulis annis in die, qua dictus Beatus Laurentius migrauit ad Dominum. Feſtum, & Officium de vno Patriarcha Confeſſore, cum Oratione vnius Epiſcopi Confeſſoris ſub nomine eiuſdem Beati Laurentij Patriarchæ in tua, & alijs Eccleſijs dicti Dominij Venetorum ab omnibus celebrari. Nos qui fideles quoſcunque ad Sanctorum Dei venerationem, ac iugem erga eos deuotionem prout poſſumus libenter excitamur, cum ad præſens alijs grauibus præpediamur impedimentis, & negotijs, Canonizationiſque huiuſmodi negotio intendere non valeamus, ipſorum Ducis, & Dominij deuotis ſupplicationibus inclinati, vt tam in tua Patrarchali (cuius ipſe Beatus Laurentius Patriarcha fuit) quam in quibuſvis alijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, ac Collegiatis, ac Parochialibus quorumcunque locorum, etiam Religioſorum Eccleſijs totius Dominij Venetorum officium in memoriam eiuſdem Beati Laurentij Patriarchæ de vno Epiſcopo, & Confeſſore, ſub nomine eiuſdem Beati Laurentij annis ſingulis die, qua migrauit ad Dominum, celebrari ac in eorum Miſſis, & Matutinis, ac Veſperis commemoratio ſub nomine Beati Laurentij Patriarchæ recitari poſſit ab omnibus, qui illud celebrare, & recitare voluerint, & eius Imago in Eccleſijs, ſiue Chriſti fidelium perſonarum domibus, depingi (ſine tamen Diademate, & non tamquam Canonizati, ſed tamquam

Beati) liberè, & licitè valeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præter præmiſſa dictus Beatus Laurentius Cathalogo Sanctorum aſcriptus minime cenſeatur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die XVIII ...... MDXXIV. Pontificatus noſtri Anno primo.

Idem quoque Pontifex XXI *Februarij* MDXXIV *petentibus Patribus reuocat quæcunque Confeſſionis iura Canonicis, & Patribus noſtræ Societatis à Sede Apoſtolica hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda in ea parte dumtaxat, in qua Priuilegijs noſtris contraueniunt, pœnis iniunctis. Hoc anno Ordo Clericorum Regularium quos Theatinos vocant inſtituitur à Petro Carapha, qui deinde fuit Papa Paulus IV. & anno ſequenti Capuccinorum Ordo inchoatur.*

MDXXV *Rei benè geſtæ memoria rurſum Hieronymus Peſna ad Generalis adſciſcitur munus: cui Petrus Bergo-*
MDXXVI *mas Anno* MDXXVI *ſuffectus eſt, quo tempore integram cœnobij ſancti Iuliani poſſeſſionem obtinuimus.*

Cœnobij S. Iuliani deſcriptio.

In via Flaminia ad vrbis Ariminenſis portam ſancti Iuliani nomine inſignitam non longe à celeberrimo Tiberij Auguſti ponte locus hic, ſedes olim Mo-

na-

nachorum Caſſinenſium, prouentibus amplis, & tricenis beneficijs Eccleſiaſticis locuples, Abbatia titulo longo tempore claruit: in cuius rei memoriam, adhuc mitra gemmis picta, & auro, cum argenteo pedo in ſacrario aſſeruatur. Templi magnificentiam auget marmoreus D. Iuliani Martyris tumulus, quem anno CMLXI *ad haſce oras maris vndis diuinitus delatum accepimus. Diui huius tutelaris hiſtoriam, & venerandi monumenti apertionem D. Vicentius Santinus è noſtris Canonicis religioſiſſimus teſtis oculatus diligenter conſcriptam vulgauit. Cœnobium ad ſeculi eius morem & Monachorum commoda exſtructum, publicis Italiæ calamitatibus corruit; & ad commendatarios prælatos tranſlatum ad noſtros demum peruenit. Patres vero magna cura omnia ad nitorem reduxere, eorumque auſpicijs depreſſa hactenus cœnobij fortuna paulatim attolli cœpit: adductis aliunde colonis diligenti agrorum cultura, vberior annona prouentus auxit. Hinc maiores noſtri ingenti animo primum nouam ædem erigere cogitant, quæ diuini cultus dignitati, & Congregationis ſplendori reſponderet. Anno itaque* MDLI *die* XXV *Auguſti varia precum ſolemnitate iactus fuit à Lactantio Foſco Vicario Epiſcopi Ariminenſis D. Pariſini de Tolentino primus fundamenti lapis. Opus acri ſtudio ſuſceptum breui tempore abſoluitur. Templum hoc patens, concameratum, ſacellis vtrinq; diſpoſitis. Martyris Iuliani corpus ſub Ara maxi-*

ma eſt proſpectu pictura Pauli Veronenſis artificioſè ornata, quæ fornice tegitur. Siniſtra parte ingredientibus chorus eſt, dextra organum auro variatum. In ſacelli columnis lateritijs ſacræ reliquiæ ſeruantur, in primis de corona Saluatoris noſtri ſpina eſt, & ſanctæ Luciæ digitus. Reliqua ſacella Aras pigmentis auroque fulgentes oſtentant. Iungitur templo ſacrarium, & cœnobium priſci operis, quod paulatim ad elegantiorem, qua nunc ſpectatur, formam reducere tentarunt. Extremam operi manum addidit noſtra ætate D. Gabriel à Fonte Collegij Theologici apud Patauinos Doctor, morum integritate, & in publicis rebus ſolertia præcipuum Societatis noſtræ ornamentum, qui loci præfecturam gerens, primus ſacram ædem varia ſupellectili & præcipue argentea inſtruxit, iuxtaque ad cœnobij ornatum omnem curam conuertit. Clauſtrorum præterea columnas ad elegantiorem ordinem reduxit, areamque pauimento lateritia ſtrauit. Superiorem contignationem ambulacris nobiliſſimis ornauit, quæ periſtylia ambiunt; atrium inſuper ante triclinium, ſublime, lucidum aperuit; cuius portæ ex lapide ad veras architecturæ rationes compactæ ſpectantur. Inde via bipatenti acceſſus, hinc ad hoſpitum cubicula, nouiter extructa, quibus vicina eſt Bibliotheca; hinc ad chorum, & ad cochleas, quibus ad inferiora deſcenditur. Aditus etiam alter eſt ad tres elegantiſſimos thalamos, quorum prior hyeme Canonicis pro triclinio eſt, alij duo

ex-

excipiendis prælatis. Ex aduerſo via patet ad officinas, & penum, ſub quo cella vinaria, & crypta vinis ab æſtus iniuria conſeruandis aptiſſima. Superiorem item contignationem, vbi patrum cellulæ. Agros antea horrentes mira culturæ diligentia exiguo temporis ſpatio pene hortos fecit. Colonorum ædes reſtaurauit, vineas, diuerſaſque arbores plantauit. In ſumma, cœnobij opes eius labore, & induſtria plurimum creuere. Diſciplinæ quoque ſtudioſiſſimus iuuenes humanioribus diſciplinis applicuit, ſeniores confeſſionibus, quorum vnus in hac æde animarum curam gerit. Adeò locus iſte elegantia, ſacris exercitijs, prouentibus, patrum comitate, & viuendi honeſtate reliquis huius vrbis cœnobijs nihil cedit. Ex quo optimi viri ſocietatem noſtram egregiè illuſtrarunt. Prædia poſſidet in vico Savignano, Caſtrum vulgò dell'Abbà cum molendinis, & ædiculam D. Virginis de Scala propè vrbis portum, cui hæc præſcripta. D. Virgo della Scala.

ÆDEM HANC D. O. M. SVB TITVLO B. VIRG. MARIÆ A SCALA DICATAM D. GREGORIVS MAFFONIVS BONON. ABBATIÆ, ET PAROCH. ECCLESIÆ S. IVLIANI IN SVBVRBIIS CIVITATIS ARIMINI PRIOR EX PROPRII COLLEGII PIORVMQVE ELEEMOSYNIS ERIGENDAM A FVNDAMENTIS CVRAVIT, ANNO DOM. MDCXI.

Varijs inſuper adhuc priuilegijs gaudet, inter quæ Nundinarum quas ad D. Iuliani Feſtum magno concurſu negotiatores quindenis diebus continuarunt. Ve-

Verum magno iam noſtrorum detrimento hæ poſt longas contentiones, lite nondum diremta, intra vrbem redacta.

MD XXVII *Suffectus eſt Hieronymus Salamonus in tuendis Priuilegijs & immunitatibus noſtris acerrimus defenſor, eoque procurante apud Sereniſſimum Senatum decretum eſt; quod Cœnobium S. Petri Brixiæ, eiuſque loca fruerentur immunitate, exemptione, & priuilegijs ſuis eſſetque liberum ab omni ſolutione vectigalium omnium vt in hoc Sereniſs. Principis beniġniſſimo diplomate patet.*

Ducis Veneti literæ. ANDREAS GRITTI *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuerſis & ſingulis Nobilibus, & ſapientibus Viris de ſuo mandato, Poteſtatibus, & Capitaneis Brixiæ, ceteriſque Rectoribus, & Iuſdicentibus totius agri Brixienſis, ſeu Magiſtratibus quibuſcunque huius Vrbis noſtræ Venetiarum, & alijs quibuſcunque ſpectat, ſeu in poſterum ſpectare poterit, & tam præſentibus, quam futuris, ad quos præſentes noſtræ peruenerint, fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Notum vobis eſſe volumus quod in Concilio noſtro de triginta vigore partium captarum in Concilio noſtro Rogatorum ſub die* X *Iunij, &* XXIX *Septembris proxime decurſorum ſuper cognitione immunitatis, & exemptionis prætendentium non teneri ad ſolutionem Datiorum ſpectantium Dominio noſtro, hodie poſita, & capta fuit pars tenoris infraſcripti, videlicet. Quod Priuilegium ſancti Petri in mon-*

monte, membri S. Petri in Olineto Brixiæ, vt in actis Cameræ phiſcalis Brixiæ ſub rubrica de exemptione Mendicantium continetur, confirmatum etiam per Sereniſſ. Maius Concilium Inclitæ Ciuitatis Venetiarum de Anno M CCCC LXXXIV, *necnon per Excellentiſſ. Concilium Rogatorum de Anno* MDXVII *Auctoritate Concilij noſtri præfati de triginta in executione partium Concilij Rogatorum* X *Iunij, & XXIX Septembris proxime decurſorum confirmetur, & approbetur prout iacet, & ſtat; Habeatque dictum Monaſterium ſiue S. Petri pro eo, plenariam & omnimodam exemptionem, immunitatem, & franchitatem, ſitque exemptum & immune ab omni ſolutione Pedagij, Gabellæ, & Datiorum omnium quorumcunque tam per Ciuitatem Brixiæ, quam per diſtrictum, & extra, de omnibus, & quibuſcunque rebus ſuis pro victu, & veſtitu, ac pro affictibus, & prouentibus omnium, & quorumcunque locorum ſuorum, necnon pro fabricis, & ædificijs eorumdem, & in ea libertate, & exemptione, & immunitate conſeruetur, quas ſemper, & continuis temporibus dictum Monaſterium conſequutum eſt. Quare cum prædicto Concilio Vobis, & veſtrum cuilibet mandamus vt partem prædictam, & omnia in ea contenta obſeruetis, faciatiſque ab omnibus inuiolabiliter obſeruari; Et hoc fecimus ſic inſtante Reuerendo Domino Dum Oliuerio Procuratore Monaſterij S. Petri in Olineto Brixiæ cum D. Aurelio Arbuſano Doctore*

Ad-

Aduocato ſuo ex vna, & præſentib. Dominis Aloyſio de Noali Doctore, & Franciſco Michaele Aduocato noſtris Phiſcalibus, qui viſis ſcripturis reſponderunt quod fiat Ius ex altera. Has autem noſtras ad futurorum memoriam, regiſtratas præſentanti reſtituite.

Dat. in noſtro Ducali Palatio die XVI Martij, Indictione X. MDXXVII.

Roma à Barbonio occupata. *Hoc anno pridie Nonas Maij Roma à Borbonij exercitu capta, incredibili ſæuitia militum omnia ſacra ac diuina miſerrimè diſcerpta, cœnobium noſtrum S. Saluatoris in Lauro, nemine è noſtris trucidato, aut offenſo, Germanorum militum ſedes, penitus deuaſtatum fuit. Tandem aſperis conditionibus pace compoſita Summus Pontifex ampliſſimis literis Indulgentiam plenariam illis conceſſit, qui Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Vantio Patauij inuiſerent.*

MDXXVIII *Hieronymus Peſna Generalis eligitur, quo tempore Rector S. Iuliani Arimini, defuncto Rectore Eccleſiæ S. Martini de Bordulocho D. Hieronymo, dictam Eccleſiam cum prouentibus D. Ludouico de Pontolio Canonico noſtro tradidit.*

MDXXIX *Hieronymo Peſnæ ſucceſſit D. Donatus Planerius, qui Congregationis noſtræ vt alias rebus egregiè peractis, patria, moribus ſimilem Stephanum de Prouaglio ſui officij adminiſtratorem habuit.*

MD XXX *Extincta quæ videbatur Benedictorum Brixienſium de prærogatiua hic repullulauit contentio. Sed*

eam

eam repreſsit Sereniſſimi Principis Veneti prouidentia, qui ſub indignationis pœna Anni M D X X I I. *Reſcripto omnino ſtandum præcipit.* XXXVI.

ANDREAS GRITTI *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & ſapientibus Viris Chriſtophoro Capello de ſuo mandato Vicepoteſtati, & Antonio Iuſtiniano Capitaneo Brixiæ, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Altre volte eſſendo qualche altercatione tra quelli Religioſi circa il precedere nelle proceſsioni ſi fanno de lì, dichiaraſsimo l'ordine ſe oſſerua in queſta Città noſtra: Commandaſſimo che il medeſimo ſi doueſſe oſſeruare de lì come è conueniente, ſi come appare per noſtre lettere de dì* X V *Giugno* M D X X I I. *la copia della quale ſarà à queſte incluſa; Et perche intendemo detto ordine ſeruarſi da cadauno altro, ſaluo dalli Monaci di S. Giorgio Maggiore, li quali non vogliono dar il loco alli Canonici di S. Maria dell' Horto, giuſto eſſo ordine, il che è cauſa di ſcandalo, e mormoratione in quella Città. Però n'è parſo per le preſenti replicarui, che dobbiate fare al tutto oſſeruare detto ordine ſenza contradizione alcuna. Amonendo li detti Monachi à contentarſi del ſuo luoco, perche altrimenti ſaremo aſtretti à far prouiſione, che ſarà d'ignominia ſua. Has autem litteras regiſtrari facite in iſta Cancellaria ad ſucceſſorum veſtrorum memoriam, & regiſtratas præſentanti reſtituite.* Ducis Veneti literæ.

Datum in noſtro Ducali Palatio die XXIII.

Septembris, Indictione IV. An. MDXXX.

MDXXXI Controuerſia ſublata, Patres Congregationis Præſidem nominant *Philippum Stancharium de Monticello Brixienſem*, Virum doctrinæ fama clarum, qui Summo Pontifici Alexandro VI à ſacris confeſſionibus fuerat. Cuius opera conceſſus noſter varijs commodis fuit locupletatus. Is nempe à Summo Pontifice integrum nobis Romæ prædium propè hortos olim Saluſtianos impetrauit, cui à delicijs & amœnitate nomen Paradiſi inditum. Illud fati violentia ſublatus Baptiſta Vrſinus Cardinalis Congregationi noſtræ legauerat. Sedes vero Apoſtolica veluti Cardinalis hæres omnia eius bona ad ſe ſpectare cenſuit; Pontificis tamen benignitate hodie etiam eo proſperè fruimur. Viſitatores electi fuerunt D. Hieronymus Peſena, & D. Stephanus Proualius.

MDXXXII Die XXII Aprilis Donatus Planerius Generalis eligitur, Viſitatores D. Philippus de Monticellis, & D. Anſelmus Veronenſis. Decretum fuit per comitia, quod noſtrorum Priuilegiorum fierent exemplaria in omnibus noſtræ Congregationis cœnobijs, & quod conſtitutiones noſtræ reformarentur. Patres noſtri Bononienſes, qui cœnobium extra mœnia vrbis incolebant, maiori vitæ commodo ac pietatis exercitatione, vt ciuium neceſſitati inſeruirent, in medium ciuitatis ad Eccleſiam S. Syri ſe transferunt, vbi magnis expenſis cœnobium ſatis ſplendidum extruxerant, mutato Diui tutelaris nomine in S. GREGORII

No-

MDCVI. venerationem frequenti populi conſluxu celebrem, quod die V. *Martij factum oſtendunt Clementis VIII Sum. Pont. literæ, quibus prioris cænobij immunitates ampliſsimè corroborantur. Quod etiam uberrimè oſtendit decretum Illuſtriſsimi Marci Antonij Francioti Proth. Apoſt. vtriuſque ſignaturæ Sanctiſſimi Papæ referendarij, & Curiæ Apoſtolicæ Generalis auditoris, editum Romæ in topographia Cameræ Apoſtolicæ An.* M DC IV, *vbi Compendium ampliſſimi Priuilegij Pauli III inſertum legimus.* S.Gregorij cęnobium priuilegijs munitum.

Hoc ipſo anno Abbatiam S. Brigidæ Brixiæ Illuſtriß. Comitis & Domini Anguillariæ ex Dominis Vrſinis dono S. Petri cænobio adiectam habemus. Hoc ferme tempore primum è noſtris eligi ſex patres cœperunt, quos Definitores dicimus, quorum eſt cum Generali & Viſitatoribus, Nouem Patrum titulo, rerum noſtrarum ſtatum accurate tueri. Menſe Septembri variæ inter Patres factæ fuerunt mutationes à Rectore Generali, & Viſitatoribus cum Deputatis ſancti Georgij in Alga. Abbatia S. Brigidæ S.Petri cęnobio vnita. Patrum Nouē prima electio

Aucto in dies Brixienſium noſtrorum numero ſumma rerum ad ipſos continuata veluti ſerie tendere videbatur. Hoc namque Anno die v. *Maij Leo Bugatus huius loci Generalatus honore affulſit, Viſitatores electi D. Donatus de Planerijs, & Benedictus Vgo Patauinus. Sub pœna ſancitum fuit, ne inſignia alicuius Prætoris ſeu cuiuſcunque nobilis non affigeren-* M D XXXIII

rentur parietibus intra, vel extra templum. Et in congreſſu nouem Definitorum XX. Decembris excommunicatio promulgatur contra eos, qui deponerent falſas querelas, aut falſa contra proximos teſtimonia; itemque in eos, qui dolum, vel fraudem in ferendis ſuffragijs committerent.

M D XXXIV. Bugatus ne ſuis nimium fauere Brixienſibus videretur, officio excedens die XX Aprilis Benedictum Vgum Patauinum ſibi ſubrogat: Viſitatoribus electis Anſelmo Veronenſi, & Leone Bugato. Capitulum approbauit facultatem fabricandi Eccleſiam S. Petri Leoni Bugato conceſſam. Et in congreſſu Definitorum ſub die III. Ianuarij cum presbyter Marcellus Prothonotarius Apoſtolicus obtuliſſet Monaſterio S. Mariæ ab Horto beneficium Gemellæ, & cœnobio S. Mariæ in Vantio Patauij beneficium S. Mariæ de Maroſtica; conſtitutum fuit, inter noſtros recipiendum eius filium, cum ætas & mores id permitterent. Quo tempore Clementi VII defuncto, Farneſius Pauli III titulo in D. Petri Sedem ſucceſſit.

Beneficiũ Gemellæ S. Mariæ ab Horto vnitum.

M D XXXV Cum Benedictus Vgo non minori animi candore, quàm vitæ modeſtia rem noſtram adminiſtraſſet, Maximo Vicentino ſuis meritis hanc dignitatem conferendam impetrauit XIV Aprilis. Viſitatores electi Gaſpar Clodienſis, & Benedictus Vgo.

M D XXXVI Calendis Maij Leo Bugatus ſecundùm Generalis eligitur, adiectis Viſitatoribus Leonardo Vicentino & D. Pacifico de Sancta Eufemia. Huic Viro de-

be-

bemus Sereniſs. Ducis Veneti reſcriptum, quo cœnobij S. Petri Priuilegia confirmantur.

ANDREAS GRITTI *Dei gratia Dux Venetiarum* &c. *Vniuerſis & ſingulis Nobilibus, & ſapientibus Viris de ſuo mandato Poteſtatibus, & Capitaneis Brixiæ ceteriſque Rectoribus, & Iuſdicentibus totius Agri Brix. ſeu Magiſtratibus quibuſcunque huius vrbis noſtræ Venetiarum, & alijs quibus ſpectat, ſeu in poſterum ſpectare poterit, & tam præſentibus quam futuris, ad quos præſentes noſtræ peruenerint, fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis quod in Concilio noſtro de triginta vigore partium captarum in Concilio noſtro Rogatorum ſub die* X. *Iunij,* & XXIX *Septembris proximè decurſorum ſuper cognitionem immunitatis, & exemptionis prætendentium non teneri ad ſolutionem Datiorum ſpectantium Dominio noſtro, hodie poſita, & capta fuit pars tenoris infraſcripti, Videlicet. Quod auctoritate huius Concilij, & virtute partium Excellentiſs. Concilij Rogatorum diei* X *Iunij, &* XXIX *Septembris præterit. gratia, & ſententia Priuilegij D. Ducis Mediolani* MCCCCXXIII *die* XXX *Auguſti Monaſterio S. Petri Olieto conceſſa, confirmata etiam de anno* MCCCCXXXIII *in confirmatione, & approbatione facta per Excellentiſs. Concilium Rogatorum Ciuitati Brixiæ, confirmetur, & approbetur, & executioni mandetur prout ſtat, & iacet, pro poſſeſſionibus ſuis de Colere.*

Reſcriptũ Sereniſs. Ducis Veneti pro cõfirmatione Priuileg. S. Petri.

Et

Et quod tam de præſenti, quàm in futurum Monaſterium prædictum, & eius D. Canonici, & eorum Maſſarij, Coloni, & laboratores, ſint & eſſe debeant immunes, & exempti ab omnibus Datijs imbotatura & alijs quibuſcunque Ciuitatis, & Territorij Brixiæ pro affictibus, redditibus, & prouentibus, ac alijs quibuſcunque rebus eorumdem Dominorum Canonicorum, prout etiam dictæ exemptiones Bulla Aurea de Anno MDXI, *& de Anno* MDXVII *ab Excellentiſſ. Concilio Rogatorum approbata, & confirmatæ fuerunt, ac obſeruari, & manuteneri debeat dictum Monaſterium, & eius Domini Canonici pro dicta poſſeſſione de Colere in eiſdem priuilegijs, & exemptionibus Datiorum ſupradictorum, ac libertate, in quibus dictum Monaſterium, & eius Domini Canonici pro dicta poſſeſſione vt ſupra vſque in præſentem diem fuerunt, & conſecuti ſunt. Quare cum præfato Concilio Vobis, & veſtrum cuilibet mandamus, vt partem prædictam, & omnia in ea contenta obſeruetis; faciatiſque ab omnibus inuiolabiliter obſeruari: Et hoc fecimus audito Domino Aurelio Arbuſano Doctore Aduocato, & nomine Monaſterij Ven. Dominorum Fratrum S. Petri in Olìueto Ciuitatis Brixiæ præſenti cum eo Ven. D. Oliuerio Procuratore dicti Monaſterij ex vna, & Viro Nobili S. Franciſco Michaele Aduocato Fiſcali tuente iura Dominij noſtri ex altera. Has autem noſtras ad futurorum memoriam regiſtratas præſentanti reſtituite.*

Dat.

Dat. in noſtro Ducali Palatio die x v i Februarij, Indictione x. M D X X X V I.

Summi Pontificis Pauli I I I ſub anni initium affulſit mira in noſtros facilitas, qua ſuã in nos propenſionem prolixè ſignificaturus Monachorum Caßinenſium priuilegia antehac ipſis conceſſa & porrò concedenda noſtro Ordini communia eſſe voluit. Huius & aliorum, quæ Summorum Pontificum debentur benignitati, priuilegiorum immota perpetuitas annua ducati aurei penſione D Petri & Pauli feſto confirmatur: quamquam in diplomate ad Auguſtinianos grauiſſima ſit LEONIS X *in eos comminatio, qui aliquid ijs contrarium tentant:* Quod ſi Seculares Veſtro MARI MAGNO vel cuiquam conceſſionum veſtrarum contraire temere audeant, pro excommunicatis publicari volumus. Si Clerici, præter cenſuram prædictam dignitatibus & beneficijs Eccleſiaſticis priuatos eſſe, eaq. liberè impetrari poſſe decernimus. M D XXXVII

Priuilegiorũ noſtrorũ perpetuitas.

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij cura, quam diſponente Domino licet immeriti gerimus, nos propenſius admonet, & hortatur vt circa vniuerſorum Chriſti fidelium præſertim in humilitatis ſpiritu, vota ſua Altißimo perſoluentium proſperum ſtatum ſollicitis ſtudijs intendamus, & ea quæ propterea per prædeceſſores noſtros conceſſa comperimus, etiam noſtri muniminis ſoliditate roboremus, & alias in his eiuſ-*

Pauli III. diplomate Monachorum Caſſinenſiũ priuilegia noſtris conceſſa.

eiuſdem officij partes fauorabiliter impartiamur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter motu proprio Dilectos filios Congregationem Caſinenſem, nunc S. Iuſtinæ Monachorum Ordinis S. Benedicti Regularis obſeruantiæ, eiusque Præſidentem, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Conuerſos, Commiſſos, Nouitios, & perſonas ac eorum Capellanos, qui pro tempore forent, etiam curam animarum habentes: necnon familiares, & ſeruitores ipſorum, qui tunc erant in præfata Congregatione, & in futurum pro tempore eſſent, ac etiam ipſius Monaſteria, Prioratus, & loca, quæ tunc erant, vel in poſterum Congregationi prædictæ, quandocunque vniri, vel incorporari, ſeu ſubijci, vel aggregari contingeret: necnon omnia & ſingula dictorum Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum vt præmittitur, tunc præſentium & futurorum Eccleſias, Capellas etiamſi ipſis cura animarum immineret, Oratoria, Manualia, Membra, Caſtra, Fornalitia, Ædificia, Villas, Grangias, Vineas, Oliueta, Hortos, Siluas, Nemora, Prata, Paſcua, Piſcationes, Molendina, Aquas, Aquarum decurſus, Iura, Iuriſdictiones, Prædia, Poſſeſſiones quaſlibet, & Bona quæcunque, quæ tunc erant & in futurum eſſent dictæ Congregationis à quorumcunque Legatorum, Subdelegatorum: necnon Nunciorum Apoſtolicæ Sedis, ac Vicariorum, Rectorum, & quorumuis officialium Romanæ Eccleſiæ,

ſiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, electorum, adminiſtratorum, & aliorum quorumcunque Iudicum Ordinariorum quouis nomine & poteſtate fungerentur, locorum, & ordinariorum ditione, auctoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione & correctione: Ita quod in dictam Congregationem, vel eius ſingulares perſonas, ſeu benefactores occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſmodi Monachis conuerſarentur, ſeu ab eis reciperent abſolutionis beneficium, & Euchariſtiæ Sacramentum, necnon in Monaſteria, Prioratus, loca & perſonas in eis degentes ratione delicti exceſſus, ſeu contractus, aut rei de qua ageretur vbicunque iniretur contractus, ſeu delictum committeretur, aut res ipſa conſiſteret excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſuis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione Sedis prædictæ, & de indulto huiuſmodi; & congregatione præfata mentionem expreſſam faciente quomodolibet directè, vel indirectè ferre, ſeu promulgare non poſſent, decernens ex tunc quicquid in contrarium actum foret irritum, & inane, nulliusque fore roboris, vel momenti, de ſpecialis dono gratiæ, & de plenitudine poteſtatis per ſuas literas prorſus exemit, & totaliter liberauit: Illaque omnia & ipſorum quomodolibet in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis eiuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcepit, & ſua retento ſibi, & Eccleſiæ Romanæ certo tunc

expreſſo annuo cenſu in Feſto Beatorum Petri, & Pauli annis ſingulis eidem Prædeceſſori, & Cameræ Apoſtolicæ perſoluendo in ſignum perpetuæ libertatis & exemptionis; etſi huiuſmodi Legati, aut Ordinarij; ſeu perſonæ ſupradictæ contra prædicta, vel aliquod præmiſſorum non ſolum facere, ſed attentare quomodolibet præſumerent, & requiſiti per ipſius Congregationis Prælatos, vel Monachos, ſeu per notificationem ipſius priuilegij, vt deſiſterent, & id facere negligerent, infra tres dies à die requiſitionis, ſiue notitiæ vt præfertur, eo caſu ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrerent; & nihilominus quod aliter actum eſſet eo ipſo eſſet irritum, & inane, & nullius efficaciæ, roboris, vel momenti. Et inſuper cũ contingeret fieri Concilia Generalia, Prouincialia, ſeu Synodalia, etiam Apoſtolica, vel quauis auctoritate firmata, ſeu quaſuis Congregationes quouis nomine cenſentur Eccleſiaſticarum, vel Laicarum perſonarum, cuiuſcunque dignitatis, aut ſtatus exiſterent Prælati, ſeu Monachi ad ea ire, ſeu mittere, niſi ad ipſius Congregationis Capitulum Generale celebrandum, aut alias iuxta eorum ordinationes nullatenus compelli poſſent etiam per literas Apoſtolicas non facientes ſpecialem mentionem de huiuſmodi indulto prædictæ Congregationi conceſſo, nec Congregationis perſonæ huiuſmodi, quod in eorum locis Miſſæ, aut alia diuina officia celebrarentur, ordines conferrentur, vel agitarentur, cauſæ ciuiles, vel criminales,

Pro-

Proceſſiones conuocarentur, aut Synodus, Conuentus, ſeu quæuis Congregationes tam Eccleſiaſticarũ, quam Laicarum perſonarum congregarentur; ſiue quod huiuſmodi Congregationis loca ad vſum, hoſpitium, habitationem, detentionem, & incarcerationem Eccleſiaſticarum, vel Laicarum perſonarum, deputarentur aſtringi, aut cogi aliqualiter valerent, contraque omnia, aut aliquod prædictorum, quæuis perſona cuiuſcunque conditionis, vt præfertur, aut ſtatus exiſteret attentare præſumens; niſi facta ei de huiuſmodi indulto notitia deſiſteret; ipſo facto ſententiam excommunicationis incurreret. Et in poſterum ne quando Reges, Principes, Barones, Milites, Nobiles, Laicales perſonæ, Communitates, Vniuerſitates, Magiſtratus, Rectores, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, ac Diœceſ. diuerſarum Monaſterijs, Prioratibus, Locis, Capellis, Eccleſijs, Manualibus, Grangijs, Caſtris, Poſſeſſionibus, & Bonis, necnon Prælatis, & Monachis ipſius Congregationis, gabellas, talias, datia, collectas impoſitas, onera etiam ad pontium refectionem, aut viarum reparationem, ac alia diuerſa, & varia grauamina inferre, indicere, & imponere, aut indicta, aut impoſita exigere præſumerent, diſtrictius prohibuit, ac ſub pœna excommunicationis, atque maledictionis æternæ, quam à notitia huiuſmodi indulti, niſi deſiſterent, incurrere mandauit: Non obſtantibus ſi dictis ſecularibus, vel quibuſlibet alijs perſonis communiter, vel diuiſim ab ea-

dem eſſet Sede indultum, quod illa imponere, ſeu exigere valerent etiam ab exemptis per ſe, vel alios quoquomodo, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu vltra, vel extra certa loca, & ad iudicium euocari non poßint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ex certa ſcientia, ac ipſa congregatione ſpecialem mentionem, committens etiam, & mandans omnibus, & ſingulis delegatis, ſubdelegatis, ac Nuncijs Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Rectoribus vniuerſis tunc præſentibus, & futuris, in quorum Diœceſ. erant, & eſſent in futurum loca, & perſonæ huiuſmodi, quatenus præfata loca, ac etiam perſonas in eis degentes, & eorum bona talijs, collectis, impoſitionibus gabellarum, ſubſidijs, etiam caritatiuis, aut quibuſuis alijs oneribus realibus, vel perſonalibus, ſeu mixtis, etiam per eandem Sedem indictis, conceßis, ſeu datis, aut permißis; ſeu indicendis, aut concedendis ex tunc de cetero grauari quoquomodo minimè permitterent, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, vel alia Iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Necnon voluit, & decreuit Monaſteria, Prioratus, Loca, Manualia, Grangias, Poſſeſſiones, & Bona, quæ tunc erant ipſius Congregationis, & eſſent in futurum, ac Prælatos, Monachos, & perſonas præfatas ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, aut alio quocunque grauamine quouis nomine cenſerentur per ipſum

 præ-

prædeceſſorem, aut ſucceſſores ſuos faciendo, ſeu imponendo; necnon à quorumcunque occaſione legatorum etiam de latere; ſubdelegatorum Nunciorum Apoſtolicorum, Ordinariorum, Diœceſanorum, ſeu alterius cuiuſcunque etiam Apoſtolica auctoritate tam impoſitorum, quam imponendorum per alias literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi indulto, ac Congregatione ipſa mentionem ſpecialem: Necnon à caritatiuis, & alterius cuiuſcunque exactionis, & oneris realis, perſonalis, aut mixti ſolutione ex tunc de cetero prorſus exemptos, liberos, & immunes fore; ita vt cogi, vel inquietari per dictas perſonas, aut alios quoſcunque pro huiuſmodi oneribus, impoſitionibus, grauaminibus, exactionibus, & ſolutionibus minimè poſſent, vel deberent: Necnon omnibus cenſibus, redditibus, & ſolutionibus ratione viſitationis, aut ſubiectionis, quocunque iure eatenùs debitis, aut in futurum debendis quibuſcunque Ordinarijs, Capitulis, Collegijs, Congregationibus, Vniuerſitatibus, aut alijs quibuſuis perſonis de eiuſdem plenitudine poteſtatis omnino liberauit, ac penitus abſoluit. Non obſtantibus præſcriptionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, ſtatutis, decretis, & priuilegijs Apoſtolicis quibuſcunque in contrarium facientibus, de quibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet mentio facienda. Cæterùm de quibuſcunque poſſeſſionibus vbilibet conſtitutis, quæ tunc erant, vel in futurum eſſent

-TTT Mo-

Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædicto-rum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel perſonæ cole-bant, ſeu coli faciebant, aut in futurum colerent, ſeu coli facerent; ſiue de hortis, virgultis, piſcationibus eorumdem, vel de nutrimentis animalium ipſorum, nullus ab ipſis, vel ab alijs pro eis primitias, decimas, quarteſiã, aut alio quocumque nomine cenſerentur, exigere, vel extorquere præſumeret, nec illas aliqui-bus ſoluere tenerentur; ſiue ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſent inuiti Generalis Conci-lij, & quibuſcunque alijs Apoſtolicis, vel Prouincia-libus, aut Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus; decernens ex nunc irritos, & inanes quoſ-cunque proceſſus, & ſententias etiam interdicti, quos, uel quas contra inhibitiones ſuas huiuſmodi per quem-uis aut quauis auctoritate fieri cõtingeret, aut quomo-dolibet promulgare. Quodque præfata Congregationis Monaſteria, & loca, hereditates, legata, & fi-dei-commiſſa per mediam perſonam Monachorum, aut alias qualitercunque delatas bona mobilia, & im-mobilia in quibuſcunque Ciuitatibus, & locis quouis titulo acquirere, ipſique Monachi, & perſonæ pete-re; & exigere poſſent præfata bona vndecunque, vel qualitercunque eis debita, & quæ ſi in ſeculo re-manſiſſent ius petendi, & exigendi haberent ipſis eo-rum Mnaſterijs acquirenda quibuſcunque ſtatutis, ordinationibus, & decretis cuiuſuis Eccleſiaſticæ, ſi-ue ſecularis perſonæ, Communitatis, Collegij, ſeu Vni-

uer-

uerſitatis, aut alterius cuiuſcunque gradus, ſtatus, dignitatis, officij, & auctoritatis exiſteret nullatenus obſtantibus, ſtatuit præterea quaſcunque poſſeſſiones, bona, iura, iuriſdictiones, ad ipſa Monaſteria, Loca, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & Hoſpitalia, tam tunc præſentia, quam futura ipſius Congregationis in quibuſcunque mundi partibus conſtituta ſpectantia, & pertinentia, quæ tunc Monachi Congregationis huiuſmodi iuſte, & canonicè poſſidebant, ſeu in futurum conceſſione Pontificum, Regum, vel Principum oblatione fidelium, vel alijs iuſtis modis præſtante Domino poſſent adipiſci ipſis Monaſterijs, Capellis, Oratorijs, ſeu Hoſpitalibus tunc præſentibus, & futuris firma, & illibata firmari voluit: Decernens ut nulli omnino hominum liceret præfata Monaſteria, ſeu loca, ut præfertur res, & bona mobilia, ſiue immobilia, poſſeſſiones, domos, molendina, aquas, piſcarias, iura, ſeu iuriſdictiones temere perturbare, aut illa, vel illorum aliquod inferre, vel oblata retinere, recuperare; ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: Quod ſi aliqua Eccleſiaſtica ſecularis cuiuſcunque gradus, vel conditionis extiterit, etiamſi Pontificali dignitate præfulgeret, contra huiuſmodi ſuæ exemptionis, liberationis, decreti, conceſſionis, defenſionis, conſeruationis, & libertatis indultum venire dicta bona, iura, iuriſdictiones, exemptiones, & indulta, vel aliquod eorum violando, occupando, turbando, vel diminuendo, ſeu indebitè fatigare præſumeret, nec facta ei noti-

tia

tia de huiuſmodi ſuo indulto in tres dies ſe corrigeret, aut idoneam cautionem de ſatisfaciendo præſtaret, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurreret, à qua niſi dicta ſatisfactione præſtita, præterquam in articulo mortis, & tunc de ſatisfaciendo per ſe ſi ſuperuixerit, aut per ſuos heredes, & ſucceſſores idonea præſtita cautione nequiret abſolutionis beneficium obtinere. Et vlterius motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus voluit, ſtatuit, & decreuit, quod contra præfata Congregationis Monaſteria, loca, perſonas, & bona aliqua non concurrat præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum. Quod quidem indultum tam in caſibus, rebus, & bonis tam præteritis, quam futuris extendi, & locum habere omnino voluit, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus, prohibens ſubſequenter ne aliqui cuiuſpiam ſtatus, gradus, vel conditionis exiſterent perſonas, quæ de iure communi Religionem ingredi non probibeantur ex ſeculo fugientes, & ad conuerſationem huiuſmodi Congregationis venire cupientes, verberibus, aut violentijs quibuſcunque impedire, vel probibere, aut à Monaſterijs, & locis ipſius Congregationis tunc præſentibus, & futuris iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando, ſeu eos moleſtando huiuſmodi perſonas euellere, aut extrahere auderent, vel præſumerent: contrafacientes vero ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrerent, dum tamen, cùm hoc ſtatutum foret, eis ad notitiam deductis non deſiſterent

rent à prædictis, à qua non poſſent præterquam in articulo mortis niſi per Sedem prædictam abſolutionis beneficium obtinere. Quodque ſi contingeret aliquem literas Apoſtolicas, commiſſiones, de adminiſtranda iuſtitia, executione facienda, viſitatione exercenda, aut alia quauis cauſa ad aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis directas impetrare, niſi huic indulto expreſſè, ſpecialiter, & nominatim derogaretur, ad huiuſmodi cauſas talium obtenta literarum præter liberam eorum voluntatem procedere, vel eas exequi minime teneri decreuit. Et ne quis Prælatos, Monachos, & perſonas de huiuſmodi Congregatione de calumnia, & veritate dicenda, iuramentum ſubire, aut ad faciendum teſtimonium quacunque ex cauſa compellere, & inuitos ſiue extra ciuitates, & Diœceſes ſuas traheret, ſeu in eos, vel eorum aliquem propterea excommunicationis, vel alterius cenſuræ, ſeu pœnæ ſententiam proferret, per literas Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum eius, niſi in eiſdem literis de huiuſmodi indulgentia plena & expreſſa, ac de verbo ad verbum facta foret mentio ſpecialis; Decernens excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac alias ſententias, ſi quas in eos, vel aliquem eorum contra indultum huiuſmodi promulgari contingeret, irritas & inanes. Prælatorum verò, Monachorum, Conuerſorum, Commiſſorum, & Nouitiorum ipſius Congregationis teſtimonia in cauſis ipſorum, ciuilibus, & criminalibus in iudicio & extra, legitima eſ-

ſent, & iuridica; & vt eis liberè & licitè vti poſſent conceſsit, adijciens etiam quod ſi quandoque contingeret per aliquem ad plures actus contra huiuſmodi, aut quæcunque alia decreta, priuilegia, indulta, gratias, & immunitates præfatæ Congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquid à quocunque cuiuſcunque conditionis, dignitatis, gradus, ſeu ſtatus exiſteret ex negligentia, vel ignorantia tunc præſentium, vel futurorum, quibus ea concedebantur, vel alia quauis cauſa aliter attentari, vel obſeruari ignoranter, vel ſcienter, nullum tamen per hoc præiudicium decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, & immunitatibus præfatis voluit generari, ſed illa in ſuo vigore, & robore permanere, prout in eiſdem literis plenius continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Generalis, necnon Leonis Bugati Brixienſis S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, & aliorum Rectorum, Priorum nuncupatorum, ac Viſitatorum, necnon Canonicorum, & perſonarum Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum petitio continebat, præfatus Eugenius prædeceſſor ipſius Congregationis S. Georgij Fundator, & nonnulli alij Romani Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtri, etiam eidem Congregationi S. Georgij in genere, & aliquibus illius Eccleſijs, & locis; ac illorum Rectoribus, & Canonicis in ſpecie diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias, conceſsiones, gratias, literas, & indulta, ac inter alia quod ſinguli confeſſores idonei,

quos

quos ſinguli ex Rectoribus, Canonicis, & alijs perſonis, ac ſeruientibus, tam Clericis, quàm laicis, in præfata Congregatione S. Georgij pro tempore exiſtentibus ducerent eligendos omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi forent, ſemel tantum in mortis articulo plenariam remiſſionem concedere ipſi confeſſores ſingulorum confeſſionibus auditis, pro commiſſis, etiam ſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica foret merito conſulenda, debitam abſolutionem impendere, & ſingulos à quibusuis ſententijs in eos quauis auctoritate promulgatis ſemel dumtaxat abſoluere: Necnon ſuper irregularitate, ſi quam incurrerent, diſpenſare, ac inhabilitatis & infamiæ maculam per eos, vel eorum aliquem quomodolibet contractam abolere. Quodque Rectores, Canonici, perſonæ, & ſeruientes præfati diebus Stationum Eccleſiarum dictæ Vrbis, & extra illius muros in Miſſali Romano annotatis, ſi confeſſi, & contriti forent, certa Altaria in eorum Eccleſijs conſiſtentia deuotè viſitando, & inibi ter pſalmum Miſerere mei Deus, ſeu ter orationem Dominicam, ac toties Salutationem Angelicam dicendo omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequerentur, quas conſecuti fuiſſent, ſi Eccleſias Vrbis, & extra muros huiuſmodi eiſdem Stationum diebus perſonaliter viſitaſſent, conceſſerint ipſique, generalis: Necnon Leo, & alij Rectores, & Viſitatores, Canonici, & perſonæ præfati, vt Diuinis obſequijs ſe quietius coaptare poſſint cupiant eiſ-

dem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, indulgentijs, conceſſionibus, gratijs, & indultis, dictæ Congregationis Caſſinenſis, ac illius Monaſterijs, Prioratibus, Eccleſijs, Capellis, Oratorijs, locis, membris, Caſtris, Fortalitijs, ædificijs, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, ſiluis, nemoribus, paſcuis, piſcationibus, molendinis, aquis, Iuribus, Iuriſdictionibus, prædijs, poſſeſſionibus, & bonis; Necnon Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, Nouitijs, Conuerſis, Commiſſis, perſonis, Capellanis, familiaribus, & ſeruitoribus pro tempore exiſtentibus conceſſis potiri, ac priuilegia, & indulta eis, & præfatæ Congregationi S. Georgij conceſſa, vt eo firmius obſeruentur, quò clarius conſtiterit illa ea deliberatione approbata qua fuerint conceſſa noſtri muniminis præſidio fulciri, pro parte eorumdem Generalis, necnon Leonis, & aliorum Rectorum, ac Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum Congregationis S. Georgij prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eidem Congregationi S. Georgij, ac illius Eccleſijs, Capellis, Oratorijs, locis, Iuribus, membris, ædificijs, Grangijs, vineis, oliuetis, hortis, pratis, molendinis, prædijs, poſſeſſionibus, & bonis: Necnon Generali Leoni, ceteriſque Rectoribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis præſentibus, & futuris: Quod ſupradictis, ac omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, faculta-

tibus,

tibus, indulgentijs, conceſſionibus, gratijs, & indultis dictæ Congregationi Caſſinenſi, ac illius Monaſterijs, Prioratibus, Eccleſijs, Capellis, Oratorijs, locis, membris, Caſtris, Fortalitijs, ædificijs, Villis, Grangijs, vineis, oliuetis, hortis, ſyluis, nemoribus, pratis, paſcuis, piſcationibus, molendinis, aquis, Iuribus, Iuriſdictionibus, prædijs, poſſeſſionibus, ac bonis prædictis tam per dictum Eugenium, quam alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & alias quomodolibet conceßis, gaudere poſſint concedere, necnon ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, indulgentijs etiam plenarijs, conceßionibusque, gratijs, literis, & indultis dictæ Congregationi S. Georgij, vt præmittitur, conceſſis robur noſtræ approbationis adijcere, ac alias eorum ſtatui in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictæ Congregationis S. Georgij ſalubrem directionem, & felicem ſucceſſum paterno zelantes affectu, ac Generalem necnon Leonem, & alios Rectores, & Viſitatores, Canonicos, & perſonas præfatos, & eorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis & interdicti alijs Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Necnon ſingulorum priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, facultatum, indulgẽtiarum, gratiarum, con-

ceſ-

ceßionum, & indultorum, etiam non expreſſorum, ac veriores Eugenij, & aliorũ prædeceſſorum literarum huiuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo insererentur præſentibus pro expreßis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præfatæ Congregationi S. Georgij ac illius Eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, grangijs, vineis, oliuetis, pratis, molendinis, prædijs, poſſeſſionibus, ac bonis quibuſcunque; Necnon Generali, ac Leoni, ceterisque Prioribus, Canonicis, Nouitijs, conuerſis, capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, ac perſonis quocunque nomine nuncupatis præſentibus & futuris, tam citra, quam vltra montes, & vbilibet conſtitutis, vt omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, indulgentijs, conceſſionibus, gratijs, et indultis dictæ Congregationi Caſſinenſi, ac illius Monaſterij; Prioratibus, Eccleſijs, Oratorijs, locis, membris, caſtris, fortalitijs, ædificijs, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, ſyluis, nemoribus, pratis, paſcuis, piſcationibus, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, iuribus, iuriſdictionibus, prædijs, poſſeßionibus, & bonis; Necnon Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, conuerſis, commiſſis, nouitijs, perſonis, capellanis, ſeruitoribus, & familiaribus pro tempore exiſtentibus ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, etiam per modum extenſionis, vel communicationis, aliorum priuilegiorum, ad ipſam Congregationem Caſſinenſem, in genere quomo-

modolibet hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, à quibus Congregatio ipſa Caſſinenſis, illiusque Monaſteria, Prioratus, Eccleſiæ, Capellæ, Oratoria, Loca, Membra, Caſtra, Fortalitia, Ædificia, Villæ, Grangiæ, Vineæ, Oliueta, Horti, Syluæ, Nemora, Prata, Paſcua, Aquæ, Aquarum decurſus, Iura, Iuriſdictiones, Prædia, Poſſeſſiones, & bona, necnon Præſidens, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachi, Conuerſi, Commiſſi, Nouitij, perſonæ, Capellani, ſeruitores, & familiares prædicti de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, indulgentiæ, conceſſiones, gratiæ, & indulta huiuſmodi eidem Congregationi S. Georgij, ac illius Eccleſijs, Capellis, Oratorijs, Locis, Iuribus, Membris, Ædificijs, Grangijs, Vineis, Oliuetis, Hortis, Pratis, Molendinis, Prædijs, Poſſeſſionibus, & Bonis: Necnon Generali, ac Rectoribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, ac perſonis prædictis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus; & indulgemus, ipſaque priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, indulgentias, conceſſiones, gratias, & indulta dicta Congregationi Caſſinenſi conceſſa, ad eamdem Congregationem S. Georgij, illiusque Eccle-

cleſias, Capellas, Oratoria, loca, iura, membra, ædificia, grangias, oliueta, hortos, prata, molendina, prædia, poſſeſſiones, & bona; Necnon Generalem, Priores, Viſitatores, Rectores, Canonicos, Nouitios, Conuerſos, Capellanos, ſeruitores, familiares, & perſonas præfatos pro tempore exiſtentes, tam citra, quam vltra montes, & vbilibet conſtitutos extendimus, & illis communicamus. Et inſuper omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias etiam plenarias, conceſſiones, gratias, indulta, & literas eidem Congregationi S. Georgij, ac illius Eccleſijs, Capellis, & locis etiam in ſpecie; Necnon Generali, ac alijs Rectoribus, ac Viſitatoribus, Canonicis, & perſonis pro tempore exiſtentibus tam per dictum Eugenium, quam quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & per nos quomodolibet, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſa, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, quatenus in vſu exiſtant, ex certa noſtra ſcientia, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & firmiter obſeruari eidem Generali, ac Leoni, alijſque Rectoribus, Viſitatoribus, Canonicis, & perſonis pro tempore exiſtentibus ſuffragari, ac illis vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſe decernimus; Ita tamen quod Congregatio ipſa S. Georgij in ſignum exemptionum, & immunitatum huiuſmodi cenſum annuum vnius Ducati auri Cameræ Apoſtolicæ annis ſingulis

in

in feſto Beatorum Petri & Pauli perſoluere teneatur: Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Caſertanen., & Feltren., & Ceſenaten. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ibi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, necnon Leonis, & aliorum Rectorum, ac Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum Congregationis S. Georgij huiuſmodi deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aßiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos ipſæ præſentes literæ concernunt, illis pacificè gaudere non permittentes, eos deſuper contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet moleſtare, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceßibus cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſecularis; Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel Diœceſ. niſi in certis caſibus, & in illis vltra vnam Diætam à fine ſuæ Diœceſ. ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem, vel Diœceſ. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alij, vel

alijs vices committere præſumant, & de duobus Dietis in Concilio generali edita dummodo vltra tres Dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationum, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & omnibus illis, quæ Eugenius, & alij prædeceſſores præfati in dictis eorum literis voluerunt non obſtare contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poßint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem: ceterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre; volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis in iudicio, & alibi vbi opus fuerit eadem prorſus fides adhiberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceßionis, indulti, extenſionis, communionis, approbationis, confirmationis, mandati, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem

om-

omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, decimo nono Kal. Februarij. Pontificatus noſtri Anno quarto.

B.Beuala.

Exacto anno dum Bugatus die XVII Aprilis conuocatis Comitijs de ſucceſſore cogitat: ecce priuata felicitate turbatur pax publica. Georgius enim Bergomenſis præſtantis, ſed viuidi ingenij, qui præteritis Comitijs Generalatus apicem ambierat, Romæ ſancti Saluatoris ad Laurum Prior electus, inuiolatam Congregationis libertatem euertere tentabat, dum Summi Præſidis dignitatem, quam Patrum benignitate obtinere nequierat, à Summo Pontifice Paulo Tertio ſe conſecuturum ratus, magno animi ardore, confictis aduerſus pleroſq. calumnijs priuatam ambitionem publica vtilitate, ac vano pietatis zelo inumbraret. Has technas Pontifici refricans tantum obtinuit, vt Pontifex Protectoris vice conſtitueret Cardinalem Ghinucium, qui auctoritate ampliſſima de rebus Congregationis diſponeret. Georgij rationibus variè diſtractus ille, clientem, alijs benè meritis opportunè depreßis, euehere ſtudet. Interea Bugatus Generalis re, alijs publicæ libertatis ſtudioſis communicata, viri petulantiam frangi precibus ad Deum contendit. Iam ſolemni tempore Comitia Venetijs

indicta erant, quò Canonici omnes è more conuenerant. At Georgius Romæ moratus quicquid in Capitulo Generali fieret literis ſũmi Pontificis tum ad Canonicos, tũ ad Nuncium Venetias miſſis, auidus expectat.

Dilectis filijs Rectoribus, & Canonicis, ſeu Fratribus Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum capitulariter congregatis.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Cardinalis Ghinucius Canonicis protectoris loco datus.

Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper ne Congregatio veſtra ob abſentiam dilecti filij noſtri Rodulphi Cardinalis Carpenenſis veſtri Protectoris à nobis deputati perſona careret; quæ veſtram apud Nos protectionem ſuſciperet, dilectum filium noſtrum Hieronymum tituli ſancti Clementis Presbyterum Cardinalem Ghinucium nuncupatum, virum probitate, doctrina, ac rerum experientia inſignem eiuſdem Congregationis apud Nos Viceprotectorem deputauimus. Is autem ſtatus veſtrum, & rerum veſtrarum peculiarem curam gerens, intelligensque ipſam Congregationem ex improborum, & diſcolorum malitia turbatam eſſe; ac vereri, ne niſi de aliquo idoneo capite ei prouideatur, cetera membra puteſcant, mentem noſtram ſuper his habens ſcribit dilecto filio Hieronymo Verallo apud iſtud inclytum Dominium Nuncio noſtro, ea quæ ad ipſius Congregationis tranquillitatem, felix regimen, & incrementum cum Dei laude, & honore ſpectare poſſe exiſtimat. Quæ quidem inde maximè exſpectari poſ-

poſſunt, ſi ut diximus de idoneo capite vobis prouideatur: Quamobrem vos in primis hortamur, deinde in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, necnon excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis omnium officiorum veſtrorum, ac actuum publicorum, & priuatorum, & inhabilitatis ad illa, ipſo facto, niſi parueritis, omni appellatione poſtpoſita, incurrenda pœna, vobis præcipimus, & mandamus, vt in omnibus, quæ idem Hieronymus Nuncius vobis ex parte dicti Cardinalis Viceprotectoris refert, fidem indubiam, & in his quæ ordinabit, aut mandabit, obſequium & obedientiam præſtetis, omniaque diligenter, & maturè exſequamini, vt veſtram potius in obediendo promptitudinem laudare, quam renuendo duritiem, aut contumaciam punire cogamur: Nos enim ſi, quod non credimus, aliquid, præſertim circa electionem Generalis contra dicti Hieronymi Nuncij ordinationem, per vos fieri contigerit, id totum ex nunc irritum decernimus, & inane: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis veſtræ Congregationis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quomodocunq; ac indultis, & conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus eorũ tenores, ac ſi de verbo ad verbum verè & propriè, non autem per æquipollens præſentibus inſererentur, pro verè inſertis habentes, ad hunc effectum latiſſimè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ apud S. Petrũ ſub annulo Piſcatoris, die x. April. MDXXXVII. Põtificatus noſtri Anno tertio.

Di-

Dilecto Filio Hieronymo Verallo Venetijs Nuncio noſtro.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Hieronymus Verallus Nuncius Apoſtolicus iubetur Comitijs Canonicorū intereſſe.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius noſter Hieronymus tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Ghinucius nuncupatus, quem nuper Viceprotectorem Congregationis S. Georgij in Alga deputauimus, ſcribet ad te ex noſtra etiam ordinatione nonnulla, quæ ad ipſius Congregationis, quæ ſuum Generale Capitulum iſtic de proximo celebratura eſt, tranquillitatem, ac felix regimen, & incrementum præſertim, circa electionem Generalis pertinent. Quamobrem mandauimus tibi, vt dicti Cardinalis literis fidem indubiam habens, omnia, quæ ſcribet diligenter, & maturè exequaris. Nos enim tibi quoad omnia, & ſingula prædicta plenam, & omnimodam per præſentes concedimus facultatem, & auctoritatem; Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Congregationis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, ac indultis ei conceßis, confirmatis, & innouatis cuiuſcunque tenoris, ac ſi de verbo ad verbum verè, & propriè, non autem per æquipollens præſentibus insererentur, pro verè inſertis habentes, ad effectum omnimodæ validitatis eorum, quæ tu circa præmißa feceris, & inualiditatem eorum, quæ dicta Congregatio, vel Capitulum contra per te ordinanda forſan fecerit, latißimè derogamus ceteriſq. contrarijs quibuſcūq.

Da-

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris M D XXXVII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Bloſius.

Iis extremè perculſi Patres, dum hærent conſiliorum dubij, ne obſequijs Pontifici debitis libertas tot annorum decurſu variè conquiſita peſſum iret, tandem deliberatis animis Summo Patri obtemperandum ſtatuunt; ſalua tamen libertate publica, quam priuati cuiuſdam commodis neutiquam præferendam iudicant. Ne verò quicquam viderentur immaturiùs decreuiſſe, præmiſſis ſolemniter precibus diuinis, Sereniſſimi Senatus Veneti ſub cuius erant tutela ſupplices auxilium implorant, vt ſua intercesſione per Oratorem ſuum ſummo Pontifici inſinuet conſeruationi Priuilegiorum noſtrorum ſtudioſè incumbẽdum. Id quod hiſce literis vernaculo idiomate miſſis effectum.

Oratori apud Sum. Pont.

Eſſendo queſti dì paſſati li Venerandi Padri della Congregatione di S. Giorgio d'Alega di queſta Città congregati nel ſuo Monaſterio de S. Zorzi per far il Capitolo Generale ſecondò il conſueto. Il Venerando Nontio del Pontefice li hà fatto intendere, che non debbano procedere à far il dotto Capitolo per hauer hauuto ordine dalla ſantità del Pontefice de interuenire in eſſo, & nel modo, che la elettione far che in tutto, e per tutto ſe metta in eſecutione quanto li com-

man-

manderà il Reuerendiſs. Ghinuccio creato Viceprotettore da ſua Santità di quella Congregatione, coſa che in tutto è contraria alli priuilegij, & conſuetudine della detta Congregatione, ma ancor di tutte l'altre religioni, le quali hanno ogni libertà, nell'elezere li ſuperiori ſuoi, & congregar li Capitoli Generali, & eſſendo venuto all'orecchie queſta coſa per via delli Procuratori laici del Monaſterio predetto non ſenza noſtra grandiſsima ammiratione, e diſplicenza per la molta affettione, che hauemo alla detta Congregatione, come quella che hà hauuto origine dalli noſtri, & è ſtata fondata in queſta noſtra Città, & nel Dominio noſtro hà quaſi tutti li Monaſterij ſuoi; ſi che ſiamo aſtretti hauerla in ſingolar protettione: Aggiungendoſe ancora l'affettione, che tutta queſta Città hà alla detta Congregatione per li ſolenni, e deuoti offitij, & meſſe, che ſi hanno da quella. Mandaſsimo à chiamar il Reuerendiſs. Nontio per intender da ſua Sig. quello, che era in queſta materia, il qual ne dichiarete, che ſua Santità volẽdo corregger qualche diſcolo, e di mala vita, li haueua impoſto, che in queſto Capitolo doueſſe interuenire, & come preſidente d'eſſo dar forma noua, & modo alle elezioni ſue per ouiare à molti inconuenienti, e proueder al caſtigo, & punition delli triſti. Laudaſsimo quanto più ſi può laudare la bona intentione della Santità del Pontefice, e queſto ſanto deſiderio ſuo di caſtigar li cattiui conforme all'intention noſtra affermandole, che non deſideremo coſa altra più di queſta,

cioè

cioè che li triſti ſiano puniti, e che nella religione ſe viua con quella forma, e modo, che ſe conuiene. Et li diceſſimo, che queſto ſempre coagiuueremo ſua Santità, ma che per parlar con lei liberamente non li poteuamo negar de non hauer ſentito qualche deſpiacere de queſta mutatione de forma del far della Congregatione del Capitolo, & della elettione delli ſuoi ſuperiori, come coſa molto diuerſa da quello s'oſſerua in queſta Religione, & era ſtato continuamente oſſeruato in tutte le altre, & come coſa, che ſaria de qualche nota de tutta la detta Congregatione, la qual non era conueniente, che per qualche triſto, ſe alcuno ne foſſe, à queſto modo foſſe vergognata, con ſcandalo vltimamente; Per il che inſtantemente richiedeſſimo ſua Sig. à ſopraſedere ad inſtanza noſtra quindeci, ò vinti giorni à far queſta nouità, accioche poſſiamo dechiarire il tutto alla Santità del Pontefice, & per il mezo voſtro, & per il Procurator delli Padri del Monaſterio ſopradetto, il qual ſe ritroua de lì, e per doi delli ſuoi Padri, che li hauemo ricordato che mandino, perche conoſcendo la giuſtitia, & prudenza di quella, non dubitiamo, che meglio informata della verità non ſia per mutar opinione, maſſime aggiongendoſi l'efficace raccomandatione, e ſupplicatione noſtra. E perche conoſcemo di quanta importanza è queſta coſa, ſi come douete conoſcere ancor voi; Vi commettemo, che quanto più preſto potrete, ve dobbiate trouar con ſua Santità, e ſupplicarli in noſtro nome, che la ſe degni prouedere,

che li Venerandi Padri di detta Religione poßino ſecondo l'antiquo, e laudabile inſtituto loro, e ſecondo la forma delli ſuoi priuilegij trattar, e diffinir liberamente in detto loro Capitolo sì circa l'elettione de ſuoi ſuperiori, come in tutte l'altre coſe, che occorreſſero, quanto li parrà d'honore, & vtile d'eſſa Congregatione, ſi come hanno ſempre fatto, e ſi come fanno tutte l'altre Religioni, affirmando à ſua Santità che noi ſiamo per dar tutto il fauor noſtro per punire quelli, che foſſero conoſciuti cattiui, e di mala vita; ne mancherete di far ogni offitio per queſta cauſa, la qual reputemo noſtra, & volemo la trattate con ſua Santità come noſtra, & al detto Commeſſo delli Venerandi Padri, & alli dui Padri, che manderanno, preſtate tutti li fauori, & agiuti, che potete, procurando che con ogni diligenza ſiano ſodisfatti, & in queſto ſe biſogna vi valerete del fauor, & opera delli Reuerendiß. Cardinali noſtri.

Dat. &c. die xx Aprilis milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo.

Canonici quoque non minori ſtudio de conſilio Illuſtrißimorum Conſeruatorum noſtrorum ex primis Sereniß. Reip. Senatoribus duos eligunt Patres, Bugatum nempe cum ſocio, qui vniuerſæ Congregationis nomine Pontificem rogent Reſcripti executionem amoliatur, libertatemque priſtinam conſeruare dignetur. Hæc dum aguntur Sereniß. Venetorum Dux alias denuo ad ſuum Oratorem mittit.

Ora-

Oratori in Curia.

Intendeſſimo per la voſtra de dì XII *del Meſe paſſato, che la Santità del Pontéfice haueua ordinato al Reuerendiß. Ghinucio, che pigliaſſe l'informatione debita nella coſa delli Venerandi Padri di S. Zorzi d'Alega, per poter prouedere, & laſciare, che s'oſſerui quello, che per il paſſato è ſtato oſſeruato, il che ne fù di ſingolar ſodisfattione, e molto vi lodemo per il diligente e buon' officio che hauete fatto. Et perche doppo la detta voſtra lettera non hauemo più inteſo che ſia ſtato fatto coſa alcuna in queſta materia, e noi ſommamente deſideriamo, che la ſia preſto ſpedita, ſi che eſſi Venerandi Padri poſſino continuare à far il loro Capitolo ſecondo l'inſtituto antico, & la forma de priuilegij ſuoi; Vi commettemo, che dobbiate con ogni ſtudio procurare sì appreſſo ſua Santità, come con eſſo Reuerendiſs. Ghinucio la ſopradetta eſpeditione, e di eſſa darne ſubito auiſo. Ringratiando li Reuerendiſs. Cardinali noſtri del buon offitio, che hanno fatto, & pregandoli che vogliano continuare ſino ſi habbi la intiera ſpeditione.*

Interea Romam profecti exortam controuerſiam cum Cardinali Ghinucio, & Georgio, freti Oratores Veneti, atque Cardinalium Piſani, & Contareni auxilijs, poſtquam diu agitaſſent, tandem à Pontifice obtinent Comitia ex ſolito inſtituenda, tranſmiſſis ad Nuncium Venetias literis, quæ monebant, ne vlteriùs ſe noſtris rebus immiſceret. Patribus quoque ſuam

ſententiam benignitatis pleniſſimam alijs Pontifex abundè teſtabatur. Vtrumque hîc Reſcriptum ſubnecto, vt poſteris documento ſint, Viri ambitionem egregia Patrum conſtantia firmandæ libertatis ſtudio fuiſſe oppreſſam, ſibique temperent ſublimiora ingenia, ne vano ambitionis æſtu abrepti ſecum libertatem à maioribus laborioſè paratam perverſè euertant.

Dilecto filio Hieronymo Verallo Cappellano, & in Dominio Venetorum Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Pauli III reſcriptū pro libera Generalis electione.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Scripſimus tibi diebus præteritis, tibique mandauimus, vt literis dilecti filij noſtri Hieronymi tituli S. Clementis Presbyteri Cardinalis de Ghinuccijs nũcupati, quem Viceprotectorem Congregationis ſancti Georgij in Alga Venetiarum apud nos deputaueramus, fidem indubiam habens omnia, quæ tibi ex noſtra ordinatione ſcripſiſſet circa dictæ Congregationis ſuum Generale Capitulum, tunc iſtic celebraturum, tranquillitatem, & felix regimen, & incrementum præſertim circa electionem Generalis diligenter, & maturè exequaris, prout in alijs noſtris in forma breuis deſuper expeditis literis continetur. Cum autem poſtmodum toto huius rei negotio maturius, & diligentius intellecto, rationes quibus tunc moti ſumus, quæ alias conſideratione dignæ videbantur, leuiores repertæ fuerint; Volumus ac tibi mandamus, vt ea

in

in re vlterius te non intromittas, Congregationemque ipſam iuxta ſuas Conſtitutiones, & conſuetudines liberè Capitulum Generale celebrare permittas præmiſsis ceteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXIII Iulij MDXXXVII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Bloſius.

Canonicis verò noſtris Sum. Pont. reſcripſit.

Dilectis Filijs, Capitulo Generali Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, Venetijs congregato.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Superioribus diebus cum nos dilectum filium noſtrum Hieronymum tituli S. Clementis Presbyterum Cardinalem de Ghinucijs nuncupatum Congregationis veſtræ Viceprotectorem apud nos deputauiſſemus; Iſque ex noſtra ordinatione ſcribere dilecto filio Hieronymo Verallo Nuntio iſtic noſtro nonnulla vobis referenda, veſtræ Congregationis tranquillitatem, ac felix regimen, & incrementum concernentia: Mandauimus vobis, vt eidem Hieronymo Nuntio, in his quæ ex parte dicti Cardinalis Viceprotectoris vobis retuliſſet fidem indubiam, & in his, quæ vobis ordinaſſet, aut mandaſſet obſequium, & obedientiam præſtaretis, ac irritum decreuimus quicquid ſecus, Pauli III Pont. Max. Reſcriptū Canonicis noſtris pro libertate Comitiorum.

præ-

præſertim circa electionem dicti Generalis feciſſetis. Cum autem poſtmodum re maturius conſiderata, eidem Hieronymo Nuntio ſcripſerimus, ne in ea re vlterius ſe intromitteret, id vobis ſignificandum duximus, vos hortantes, ac in virtute ſanctæ obedientiæ vobis præcipientes, vt ſolum Deum præ oculis habeatis, ac depoſitis ſimultatibus, & offenſis, ſi quæ inter vos interceſſerunt, mutuò condonatis, ſinceris animis ad veſtram Capituli conſolationem, & ſuperiorum veſtrorum electionem liberè, & piè procedatis, præmiſſis, ceteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXIII Iulij. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Bloſius.

Huius dißidij occaſione dilatum fuit Capitulum in diem XIII Auguſti, quo Patres vnanimes congregati Benedictum Vgum Præſidem conſtituunt, Viſitatores D. Lucam de Gaiono, & D. Cyprianum de Gandino. Cardinalis etiam Simonetæ interceßione condonata fuit culpa dicto Georgio eiq. adhærentibus. Romam verò mittitur Prior D. Leo Bugatus. Ceterum Paulo Tertio Pont. Max. exigente dimidium de Redditũ vectigal ingens. *redditibus, cum Theſaurario Curiæ Romanæ pactum fuit de quingentis aureis, quorum ducentos Cœnobium S. Saluatoris in Lauro ſolueret, S. Iuliani centum, totidemq. S. Gregorij: reliquum Cœnobia in ſtatu Vene-*

to

to penderent. Hac ipſa de cauſa die VIII *Nouembris conceſſit Sum. Pontifex pro acquirenda dicta ſumma, poſſe nos bona noſtra vendere, alienare, ſeu pignorare, & in emphyteuſim concedere.* Venditio & oppignoratio libera.

Huius anni initio Summus Pontifex viuæ vocis oraculo conceſſit omnibus è noſtris, etiam laicis, famulis, et perſonis familiaribus omnes Indulgentias etiam plenarias per quoſcumque Pontifices Congregationi Caſsinenſi S. Iuſtinæ eorumq. locis communes, vt ex literis Cardinalis Iacobi Simonetæ die XIII *Febr. Pont. ſui anno quarto.* M D XXXVIII Indulgentiæ plenariæ conceſſæ.

Rebus poſt varios præteriti anni motus in tutum redactis die IX *Maij Rector Generalis conſtituitur D. Lucas Piccnius Goiono Brixienſis, Viſitatores verò D. Benedictus Vgo, et D. Iſidorus de Leonico. Aduertens hic ipſe, à quibuſdam Eccleſiaſticis redditus interuerti, habituq. reiecto Cœnobia multos deſerere ſummum Pontificem ſupplex orat, in eiuſmodi delinquentes animaduertat. Qui in hanc ſententiam reſcripſit.* Transfugæ caſtigãdæ.

PAVLVS PAPA TERTIVS *Vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs vbilibet conſtitutis, eorumque in ſpiritualibus Vicarijs Generalibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij Rector Generalis, & Canonici Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, quod cum ſæpenumero contingat non ſine Chriſti fidelium magno* Pauli III Diploma contra eos qui è Congreg. excũt

ſcan-

ſcandalo aliquos ex Canonicis, ſeu Fratribus dictæ Congregationis, poſtquam aliqua grauia delicta in domibus, ſeu Monaſterijs præfatæ Congregationis commiſerunt, ad euadendum debitas pœnas habitu demiſſo ex dictis Monaſterijs, ſeu domibus fugientes vt ſeculares vagari ex eo quod in dicta Congregatione nulla emittitur profeſſio id eis liceat, deſiderant ad deſerendum in committendis huiuſmodi delictis ipſos Canonicos & Fratres, eiſq. tantam audaciam adimere de aliquo remedio per nos prouideri, quo ipſi Canonici, & Fratres in euentum, quod, ut præfertur, delinquant debitè puniantur. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt vt in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctis Chriſti fidelibus præſertim religioſis, qui ſub timore Domini magis viuere decet occaſionem delinquendi precludere eoſq. in viam Domini dirigere paternis deſideramus affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Vniuerſitati veſtræ, & cuilibet veſtrum, per præſentes committimus, & mandamus quatenus cum pro parte dictorum Rectoris, & Canonicorum fueritis requiſiti, Canonicos, & Fratres, qui in dictis domibus, ſeu Monaſterijs fugerint, ſi ad loca veſtræ Iuriſdictionis peruenerint iuxta Conſtitutionum dictæ Congregationis, & alias iuxta delictorum per eos commiſſorum exigentiam debitè puniatis, & caſtigetis contradictores quoſlibet, & rebelles cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint per cenſuras,

& pæ-

& pœnas Eccleſiaſticas vobis viſas appellatione poſtpoſita compeſcendo ipſasq. cenſuras etiam iteratis vicibus aggrauando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus præmiſsis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque & indultis & literis Apoſtolicis ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die VI Nouembris M D XXXVIII. Pontificatus noſtri anno quinto.

Hoc tempore Andreas Gritti Dux Venetus fatis ceſsit, in cuius locum Petrus Landus ſufficitur.

Iterum Generalis titulo Congregationi præficitur Leo Bugatus, qui rebus noſtris magna ſemper vigilantia ſtuduerat, Viſitatores electi die prima Maij D. Lazarus de Scledo, & D. Pacificus de S. Eufemia. Electi fuerunt Patres vt controuerſiam cum Clero Veronenſi ſuſtinerent: interdictum fuit ibidem Rectoribus S. Firmi ne vectigalia vulgo Dadie empta à Cænobijs S. Georgij in Alga, S. Mariæ ab Horto, & S. Mariæ in Vantio ſoluerent, aut liberarentur, niſi prius fundum emerent, ac dictis Cænobijs conſignarent. M D XXXIX. Leo Bugatus laudatur.

Bugatus die XII Aprilis accitis Comitijs D. Pacificum de S. Eufemia Brixienſem, cum ſucceſſorem procuraſſet, ipſe Viſitatoris titulo, omnem Congregationis inſpectionem ſibi adſciſcebat, altero electo Viſi- MDXL.

tatore D. Benedicto Patauino. Summa noſtrorum prouidentia Patribus in Sicilia commorantibus ob locorum diſtantiam ampliſsimis literis indultum fuit Comitijs abeſſe.

Hoc tempore PAVLVS *Tertius ſummus Pontifex Societatis Ieſu inſtitutum approbat: quod poſtea diuino fauore literarum ornamentum inſigniter creuit.*

MDXLI *Benedictus Vgo Generalis electus fuit, Viſitatores D. Pacificus, & D. Lucas de Gaiono. Gaſpar Contarenus, & Hieronymus Aleander Brunduſinus Cardinales à Patribus electi Congregationis Protectores, Summi Pontificis voluntati proponuntur. Aleander cum alteri præponeretur, anno ſequenti ad ſuperos elatus Codices rariſſimos, quos Romæ, Mottæ, Leodij, & alibi parauerat, D. Mariæ ab Horto Monaſterio Venetijs in vſum ſtudioſorum anno* MDXLII. IX *Ianuarij teſtamento adſcripſit. Quos Pontificis* PAVLI *Tertij auctoritate Patres ad Bibliothecæ incrementum, & loci dignitatem anno* MDXLVI *die* XVI *Decembris in D. Georgij inſulam tranſportari iuſſerunt. Vbi Aleandri effigies ſupra oſtium Bibliothecæ Cardinalis ſedentis ſpecie extat hoc breui titulo.*

Gaſpar Cõtarenus Protector, & Hieron. Aleander.

Bibliotheca Aleãdri D. Mariæ ab Horto legata in D. Georgij Inſulam tranſportata.

HIERONYMVS ALEANDER
CARDINALIS
BRVNDVSINVS & ORITANVS &c.

Libri autem pretij ſunt non exigui, quorum bona pars communi rebus humanis ſorte temporum iniurias exper-

pertá eſt. Conceſſum fuit Rectori, & Viſitatoribus, petente Clariſſimo Viro D. Franciſco Donato, vt Monaſterium S. Spiritus Canonicorum S. Auguſtini propè Pupiliam, rogantibus ita Patribus poſſent viſitare.

Cœnobij S. Spiritus viſitatio conceſſa.

Rector immunitates memoratas Patribus Siculis vna cum ceteris comitiorum Canonicis confirmauit, vt ex rebus geſtis illius temporis liquet, & peculiariter verò Cardinalis Brunduſinus Archiepiſcopus vniuerſæ Congregationis Protector eaſdem probauit.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes has noſtras patentes literas, ſiue hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, lecturis, viſuris, pariter & audituris. Nos D. Leo Bugattus de Brixia Congregationis ſancti Georgij in Alga Venetiarum Generalis Viſitator ſalutem in Domino ſempiternam. Decet Prælatos non ſolum animarum ſuorum ſubditorum ſaluti, & conſcientiæ quieti prouidere; verum etiam eos aliquibus prærogatiuis decorare. Hinc eſt quod nos attendentes, quod Rector, & Canonici eiuſdem Congregationis S. Georgij in Alga Inſulæ, ſeu Prouinciæ Siciliæ vltra Pharum, & præſertim S. Iacobi de Maſſara Panorm. & aliorum dictæ Congregationis Monaſteriorum in dicta Inſula conſiſtentium ad Capitulum Generale eiuſdem Congregationis, quod in Ciuitate Venetiarum celebrari ſolet, propter loci diſtantiam accedere nequeunt, ac volentes eorum diſpendijs prouidere, eiſdem, ac alijs Rectoribus, Canonicis, & perſo-

Capitulũ in Sicilia morãtibus celebrãdũ conceduntur noſtri.

nis Congregationis, & Inſulæ prædictarum, ſeu in dicto Monaſterio S. Iacobi aggregare volentibus, & eorum ſingulis; vt de cetero ad dictum Capitulum Generale, in dicta Ciuitate, ſeu alibi celebrandum accedere, nec illi per ſe, vel per alium, ſeu alios intereſſe minime teneantur, nec ad id à quocunque compelli aut coarctari valeant: quodque in dicto S. Iacobi, ſeu alio, de quo illis videbitur commodiori Monaſterio, ſeu Eccleſia Prouinciæ, & Congregationis prædictarum Capitulum Prouinciale Canonicorum, & perſonarum eiuſdem Congregationis temporibus; quibus dictum Generale Capitulum congregari ſolet, conuocare, celebrare, & facere, ac in eo, ſeu alibi, ſeruata tamen forma in electione Prouincialium ſeruari ſolita, aliquem ex dicta Congregatione approbatæ vitæ, ac aliam idoneam perſonam etiam de eorum gremio non exiſtentem in eorum Prouincialem Viſitatorem, ſeu Vicarium pro eorum arbitrio, ac alios iuxta ritum, & morem dictæ Congregationis eligere, qui Sedis Apoſtolicæ, & noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum dictæ Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Generalium Viſitatorum pro tempore exiſtentium obedientia, & ſubiectione ſemper ſeruata, pro Superiore Canonicorum, & perſonarum Congregationis, & Inſulæ Siciliæ huiuſmodi habeatur, tractetur, & reputetur, ac plenam, & liberam facultatem, & iuriſdictionem, quam nos, & pro tempore exiſtentes Viſitatores Generales dictæ Congregationis ſuper Canoni-

cos,

cos, & perſonas Congregationis Inſulæ huiuſmodi habemus, & habeant ſuper illos, ac prout alij Prouinciales, & Vicarij eiuſdem Congregationis exemptionibus, libertatibus, & facultatibus, quibus nos & alij Prouinciales de iure, conſuetudine, priuilegio, ſeu alijs quomodolibet vtimur, potimur & gaudemus, ac vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere, & alia, quæ aliarum prouinciarum Prouinciales eiuſdem Congregationis facere & exercere poſſunt, facere & exercere: quodq; Rectores, & Canonici quorumlibet Monaſteriorum Congregationis, & Inſulæ huiuſmodi, quoſcunque tam laicos, quàm clericos ſeculares quomodocunque beneficiatos vſque ad numerum decem tantum in Canonicos eorumdem Monaſteriorum recipere, & admittere liberè et licitè valeant, licentiam & facultatem concedimus. Illosq. ad inſtar aliorum eiuſdem Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Canonicorum à quocunque Ordinariorum locorum, & aliorum ſuperiorum Iuriſdictione, & ſuperioritate exemptos, liberos, & immunes eſſe decernimus & declaramus per præſentes; hortantes in Domino & affectuoſe rogantes Vniuerſos & ſingulos Dominos, tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares quatenus eoſdem Prouincialem, Rectorem, & Canonicos commendatos habeant ac in præmiſſis omnibus & ſingulis auxilium, conſilium, & fauorem præbeant quantum in eis fuerit. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes

li-

literas manu noſtra ſubſcriptas fieri fecimus, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique Monaſterij S. Saluatoris in Lauro de Vrbe eiuſdem Congregationis ſancti Georgij iuſsimus & fecimus appenſione muniri.

Datum Romæ in Monaſterio S. Saluatoris noſtræ Congregationis in Camera noſtræ reſidentiæ ſub Anno à Natiuitate Domini MDXLI. Indictione XIV. die verò XIV. Menſis Aprilis, Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri PAVLI Diuina Prouidentia Pap. Tertij, Anno VII. Pontificatus eiuſdem. Præſentibus ibidem Dominis Melchiore Mattamoros Scutifero Apoſtolico, & Bartolo de Mantua laico Mantuano teſtibus.

Et quia ego Blaſius de Caſaruuios Toletan. Diœceſ. Archiuij Romanæ Curiæ ſcriptor, præmiſſis omnibus interfui: ideo has literas patentes ſiue publicum inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui, in fidem & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus.

Ego Leo Bugatus Viſitator Generalis confirmo vt ſupra, & manu propria ſubſcripſi.

Protectoris Reſcriptum pro Canonicis Siculis, ne ad Capitulum noſtrum accedant.

HIERONYMVS *Tit. S. Griſogoni S.R.E. Presbyter Cardinalis Brunduſinus vulgariter nuncupatus, ac totius Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Protector. Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiter-*

ter-

ternam. Cum nuper ſicut accepimus Venerandus & Dilectus noſter D. Leo Bugattus de Brixia totius Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Generalis Viſitator, proinde conſiderans quod Rector & Canonici eiuſdem Congregationis S. Georgij Inſulæ, ſeu Prouinciæ Siciliæ vltra Pharum, & præſertim S. Iacobi de la Maſſara Panorm. aliorumque dictæ Congregationis in dicta Inſula conſiſtentium, ad Capitulum Generale eiuſdem Congregationis, quod in Ciuitate Venetiarum celebrari ſolet, propter loci diſtantiam accedere nequeant, vt eorumdem Canonicorum diſpendijs conſuleretur, eiſdem ac alijs Rectoribus, Canonicis & perſonis dictæ Congregationis, & Inſulæ prædictarum, ſeu in dicto Monaſterio S. Iacobi aggregare volentibus, & eorum ſingulis, vt de cetero ad dictum Capitulum Generale in dicta Ciuitate, ſeu alibi celebrandum accedere, ſeu illi per ſe, vel alios minime teneantur, nec ad id à quoquam compelli vel arctari valeant: Quodque in dicto S. Iacobi, ſeu alio, de quo illis videbitur, commodiori Monaſterio, ſeu Eccleſia Prouinciæ & Congregationis prædictarum Capitulum Prouinciale Canonicorum, & perſonarum eiuſdem Congregationis temporibus, quibus dictum Capitulum Generale congregari ſolet, conuocare, celebrare, facereque, ac in eo ſeu alibi, ſeruata tamen forma in electione Prouincialium ſeruari ſolita, aliquem ex dicta Congregatione probatæ vitæ, ac aliam idoneam perſonam etiam de eorum gremio non

exi-

exiſtentem in eorum Prouincialem Viſitatorem, ſeu Vicarium pro eorum arbitrio, ac alios iuxta ritum, & morem dictæ Congregationis eligere, qui Sedis Apoſtolicæ, & ſuorum ſucceſſorum dictæ Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Generalium Viſitatorum pro tempore exiſtentium obedientia, & ſubiectione ſemper ſeruata pro ſuperiore Canonicorum & perſonarum Congregationis & Inſulæ Siciliæ huiuſmodi habeatur, tractetur, & reputetur, plenam & liberam facultatem, & iuriſdictionem, quam dictus Leo, & pro tempore exiſtentes Viſitatores Generales dictæ Congregationis S. Georgij ſuper Canonicos & perſonas eiuſdem Congregationis Inſulæ huiuſmodi habent, & prout alijs Prouinciales, & Vicarij eiuſdem Congregationis habere ſolent, habeant, ac omnibus & ſingulis exemptionibus, libertatibus & facultatibus, quibus dictus Leo, & alij Prouinciales de iure, conſuetudine, priuilegio, ſeu alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere, & alia, quæ aliarum Prouinciarum eiuſdem Congregationis Prouincialis facere, & exercere poſſunt facere & exercere, quodq. Rectores & Canonici quorumlibet Monaſteriorũ Congregationis & Inſulæ huiuſmodi tam laicos, quàm clericos ſeculares quomodocunque beneficiatos vſque ad numerum decem tantum in Canonicos eorum Monaſteriorum recipere & admittere liberè & licitè valeant, licentiam & facultatem conceßit, illosque ad inſtar aliorum eiuſdem

Con-

Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Canonicorum à quocunque Ordinariorum locorum, & aliorum Superiorum Iuriſdictione exemptos, liberos, & immunes eſſe decreuit, & declarauit, aliaque fecit prout in literis patentibus deſuper ſub datis die XIV *Menſis Aprilis* MDXLI *confectis, & per Capitulum Generale dictæ Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum ſub die* X *Menſis Maij eiuſdem Anni confirmatis ſatis conſtare vidimus. Nos, quos ſuſceptæ protectionis Apoſtolica auctoritate nobis commiſſa cura ſollicitat, vt omnes, & ſingulos dictæ Congregationis Canonicos ſub vnum, & idem Ouile quantum cum Deo poſſumus reducere ſatagentes literarum prædictarum veriorem tenorem pro expreſſo habentes, licentiam, facultatem, decretumve, declarationem prædictas, & prædicta, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in dictis literis contenta, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac plenum firmitatis robur obtinere, & ſic per Rectores, & Canonicos dictorum Monaſteriorum dictæ Inſulæ, ac Prouinciæ inconcuſſè, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem ſupplentes; Et nihilominus omnibus, & ſingulis Rectoribus, & Canonicis tam dicti S. Iacobi de la Maſſara Panorm., quàm S. Mariæ de Rauenoſa in territorio Leucatæ, & S. Mariæ de Monte ſerrato Agrigentinæ Diœceſis Monaſterij præſenti-*

bus, & pro tempore exiſtentibus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus quatenus infra & per totum Menſem Septembris proximè futuri certa die per Rectores dictorum Monaſteriorum ſtatuenda, & deputanda in dicti S. Iacobi de la Maſſara Panorm. Monaſterio prædictum Capitulum Prouinciale conuocare, & celebrare, & aliquem ex dicta Congregatione probatæ vitæ, aut aliam idoneam perſonam, & de eorum gremio non exiſtentem in eorum Prouincialem Viſitatorem, ſeu Vicarium pro eorum arbitrio, & alios iuxta ritum, & morem dictæ Congregationis eligere habeant, qui Sedis Apoſtolicæ, ac dictorum Congregationis S. Georgij Viſitatorum pro tempore exiſtentium obedientia, & ſubiectione ſemper ſeruata pro ſuperiore Canonicorum, & perſonarum Congregationis, & Inſulæ Siciliæ huiuſmodi habeatur, tractetur, & reputetur, cum alijs facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, & libertatibus in dictis literis latius expreſſis. In quorum fidem præſentes manu noſtra propria, ac ſecretarij noſtri infraſcripti ſubſcriptas ſigillique noſtri, appenſione muniri fecimus.

Datum Romę apud Baſilicam duodecim Apoſtolorum in Camera noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub Anno Domini M D X L I. die vero quarta menſis Iulij. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Pauli diuina prouidentia Papæ Tertij Anno ſeptimo.

Hieronymus Cardinalis qui ſupra manu propria.

Auguſtinus Maſſiarellus.

Ea

Ea porrò erat Leonis Bugati virtus, vt hoc anno rurſus Generalis conſtitueretur, Viſitatores Benedictus Vgotius, & Iſidorus Leonicenſis. Hiſce Comitijs decretum fuit promulgatum, quod in hūc diem obſeruatur. Nemini ſcilicet excepto Priore, & Procuratore, licitum eſſe, ſe in alienæ Diæceſis cænobium conferre ſine licentia Generalis ac Viſitatorum. Abſentibus vero Generali, & Viſitatoribus, id à Deputatis S. Georgij in Alga concedi poſſe. Vrgente autem neceſſitate temporiſque anguſtia à loci Priore, & Deputatis id obtinendum eſſe. Inſuper decernunt, vt Rector Generalis cum Viſitatoribus beneficia Congregationi oblata, accipiat, & cum eorum poſſeſſoribus tranſigatur ea ratione, quæ magis expedire videtur: redditus etiam cænobij S. Auguſtini in Villa Brendulæ Monaſterio S. Rocchi Vicentiæ aſcribendos. Hoc anno notabilis imminebat annonæ pernicies à locuſtarum agminibus, quæ ventorum impulſu ex Africa in Italiam delatæ maximam frugibus cladem attulère, quidquid virens erat repente deuorantes. Hæ dictu mirum à maioribus locuſtis ducebantur. MDXLII

Tranſitus in alienam Diœceſim impetrandus.

Redditus S. Auguſtini S. Roccho adiecti.

Ceterum petentibus Patribus Summus Pontifex ſtatuta, & ordinationes noſtras publico diplomate confirmauit die XXI *Decembris.*

Pavlvs Papa Tertivs &c. Fidelium votis quorumlibet illis præſertim quæ ad remouendum fraudes, & obuiandum periculis ſpectant libenter annuimus &c.

Qqq 2 Ter-

MDXLIII Leo Bugatus rem ſocietatis auget.

Tertio & decimo Aprilis Leo Bugatus obſeruantia regulari mirificè aucta, Iſidorum Leonicenum, oppido agri Vicentini inter colles amœnos, cœnobio noſtri Ordinis illuſtrato, oriundum, ſucceſſorem habuit, virum longo rerum vſu præclarum, qui cum Viſitatoribus Leone Bugato, & Pacifico de S. Eufemia ad coercendam quorumdam in noſtros petulantiam hoc immunitatis reſcriptum à Sereniſſimo Principe Veneto obtinet.

Iſidorus à Duce Veneto priuilegii immunitatis impetrat.

PETRVS LANDVS *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuerſis, & ſingulis Poteſtatibus, Capitaneis, Rectoribus, & Iuſdicentibus quibuſcunque Illuſtriſsimi Dominij ſignificamus, quod die heſterna in Conſilio noſtro Quadraginta Criminalibus deputato ex introductione, & placitatae Viri Nob. Franc. Sanuto Equitis Aduocatoris Communis noſtri poſita, & capta fuit pars tenoris infraſcripti; videlicet. Vt temeritati, & petulantiæ malefactorum hominum, antequam ad maiora inconuenientia deueniatur, occurri poßit, qui tam in hac vrbe, quàm in omnibus terris, & locis Dominij noſtri non ceſſant inquietare, necnon mediocrem inferre moleſtiam Reuerendis Rectoribus, Superioribus, Canonicis, atque Fratribus Ordinis S. Georgij in Alga, qui ſummo ſtudio inuigilant conſeruare, & à perſecutoribus ſuæ Religionis tueri ſuam Congregationem, atque Ordinem: Ideo vadit pars, quod auctoritate huius Conſilij proclametur tam in hac Ciuitate, quàm in omnibus*

alijs

alijs terris, & locis Dominij noſtri vbi acciderit, & Aduocatoribus noſtris Communis placuerit, Quod in pœna ducatorum trecentorum, ſtandi per annum in carcere, & ſquaßium trium funis de verbis iniurioſis, De factis autem quingentorum, & exilij perpetui de Venetijs, & diſtrictu, & de omnibus terris, & locis Dominij noſtri. & vltra omnes alias pœnas, in quas ob delicti qualitatem incurri mereantur. Nemo etiam ſit, qui eſſe velit, tam laicus, quàm ſecularis, audeat, nec præſumat, tam per ſe, quàm per alias interpoſitas perſonas, vel quoquo modo moleſtare, iniuriare, vel offendere Rectores, Superiores, Canonicos, Fratres, interuenientesq. pro ſuo ordine S. Georgij in Alga, ac eorum Monaſterijs, Et in caſu contrafactionis prædicta pœna in totum, & per totum executioni mandetur ab illis Rectoribus, in quorum Iuriſdictione dictas pœnas præfati malefactores neglexiſſent, Vt dicti Reuerendi Patres poßint ab ijs perditis hominibus, & quietæ pacis perturbatoribus ſuum vitæ curriculum ſub huius felicißimi Status vmbra ducere, ac eorum Ordinem, Monaſteriaq. conſeruare. Quocirca cum præfato noſtro Conſilio vobis mandamus, vt partem prædictam & omnia in ea contenta publicari faciatis hora congrua, in locis ſolitis regiminis veſtri ad omnium intelligentiam, & eam in omnibus prout ſtat, & iacet, obſeruare, exequi, ac implere, & obſeruare, & executioni debitæ mandari facere curabitis. Has autem in Cancellarijs veſtris regiſtratas præſentanti reſti-

ſtituite. Dat. in noſtro Ducali Palatio ſexto Idus Februarij, Indictione ſecunda M D X L I I I.

Porrò vt electiones Rectorum noſtrorum, & aliorum Miniſtrorum ſinceré & abſque omni dolo celebrarentur, Apoſtolicum diploma à Summo Pontifice impetrant contra eos, qui illas malitioſé contaminarent, ſeu corrumperent. Quod in cuiuſcunque electionis initio prælegi ſolet.

Reſcriptũ Pontificis de Superiorũ electione pacifica.

PAVLVS PAPA TERTIVS *ad futuram rei memoriam. Vt electiones dilectorum filiorum Rectoris Generalis, Viſitatorum, Priorum, ſociorum Capitularium, & aliorum officialium Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, quas pro tempore fieri contigerit, omni qua decet ſinceritate, ac puritate celebrentur, pro paſtoralis officij debito prouidere volentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes & ſinguli in electionibus huiuſmodi vocem habentes, aut in eis quomodolibet interuenientes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, qui in electionibus ipſis, ſeu circa illas, vel illarum circumſtantias, tam in ſcrutinijs, & nominationibus faciendis, ſeu publicandis, quàm alias quomodocumque & qualitercumque fraudem, falſitatem, dolum, vel malitiam, aut corruptelam ſcienter commiſerint, ſeu committentibus adhæſerint, vel deſuper conſenſerint, aut fraudem, malitiam, dolum, vel corruptelam huiuſmodi non reuelauerint, vltra alias cenſuras, & pœnas tam in iure, quàm per*

con-

conſtitutiones, ſeu priuilegia eiuſdem Congregationis, ſeu aliàs in tales latas, & promulgatas, ſeu inflictas, èxcommunicationis ſententiã, à qua nonniſi à Romano Pontifice, præter quam in articulo mortis, abſolui poßint, eo ipſo incurrant. Et nihilominus ab eorum Superioribus arbitrio ſuo mulctari, & puniri poßint, & debeant. Mandantes modernis dictæ Congregationis Priori Generali, & Viſitatoribus huiuſmodi, quatenus præſentes literas in eorum Capitulis, vt ad omnium, quos concernunt, notitiam deuenire poſſint, publicent, ſeu publicari faciant. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis conſtitutionibus, & ordinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibusvis conceßis, approbatis, & innouatis, contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poßint per literas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXII Septembris MDXLIII. Pontificatus noſtri Anno primo.

Blond Ful.

Hoc anno ſancitum fuit, laicos ad miniſteria aſſumptos intra vigeſimum ſecundum ætatis annum noſtro habitu vti nefas eſſe. Rata fuit habita donatio D. Pacifici Brixienſis facta Cenobio S. Petri. Annonæ Laici non veſtiendi intra annũ ætatis 22.

nonæ collecta, cæteris locis recepta in Cænobio S. Rocchi inſtitui cœpit. Addebatur, Parochum S.Georgij in Braida Veronæ à nemine præter Viſitatores vnquam amouendum aut mutandum. Si quis noſtris nomen dediſſent, veſtimenta eorum ſeruanda ad anni finem: vt ſi vitæ inſtitutum diſpliceret, ijs reſtituerentur.

MDXLIV *Die* III *Maij Lucas Picenus Rector Generalis ſtatuitur, additis Viſitatoribus D. Anſelmo de Verona, & Iſidoro Paltono. Conſtitutum fuit, Patrum nemini licitum eſſe in eius cauſa quicquam decernere, quem Congregationi initiatum ſacro habitu induiſſet.*

Magiſtri humaniorum literarum inſtituti. *Creſcente Clericorum numero, cùm in dies politioris literaturæ ſtudium vileſceret, bono conſilio ſtatutum fuit, vt Priores Magiſtros literatos iuuentuti erudiendos conducerent.*

MDXLV *Die* XX *Aprilis Leo Bugatus iterum Generalis eligitur, Viſitatores Lazarus de Scledo, & Lucas de Goiono. Cumque noſtri variè à vicinis infeſtarentur, ad ſecuriorem noſtri ſtatus conſeruationem in conſeſſu* IX *Patrum, communicatis vnà bonis ſpiritualibus Conſeruatores eligebantur è Senatu Veneto maximæ auctoritatis Viri Franciſcus Donatus, Hieronymus Cornelius, Franciſcus Venerius, Philippus Tronus, Thomas Contarenus; aſſumptis Vincẽtio Grimano, & Andrea Delphino, quos antea nominauerant: vt ipſorum patrocinio omnia tuta ac quieta eſſent. Quo tempore ſumma ſolennitate Franciſcus*

Conſeruatores Societatis electi.

Do-

Donatus ad Veneta Reipublicæ faſtigium euehitur.

Die XIII *Maij Rectorem Generalem Maximum Vicentinum vidit cœtus noſter, Viſitatores Anſelmum Veronenſem, & Pacificum de Sancta Euphemia. Grauiſſima mulcta cautum fuit, ne quis de S. Auguſtini Cœnobio deſtruendo quicquam proponeret, cùm locus eſſet vel ipſa vetuſtate venerabilis. Ad ſacros Ordines admiſſi ſi in alium annum licentiam differrent, denuò eam eſſe impetrandam. Vbertinus Cardinalis de Gambara Brixienſis ob ſingularem prudentiam, & mirum in Societatem noſtram ſtudium Protector eligitur. Collegium noſtrum electionem Illuſtriſſimorum Conſeruatorum à Patribus Nouem factam ratam eſſe iuſſit, aſſumpto Marco Antonio Mula in locum Franciſci Donati, qui ſuis meritis magna Congregationis lætitia, ad Principatus Veneti faſtigium aſcenderat.* MDXLVI S. Auguſtini Cœnobium conſeruandū. Cardinalis de Gambara Protector nominatur. Franciſcus Donatus Venetorū Dux electus.

Pacificus Brixienſis XXX *Aprilis Præſes conſtituitur, electis Viſitatoribus Maximiano Vicentino, & Iulio Varola: vbi ſalubri conſilio pro ſtabilienda & honeſtanda Societate decretum fuit, nullos præterquam cuique loco particulari populares in cœnobia eſſe admittendos, nec in Ordinem vnquam recipiendos qui legitimis natalibus orti non eſſent. Petente Leone Bugato Summus Pontifex Paulus* III *Templis noſtris Altare priuilegiatum viua voce conceſſit, & plenariam indulgentiam viſitantibus noſtra loca Co-* MD XLVII. Spurij non admittēdi. Altare priuilegiatum cū plenaria indulgentia.

mitiorum tempore, qua de re hæ VBERTI *Cardinalis* GAMBARAE *literæ ad nos extant:*

Protectoris literæ. VBERTINVS *Miſeratione Diuina tituli S.Griſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis de Gambara nuncupatus. Vniuerſis, & ſingulis haſce noſtras literas inſpecturis, lecturiſque ac audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, & in veritatis verbo atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus* PAVLVS *Diuina prouidentia* PAPA TERTIVS *motus tum Religioſis pijſque operibus Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, de quibus conſtante fama ad ipſius Sanctitatis aures continuo perfertur, tum etiam deuotione, & obſeruantia, quam præ ſe fert erga ſanctam memoriam* EVGENII PAPAE QVARTI, *ad ſupplicationem Domini Leonis Bugati nunc Prioris Monaſterij S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, viuæ vocis oraculo nobis facto perpetuis temporibus dedit; & conceſſit Canonicis ac perſonis quibuſcunque præfatæ Congregationis S. Georgij in Alga ter Miſſam celebrantibus, ſeu celebrari facientibus ſuper vno Altare per Prælatum in Eccleſia ſui Monaſterij ordinato, & dedicato facultatem illam, quæ Romæ habetur in celebratione, quæ fit ſuper Altaribus S.Gregorij, & S.Sebaſtiani, videlicet vt liberare à pœnis Purgatorij vnam animam queant cuiuſlibet Canonici, ac alterius perſonæ, quæ in prædicta Congregatione occubuerit, necnon & cuiuſcunque de-*

defuncti vſque ad tertium gradum incluſiuè; Ac animas defunctorum, qui ſunt in fraternitate, & participatione honorum ſpiritualium dictæ Congregationis; Ac inſuper dedit, & conceſſit præfatis Canonicis, perſonis, & familiaribus præfatæ Congregationis, qui tempore, quo celebratur Capitulum Generale, ſingulo quoque anno verè contriti, & confeſſi continuis diebus viſitantes quinque Altaria in Eccleſijs dictæ Congregationis pro vnoquoque Altari genibus flexis ter Pſalmum Miſerere mei Deus dixerint, ſi vero Pſalmum neſcierint ter Dominicam Orationem, & Angelicam Salutationem pariter dixerint, plenariam Indulgentiam, ac ſuorum peccatorum remiſſionem conſequantur. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcripſimus, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum fieri ſigillique noſtri iuſſimus penſione muniri.

Datum Romæ in Palatio noſtræ reſidentię Anno à Natiuitate Domini MDXLVII, Nono Kal. Maij, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Pauli Tertij, Anno XIII.

V.[s] Cardinalis de Gambara.

Io: Paulus Amanius Secret.

Generalis dignitas XXVI Aprilis ad Leonem Bugatum redijt: electi Viſitatores Pacificus Brixienſis, & Bartholomæus Venetus. Decretum fuit, quod agrorum noſtrorum, & domiciliorum locationes publici Notarij manuſcriptæ in peculiari volumine, pa- MDXLVIII. Agrorũ & domiciliorũ, feudorũ item ac locationũ index in archiuiũ repoſitus.

riter feudorum, & liuellorum inſtrumenta alio volumine è membranis in archiuis ad poſterorum vtilitatem aſſeruarentur. De ſupellectili cellarum moderanda, de permutando Bononiæ S. Ciro cum D. Gregorio, quædam propoſita fuerunt.

MDXLIX S. Iuliani cœnobium reſtauratũ. *Lazarus de Scledo* VI *Maij Generalis electus cum Viſitatoribus Leone Bugato, & Luca Gaiono, proponit cœnobium S. Iuliani reſtaurandum, eique paulo poſt quatuor Sacerdotes cum tribus Laicis aſſignat. Multa pro incrementis montium S. Georgij in Braida: Leoni Bugato horum cura committitur; ſimulque prædiorum de Bruſatis in pago Nebulenti, donec diuerſis cenſibus eximerentur. Adeò in conſeruandis rebus prudens erat noſtris cura. Inde ad maiorem commoditatem* XX *Nouembris à Nouem Patribus Rectori S. Mariæ in Vantio conceſſum fuit, Vallis Abbatis agros cum prædio Cortellatæ, quod Rouigiorum erat, in montibus Euganeis permutaret.*

M D L. *Aprilis* XXV *Comitijs indictis D. Iulius de Virolà Præſes nominatur, Viſitatores Lazarus de Scledo, & Pacificus Brixienſis.* Fabricādi impenſæ. *Fabrica ad arbitrium Rectoris annua conceditur ad ſummam quinquaginta ducatorum, & conſilio Deputatorum vſque ad ducatos ducentos. Quæ conſuetudo in noſtra tempora perdurauit.* Iulius III Pont. Max. electus. *Hoc anno Iulius III Pont. Maximus die* XVI *Februarij ſalutatur.*

M D LI. *Leonis Bugati ea erant merita, vt denuò* XIII *Aprilis ſummæ rerum præficeretur, Viſitatores aſſignati*

gnati D. Iulius de Virola, & D. Maximus Vicentinus. Bugatus ex prouentibus ſibi traditis Templum S. Georgij in Braida in meliorem ſtructuram redigit. Venetis caſtrum Veronæ propè S. Angelum extruentibus, ipſius curæ commiſſum fuit de loco maturè proſpiceret, ſi noſter ille ad munimenti neceſſitatem demoliendus foret. Rectori S. Mariæ in Vantio per hæc etiam Comitia mandatum fuit, foſſam quæ ambit cænobij hortos, curaret alternis annis repurgari. Id enim non ſolum noſtra intererat ad vſum, ſed etiam ad conſeruationem Priuilegij, quo ea de fluuio Auantij deriuata Anno M CC XX *à Ciuitate Patauina liberaliter conceſſa fuit.* Horti S. Mariæ in Vãtio foſſa alternis annis curanda.

Lazarus de Scledo iterum die II *Maij Generalis deſignatur, Viſitatores Leo Bugatus, & Io: Petrus de Cignano.* MDLII

Generali ſuccedit D. Io: Petrus de Cignano XVI *Aprilis, Viſitatoribus Luca Piceno, & Lazaro de Scledo. Statutum fuit, quod Patres* XII *in Comitijs electi cænobiorum Vicarios eligerent. Hoc ipſo anno Franciſcus Vgo Patauinus Rector S. Mariæ in Vantio oppidum Ateſtem tranſiens apoplexia interijt, cui Iacobus Philippus Patauinus ſucceſſit.* MDLIII Vicarij à Patrib. XII electi.

Leo Bugatus nono Aprilis ad Societatis Præfecturam denuo aſſumitur, Viſitatores iunguntur Cæſar de Lerrico & Petrus de Cignano. Ad vindicandam ſuffragiorum libertatem, aduerſus prenſationis abuſum multa vtiliter decreta fuerunt. Venetijs MDLIV Ambitus reprimitur

hoc

hoc anno Duce, & Patriarcha defunctis, ſuccedit ad Ducatum Franciſcus Venerius, & ad Eccleſiam Petrus Franciſcus Contarenus ſummus Philoſophus, & Orator, qui elapſo anno ad ſuperos euectus ſucceſſorem habuit Vincentium Diedum.

Summus Pontifex excepta perhumaniter maiorum noſtrorum ſupplicatione Priuilegia noſtra, omneſque immunitates, & gratias à Sum. Pontificibus conceſſas amplo reſcripto die XXVIII *Octobris confirmat.*

Iulius Papa Tertius Priuilegia noſtra cõfirmat.

IVLIVS PAPA TERTIVS *Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum Romanum deceat Pontificem ſuorum prædeceſſorum veſtigijs inhærendo, ea quæ per ipſos prædeceſſores facta fuiſſe dicuntur, vt eo maiorem obtineant roboris firmitatem, quo ſæpius fuerint Apoſtolico præſidio communita, ſui muniminis robore confouere. Eapropter viris iuſta poſtulantibus grato concurrentes aſſenſu. Omnes gratias, facultates, exemptiones, & immunitates à fel. record. Bonifacio IX. Gregorio XII. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Pio II. Paulo II. Innocentio VIII. Sixto IV. Alexandro VI. Leone X. Clemente VII. & Paulo III. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris per eorum, tam ſub plumbo, quam in forma breuis expeditas literas veſtræ Congregationi, & illius pro tempore exiſtentibus Rectori Generali, Prioribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & per-*

& perſonis in genere, vel in ſpecie, & ſub quacunque verborum forma & expreßione conceſſas, ac omnia in ipſis literis contenta, earumdem literarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreßis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, ſicuti ea omnia laudabiliter, ac prouida ratione ab ipſis prædeceſſoribus noſtris emanarunt, & in viridi obſeruantia exiſtunt, eiſdem Congregationi, & pro tempore exiſtentibus Rectori Generali, Prioribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac de nouo concedimus, illaque ſuos plenarios effectus ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Mandantes vniuerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque in ſpiritualibus Vicarijs Generalibus, quatenus præmiſſa omnia, & ſingula, ac in dictis literis contenta, vbi & quando, ac quoties opus fuerit, & pro parte veſtra, aut alicuius veſtrum fuerint requiſiti, aut eorum alter fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, vobis, ac illis quos ipſæ literæ concernunt, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant vos, & eos præmiſſis omnibus, ac in eiſdem literis contentis pacificè vti, frui, gaudere: Non permittentes vos & eos contra literarum ipſarum tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores auctoritate noſtra appella-

tio-

tione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus, & ſingulis, quæ dicti prædeceſſores noſtri in eorum literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVIII Octobris MDLIV. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Io: Laurent.

Iulij III obitus. MDLV.

Marcelli II. Pont. electio, & obitus.

Paulus IV Sum. Pont. ſalutatur.

Confirmatis immunitatibus noſtris, paucos poſt menſes Summus Pontifex ingraueſcente morbo, expirauit, cui die IX Aprilis ſubrogatur MARCELLVS *Secundus qui vix D. Petri Sedem attigerat, quod ad cæleſtia regna tranſlatus eſt vltima die eiuſdem menſis: Cardinales* PAVLVM *Quartum die XXIII Maij eligunt. In Comitijs noſtris ad D. Georgium* XXIX *Aprilis Præſes Congregationis ſalutatur Lazarus de Scledo. Viſitatores Leo Bugatus, & Iulius Alexandrinellus. Aduerſus iuuenes ignauos, & literarum contemptores minæ ſeueriores prolatæ. Hoc*

Peſtis Lōbardiam vexat.

tempore peſtis grauiſſima Lombardiam diuexans, varias cœnobijs noſtris calamitates inflixit.

La-

Lazaro de Scledo ſucceſſit D. Iulius de Virola, Viſitatores nominati D. Lucas de Gaiono, & D. Cæſar Leonicenus. Prælectæ fuerunt literæ munificentiſſimi Principis Hippolyti Eſtenſis Cardinalis, qui ſingulari beneuolentia in noſtros Ferrariæ locum nobis concedere exoptabat. Inde Leo Bugatus Ferrariam mittitur. Euentus autem temporis mora euanuit. MDLVI Hippolyti Eſtenſis Card. in noſtros liberalitas.

Leo Bugatus menſe Maij electus eſt Præſes, Viſitatores D. Iulius de Virola, & D. Iacobus Philippus Patauinus. Nondum voto paupertatis cum ſe obſtrinxiſſent noſtri, in quos ſæpe cadebant opimæ hæreditates, cautum fuit in publicam vtilitatem, ne quis de ſuis rebus quacumque ratione acquiſitis liberè teſtamento diſponeret. Magiſter Maximianus Ordinis S. Antonij, vir non minus moribus quam eruditione gratiſſimus, S. Mariæ in Vantio Lector Theologus conducitur, qui poſtea ſuis meritis Epiſcopatum Clodienſem obtinuit. MDLVII Maximianus Lector Theol. Sanctæ Mariæ in Vantio.

Bugato ſucceſſit XXV *Aprilis Iacobus Philippus Zanardus Patauinus Iuris prudentiæ ſcientiſſimus, cuius diuerſa in publico verſantur ingenij monumenta, varijs ille cœnobia noſtra commodis ſua ſolertia auxit, cuius in cœnobio noſtro S. Mariæ in Vantio gratа adhuc liberalitatis extant monumenta. Viſitatores electi fuerunt Leo Bugatus, & Petrus de Cignano. Hoc tempore vetitum fuit, ne ſepulcra intra clauſtrum S. Firmi Leonici fierent.* MDLVIII Iac. Phil. Zanardus Iuriſperitus.

Decima Aprilis Comitijs indictis Patres Societa- MDLIX

tis Rectorem nominant D. Iulium Alexandrinum, Viſitatores D. Iacobum Philippum, & Io: Baptiſtam Brixienſem. Defuncto verò Cal. Auguſti Iacobo Philippo ſubrogatus eſt D. Ioannes de Caſinis. Hoc anno Societas noſtra ducatos octingentos pro cenſu quindeno non ſoluto Romæ reddidit. Notabilis hic annus fuit ob mortem trium Sum. Principum, die III *Idus Martij Imperatoris Caroli Quinti, Henrici Galliæ Regis in ludicro, haſtarum certamine infeliciter interfecti, & Pauli IV Pontificis Maximi die* XV *Cal. Septembris ſuæ ætatis* LXXXIII *Cui poſt diuturnam plurium menſium ob varias diſſenſiones Pontificatus vacationem ſeptimo Cal. Ianuarij hora inter ſeptimam, & octauam, quæ Natalem Chriſti diem ſequuta, incunte* MDLX *Angelus Medicæus ad ſummam rerum ſacrarum dignitatem euectus eſt, aſſumpto nomine Pij Quarti; Vir equidem benignitate, humanitate, & clementia inſignis, qui Priuilegia, & Immunitates Congregationis noſtræ à felicis memoriæ Bonifacio IX. Gregorio XII. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Paulo II. Innocentio VIII. Sixto IV. Alexandro VI. Leone X. Clemente VII. ac Paulo III hiſce literis* XV *Martij confirmauit.*

[Margin: Cenſus quindenus Romæ ſolutus.]

[Margin: Pius IV. Sum. Pōt. electus Priuilegia noſtra confirmat.]

MDLX PIVS PP. IV. *Dilecti filij, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Romanum decceat Pontificem ſuorum prædeceſſorum veſtigijs inhærendo ea quæ per ipſos prædeceſſores facta eſſe dicuntur, vt eo maioris roboris firmitatem, quò ſæpius fuerint Apo-*

ſtolico præſidio communita, ſui muniminis robore confouere. Ea propter veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes gratias, facultates, indulgentias, exemptiones, libertates, conceſſiones, & immunitates à fel. re. Bonifacio Nono, Gregorio Duodecimo, Martino Quinto, Eugenio Quarto, Nicolao Quinto, Paulo Secundo, Innocentio Octauo, Sixto Quarto, Alexandro Sexto, Leone Decimo, Clemente Septimo, & Paulo Tertio Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, per eorum tam ſub plumbo, quàm in forma breuis expeditas literas veſtræ Congregationis, & illius pro tempore exiſtentibus Rectori Generali, Prioribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus & perſonis in genere, vel in ſpecie, & ſub quacumq; verborum forma, & expreßione conceſſas, & communicatas, ac omnia in ipſis contenta, quatenus in vſu fuerint, & ſacris canonibus, aut libertati Eccleſiaſticæ non obſtent, earumdem literarum tenores ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreßis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, ſicuti ea omnia laudabiliter & prouida ratione ab ipſis prædeceſſoribus noſtris emanarunt, & in viridi obſeruantia exiſtunt, eiſdem Congregationi & pro tempore exiſtentibus Rectori Generali, Prioribus, Viſitatoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, vt præfertur, approbamus, & con-

firmamus, illasq. ſuos plenarios effectus ſortiri & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Mandantes Vniuerſis et ſingulis Venerabilib. fratrib. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq. in ſpiritualibus Vicarijs Generalibus, quatenus præmiſſa omnia & ſingula, ac in dictis literis contenta, vbi & quando & quoties opus fuerit & pro parte veſtra aut alicuius veſtrum fuerint requiſiti, aut eorum alter fuerit requiſitus, ſolenniter publicantes, vobis ac illis quos ipſæ literæ concernunt efficaci defenſionis præſidio aßiſtentes, faciant vos & eos præmißis omnibus ac in eiſdem literis contentis pacificè vti, frui, & gaudere, non permittentes vos & eos contra literarum ipſarum tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores autem noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac omnibus, ac ſingulis quæ prædicti prædeceſſores noſtri in eorum literis prædictis voluerunt non obſtare ceterisque contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris Die xv Martij MDLX. Pontificatus Anno primo. Cæ. Glorierius.

De-

Defunċto etiam Patriarcha Veneto Ioannes Triuiſanus ſubrogatur.

Hoc anno denuo Leo Bugatus Præſes Congregationis eligitur, Viſitatores D. Cæſar de Leonico, & D. Io. Petrus de Cignano. Statuitur, quòd Aſſiſij bona emphyteutica Abbatiæ S. Benedicti, quæ defunctis poſſeſſoribus ad Abbatiam redirent, in perpetuum dictæ Abbatiæ vniantur, neque vllo modo alijs porrò concedantur. De bonis emphyteuticis Aſſiſij ſtatutum.

D. Arſenius Columbus vigeſima prima Aprilis ſubrogatus ad Congregationis regimen habuit Viſitatores D. Iulium Alexandrinum, & D. Io: Baptiſtam Folchinum. MDLXI

Tertiadecima Aprilis conuocatis Patribus D. Iulius Virola denuo Rector Generalis ſalutatur; Viſitatores D. Iulius Columbus, & D. Lucas Picenius. Romam Prior mittitur Leo Bugatus vbi ſenili ætate XV *Auguſti obijt, poſtquam decies Generalis titulo inſignitus, multa & præclara in Societatis noſtræ ſplendorem egiſſet, Vir bonis literis inſtructus compendium quorumdam Priuilegiorum, indulgentiarum, & immunitatum noſtrarum vulgauit anno* MDXXX. *Monaſteria & templa ornauit, feruens in inſtruendis iuuenibus, & acerrimus religioſæ diſciplinæ magiſter fuit. In eius locum ſubrogatus Petrus Alexandrinus die* VI *Februarij fatis conceſſit: in cuius ſedem patres Io: Marcum Bergomenſem decernunt. Eodem tempore D. Petrus Cignanus Bugati in rebus be-* MDLXII Leonis Bugati obitus. Petrus Cignanus Bugati imitator.

nè gerendis æmulus, licet bonis literis ipſo inferior, in cœnobio S. Iuliani è viuis diſceſſit.

MDLXIII *Die* XXVI *Aprilis Dominicus Sauallus Brixienſis præficitur toti Congregationi, Viſitatores electi D. Iulius Alexandrinus, & D. Angelus Lippomanus. Decernunt Patres vt Conſtitutiones ad certam moderationem reuocentur, præſertim cùm ſingulari Pij Quarti ſtudio & vigilantia vniuerſali Concilio Tridentino finis impoſitus eſſet.*

Hoc anno decimo octauo Cal. Februarij Summus Pontifex ampliori diplomate Congregationis noſtræ Priuilegia confirmat. Item nobis Congregationis Caſſinenſis immunitates & priuilegia, quæ antea ampliſſima gratia à Paulo Tertio die XIX *Februarij* MDXXXVII *tradita fuerunt, denuò concedit, eaq. Patribus noſtris Siculis communia decernit.*

FLAVIVS VRSINVS *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Muran. Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor Romanæ curiæ iudex ordinarius ſententiarumque &c. Vniuerſis & ſingulis præſentes literas, ſiue hoc publicum tranſumpti inſtrumentum inſpecturis, viſuris, & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis quod nos ſubinſertas originales ſub plumbo expeditas literas vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus, easq. cum cordula fili ſerici rubei croceiq. colorum more Ro. Curiæ appen. bullatas ſanas ſiquidem & integras non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte ſu-*

ſpe-

ſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carere comperimus. Quarum quidem literarum tenor ſequitur, & eſt talis videlicet.

Pius IV Sum. Pont. Priuilegia noſtra ampliat.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM &c. *Romani Pontificis in omnes copioſa benignitas Chriſti fidelium omnium, & præſertim diuinis obſequijs aſſidue inſiſtentium merita & deuotionis circumſpecta prouidentia conſiderans ea, quæ in ipſorum Chriſti fidelium fauorem, honorem, & quietem per Sedem Apoſtolicam conceſſa reperit, ſuæ protectionis munimine roborat, vt & firmius perſiſtant, quo Sedis eiuſdem auctoritate ſæpius fuerunt circumfulta. Dudum ſiquidem fel. re. Paulo Papa Tertio prædeceſſori noſtro pro parte tunc Generalis ac S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, nec non aliorum Rectorum, Priorum, nuncupatorum & Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum Congregationis S Georgij in Alga Venetiarum expoſito, quod alias piæ memoriæ Eugenius Papa IV etiam prædeceſſor noſter ipſius Congregationis fundator motu proprio, & nonnulli alij Romani Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtri eidem Congregationi in genere, & aliquibus illius Eccleſijs, ac locis, eorumque Rectoribus, ac Canonicis in ſpecie diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, conceſſiones, gratias, literas, & indulta conceſſerant. Quodque Generales, Priores, ac Viſitatores, nec non Canonici, & perſonæ Congregationis huiuſmodi, vt diuinis obſequijs ſe quietius aptare poſſent, cupiebant*

pri-

priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, indulgentijs, conceſſionibus, gratijs, ac indultis Dilectis filijs Congregationi Caſſinenſi etiam tunc S. Iuſtinæ, ac illius monaſterij, prioratibus, eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, membris, caſtris, fortalitijs, ædificijs, villis, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, ſiluis, nemoribus, paſcuis, piſcationibus, molendinis, aquis, iuribus, iuriſdictionibus, prædijs, poſſeſſionibus, & bonis, necnon Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, Nouitijs, Conuerſis, Commiſſis, Capellanis, familiaribus, & ſeruitoribus, alijſque perſonis pro tempore exiſtentibus quomodolibet conceſſis potiri, ac priuilegia, & indulta eis, ac præfatæ Congregationi S. Georgij conceſſa pro illorum ſubſiſtentia firmiori Apoſtolica auctoritate approbari, & confirmari dictus Paulus prædeceſſor eorumdem Generalis, Rectorum, Priorum, Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum Congregationis S. Georgij huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ipſis, eorumque eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, vineis, grangijs, oliuetis, pratis, molendinis, prædijs, poſſeſſionibus, ac bonis quibuſcunque, necnon Generali, Prioribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis quocunque nomine nuncupatis præſentibus, & futuris ac vbilibet conſtitutis, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, indulgentijs, gratijs, & indultis

tis

tis dictæ Congregationi Caſsinenſi, ac illius monaſterijs, prioratibus, eccleſijs, locis, membris dependentibus, perſonis, ac alijs prædictis quomodolibet eatenus conceſsis, & impoſterum concedendis, ac quibus ipſa Congregatio Caſsinenſis, illiusq. monaſterio, loca, & perſonæ ſupradictæ de iure, vel conſuetudine vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant in futurum in omnibus & per omnia perinde ac ſi omnia & ſingula priuilegia, gratiæ, immunitates, & exemptiones, libertates, indulgentiæ, indulta, conceſsiones, ac alia prædicta eidem Congregationi S. Georgij, ac illius eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, vineis, grangijs, oliuetis, pratis, molendinis, prædijs, poſſeſsionibus, ac bonis, necnon Generali, Rectoribus, prioribus, canonicis, nouitijs, conuerſis, capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis prædictis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, vti, potiri & gaudere liberè & licitè poſſent per ſuas literas conceſsit, & indulſit, ipſaq. priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, indulgentias, ac alia dictæ Congregationi Caſsinenſi, vt præmittitur conceſſa ad eandem Congregationem S. Georgij illiusq. eccleſias, capellas, oratoria, loca, membra, ædificia, poſſeſsiones, & bona, necnon Generalem, Priores, Viſitatores, Canonicos, & perſonas huiuſmodi etiam vbilibet conſtituta extendit, & ampliauit, ac illis communicauit. Et inſuper omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias

tias etiam plenarias, conceſſiones, gratias, indulta & literas eidem Congregationi S. Georgij, ac illius eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, iuribus, membris, ædificijs, vineis, grangijs, ac bonis, necnon Prioribus, Canonicis, nouitijs, conuerſis, capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis prædictis etiam in ſpecie, necnon Generali, & alijs Rectoribus, & Viſitatoribus, Canonicis, & perſonis tam per dictum Eugenium quam quoſcumque alios Rom. Pontifices quomodolibet etiam per Paulum prædeceſſorem ſub quibuſcumque tenoribus & formis contentis. Horum omnia & ſingula in iſtis contenta quæcumq; ex certa ſcientia, ac alias ſub certis modo & forma, Apoſtolica auctoritate approbauit & confirmauit: illaq. perpetuæ firmitatis robur obtinere & firmiter obſeruari, ac eiſdem Generali, & Rectoribus ceteriſq. perſonis Congregationis huiuſmodi ſuffragari, eoſq. illis vti, potiri, ac gaudere libere & licite poſſe decreuit, prout in eiuſdem Pauli prædeceſſoris literis prædictis ſub dat. videlic. decimonono Id. Febr. Pontificatus ſui anno quarto deſuper confectis plenius continetur.

Cum autem ſicut nobis nuper pro parte Dilectorum filiorum Prouincialis, Rectoris, Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum S. Iacobi de Maſſara Panormitani, ac aliorum inſulæ Siciliæ collegiorum eiuſdem Congregationis S. Georgij, exhibita petitio continebat, præmiſſa in religionis conſeruationem tendant eaque validiora ac firmiora eſſe credantur, quæ frequentius

Apo-

Apoſtolico munimine roborata exiſtant. Cupiantque ipſi Prouincialis, Rector, Viſitatores, Canonici, & perſonæ S. Iacobi de Maſſara, ac aliorum collegiorum prædictorum eiuſdem Congregationis illa omnia pro illorum ſubſiſtentia firmiori noſtræ approbationis fulcimento ſtabiliri. Pro parte eorumdem Prouincialis, Rectoris, Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum inſulæ huiuſmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, immunitates, gratias, indulgentias, conceſſiones, ac deſuper confectas literas prædicta pro illorum pleniori robore denuo confirmare, & approbare aliјſque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui ſingulorum piorum locorum ac perſonarum in illis pietatis, ac deuotionis ſtudio vacantium felices progreſſus, tam conſeruationem ſinceris deſideramus affectibus, modernos Prouincialem, Viſitatores, Rectorem, Canonicos, ac perſonas collegiorum inſulæ huiuſmodi, ac eorum ſingulos, a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliјſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, indulgentias etiā plenarias, conceſſiones, gratias, literas, & indulta tam per Eugenium, & Paulum prædictos, quam quoſcunque alios

Ro. Pontifices prædeceſſores noſtros, per eorum tam ſub plumbo, quam etiam in forma breuis, vel aliter quomodocunq; expeditas literas Congregationi S. Georgij in genere, & S. Iacobi de Maſſara, alijsque collegijs prædictis, ac illorum pro tempore exiſtentibus Prouincialibus, Rectoribus, Viſitatoribus, Canonicis, nouitijs, conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, et perſonis quocunq; nomine nuncupatis etiam in genere, vel ſpecie etiam per viam extenſionis, & communicationis, ac ſub quacunq; verborum forma, & expreſſione hactenus quomodolibet auctoritate Apoſtolica conceſſa, & communicata illorumq. extenſionem, et communicationem, necnon confirmationem, approbationem, decreta, & literas Pauli prædeceſſoris huiuſmodi omniaque, & ſingula in eis contenta, & inde ſecuta quæcunque quatenus ſint in vſu. Illorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habere volentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti ac forſan omiſſarum ſolennitatum defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Necnon omnia valida & efficacia fore & eſſe, ac plena roboris firmitate ſubſiſtere, ſuosque plenarios effectus, & integros ſortiri, ac prædictis S. Iacobi, & alijs Inſulæ Siciliæ collegijs eiuſdem Congregationis. Noſque eorum Prouincialibus,

libus, Rectoribus, Canonicis, Nouitijs, Conuerſis, Capellanis, ſeruitoribus, familiaribus, & perſonis prædictis quomodocunque nuncupatis præſentibus & futuris, ac illorum Eccleſijs, capellis, oratorijs, locis, membris, ædificijs, grangijs, vineis, oliuetis, hortis, pratis, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, iuribus, iuriſdictionibus, prædijs; poſſeſſionibus, & bonis quibuſcunque ſuffragari ac ab omnibus quos illa concernunt obſeruari debere, Congregationem, Collegia, & perſonas huiuſmodi illis vti, potiri, frui, & gaudere libere, & licite poſſe. Et ita per quoſcunque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere. Nemo ſi ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptari contigerit irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis Montis Regalis, & Epiſcopo Muran. ac dilecto filio Abbati ſeculari ſacræ manſionis Theutonicorum Panormitan. per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, ac in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Prouincialis, Rectoris, Viſitatorum, Canonicorum, & perſonarum collegiorum huiuſmodi, ſeu alicuius eorum deſuper quomodolibet requiſiti ſolemniter publicantes eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio

aſ-

aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra literas, ac in eis contenta ſummarie per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderari, & alia iuris remedia firmiter obſeruari, ac ſingulos quos eædem præſentes literæ concernunt illis pacifice gaudere. Non permittentes eos per quoſcumque cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentes earumdem præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, vel perturbari. Contradictores, moleſtatores, perturbatores quoſlibet per eaſdem cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Nos enim eidem Archiepiſcopo, Epiſcopo, & Abbati contradictores, moleſtatores, & perturbatores prædictos per edicta publica conſtito ſummariè de non tuto ad eos acceſſu citandi, ac eis, & alijs quibus & quoties opus fuerit etiam ſub ſimilibus ſententijs, & pœnis inhibendi plenam, & liberam earumdem tenore præſentium facultatem concedimus. Non obſtantibus recolendæ memoriæ Bonifacij PP. VIII. pariter prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur ne quis extra ſuam ciuitatem, vel Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam Dietam a fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à Sede prædicta deputati extra ciuitatem, vel Diœceſim, in

qui-

quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, & de duobus Dietis in concilio generali editis dummodo vltra tres Dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Collegij, & Congregationis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus. Necnon omnibus illis, quæ Eugenius, & Paulus, ac alij prædeceſſores prædicti in ſuis literis præteritis voluerunt non obſtare contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca ad iudicium trahi non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, decreti, mandati, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio decimo octauo Cal. Febr. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Id-

Idcirco pro Venerabilium, & religioſorum virorum DD. Generalis, ac S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, Rectorum, Priorum nuncupatorum, & Viſitatorum, ac Canonicorum, & perſonarum Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum parte in ipſis literis principaliter nominatorum literas ipſas per Curiæ noſtræ publicum Notarium tranſumpto exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, ſigilli noſtri quo in ſimilibus vtimur appenſione communiri fecimus. Decernentes huic præſenti tranſumpto tantam fidem adhibendam fore, qualiter & quanta ipſis originalibus literis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ in Ædibus noſtris Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Die decimo Iunij. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.D. Pij diuina prouidentia PP. IV. Anno quinto. Præſentibus ibidem Dominis Ioanne Bargino, & Ioanne Leſauc Curiæ noſtræ Notarijs teſtibus ad id vocatis, & rogatis.

Antonius Auerinus de Guidottis Curiæ cauſarum Cam. Apoſtolicæ Not.

MDLXIV *Decima ſeptima Aprilis D. Iulius de Clementis Veronenſis Rector eligitur, Viſitatores D. Hieronymus Leonicenus, & D. Simeon Bergomenſis. Iulius literis & prudentia claruit morum ſuauitate omnibus charus; ſed æmulos ita ſibi infenſos habuit, vt Con-*

Congregationem deſerere coactus vitam extra clauſtra ſanctiſſimè ad extremum perduceret. In his comitijs decretum, quod Generalis electio fieret ex duabus partibus ſuffragiorum; & quod eo munere pridem functus per annos tres non poſſet eam dignitatem denuò adire: in vnoquoque cœnobio eligendos eſſe duos Calculatores, qui dato iuramento diligenter, & accuratè cenſus, & expenſas Monaſterij in libellum referant, qui Patribus ſuo tempore exhibendus: item quod ſinguli Canonici tacto ſacro codice iurent in quacunque electione calculum proprijs manibus in pixidem coniecturos. Hoc tempore cum Sum. Pont. Pius IV. Sacroſancti Concilij Tridentini decreta publicaſſet, D. Eleuterius de Dello Brixienſis cum alijs Canonicis è noſtris Romam petijt, vt reformationem ſuffragiorum Canonicorum abſentium in electione Generalis iuxta formam Concilij Tridentini Seſſ. XXV. *cap.* VI. *de Reg. & Mon. obtineret. Antiquus mos erat Congregationis ſuffragia Canonicorum abſentium ſigillatim colligere in ſchedulis apertis adſcripto electi & eligentis nomine in hunc modum. Ego D. N. eligo in Generalem R. P. D. N. &c. Quod ius cuiuis erat, qui per annos quinque in Societate permanſiſſet, & per annum ſacra adminiſtraſſet. Schedulæ verò includebantur literis, quæ gemino obſignabātur ſigillo, cœnobij nempe ac Prioris, easque ſocius Capituli electus ad Comitia ferebat, quæ à Generali & ſcrutatoribus duobus ſecretò aperiebantur, vt eorum poſtea*

Generalis electio limitata.

Calculatores electi.

Antiqua cõſuetudo eligēdi Generalem.

ratio redderetur. Hac itaque ratione, qui dimidium ſuffragiorum numerum obtinuerat, accedentibus eorum calculis, qui comitijs intererant, Rector Generalis cenſebatur. At quoniam Canonicorum non pauci, partim metu, partim ſpe præmij, ſuos calculos conferebant ad Generalis arbitrium, qui eos viſurus erat, non ſine libertatis præiudicio: dicti Patres à Pontifice obtinuerunt, vt ipſorum ſententiæ chartis incluſæ ac ſigillis munitæ in publicis comitijs reſignarentur, non obſtantibus literis Apoſtolicis. Generalis Rector, & Viſitatores, Cardinalis Amulij Protectoris auxilio, facta proteſtatione Capitulum cum ſchedulis more ſolito opertis celebrant.

M D LXV

Generalis edictũ de ſeruanda veteri electionis ratione.

Itaque ad tertiumdecimum Aprilis Rector Generalis decretum hoc promulgat: Nos Iulius Clemens de Verona Dei gratia Rector Generalis totius Congregationis ex conſenſu noſtrorum Viſitatorum. Cum nobis ex certa ſcientia per aliquos iam pridem fuerit expoſitum, in certis Monaſterijs noſtris inter quoſdam nouas opiniones ſubortas, atque in præſentiarum magis conualeſcere, de tranſmittendis votis pro electione futuri Generalis, quæ non expreſſo eligentium nomine tranſmitti omnino debeant ſub prætextu obſeruandi decreti Concilij Tridentini, nolentes vlla in parte abrogare huiuſmodi decretum, neque noſtræ conſuetudini contraire niſi hæc duo implicarent contradictionem, habito ſuper hac re du-

dubia, certo & expoſtulato conſilio tum in Romana Curia, tum etiam ex interpretatione Reuerendiſſimi D. Patriarchæ Venetiarum, necnon & Excellentiſs: vtriuſq; Iuris Doctoris Domini Auditoris Illuſtriſſimi Dom. Legati Sedis Apoſtolicæ in toto Venetiarum Dominio, expoſito prius illis de verbo ad verbum noſtro more ſolito eligendi per vota abſentium, quantum ad præſens dubium ſpectare videtur, ab ijs pronunciatum eſt, & aſſertum, nulla in re noſtram ſolitam conſuetudinem decreto Concilij derogare. Et propterea ad euitanda ſchiſmata, quæ forte tunc in actu præſentis electionis moueri poſſent, vt omnia rectè, canonicè, & ſine fraude fiant, vobis omnibus Prioribus noſtræ Congregationis præcipimus, mandamus, & in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, vti conuocatis Canonicis ſinguli in ſingulis Monaſterijs ſuis intiment, vt vota ſua pro electione huiuſmodi Generalis ſub forma ſolita, & more noſtro conſueto tranſmittantur, noſtro etiam nomine proteſtando, ſi quod votum ſine nomine eligentis fuerit literis inſertum, omnino eſſe reijciendum, & de intimatione huiuſmodi, & die, appoſita etiam ſubſcriptione alterius ex ſenioribus Monaſterij, ad nos reſcribatis ſub præſenti mandato, idemq. ſtatim ad nos remittatis, ſcribendo etiam à tergo diem receptionis mandati.

Datum apud Ædes noſtræ reſidentiæ S. Georgij

gij in Alga Venetiarum die tertiadecima Aprilis M D LXV.

Sic igitur XIV *Maij plenis Comitijs poſtquam prælecta eſſent Cardinalis Protectoris literæ, Generalem eligunt D. Simeonem Bergomenſem, Viſitatores D. Iulium Clementem, & D. Danielem de Scledo. Verum D. Paulus Pilatus, & D. Daniel Luzagus Brixienſes a ceteris diſſentientes cum D. Eleuterio Romam petunt, vrgentes vt diploma Summi Pontificis de electione impetratum obſeruaretur. Interea Rector Generalis cum Nouem Patribus quintadecima Ianuarij mittunt Bononiam D. Marcum Bergomenſem, vt Patribus iſtis illac tranſeuntibus ſanctæ obedientiæ mandato interdiceret, ne vlterius progrederentur; ipſi verò parum dicto audientes, in Curia Romana nouam ſchedularum formam obſignato eligentium nomine impetrant à Pio Quinto Pontifice, qui Pio Quarto defuncto die* VII *Ianuarij* M D LXVI *ſucceſſerat, addita cuiuſcunque in ſuos animaduerſionis libertate. Hiſce motus Sum. Pontifex ſecutus normam Concilij Tridentini, quæ eſt ſeſſ.* XXV. *cap.* VI *de Reform. Regul. nouam electionis formulam præſcripſit ſuo diplomate dat. die* X *Febr.* M D LXVI. *Quod incipit.* Suſcepti Paſtoralis officij cura quâ vniuerſi orbis perſonis tenemur &c.

Pius V. ſum. Pont. electus.

Hoc reſcriptum aliud excepit, quo inter cetera abſentibus non modo prioris obſequium imperat & confirmat, verum hac de cauſa quoque profectis Patribus

bus Romam itineris impenſas adiudicat. Datum Cal. Aprilis, cuius eſt initium. Cum experientia ipſa nos docente, &c.

Ad Comitia in decimam octauam Aprilis conſcripta reuerſi, nonnullis poſt obiectamenta varia eliminatis pro complendis ſuffragijs, D. Io: Baptiſtam Folchinum, D. Eleuterium, D. Firmum de Valdagno, D. Benedictum Pontonum parum ritè introducunt. Hi Brixienſibus vnà fauentibus cum reliquis Canonicis Rectorem Generalem eligunt D. Angelum Lippomanum, Viſitatores Euangeliſtam de Annibalis, & Fidentium Squaram, in Priorem Romæ Io: Baptiſtam Folchinum; S. Mariæ in Vantio Danielem Luzagum; S. Georgij in Braida Benedictum Pontonum; S. Petri Brixiæ Paulum Pilatum, & ſancti Iuliani Firmum de Valdagno. Ita, cùm res magis violentia, quam conſilio aut æquitate procederet, iamque clandeſtinis diſſidijs animi ſcinderentur, Simeon, & Iulius, alter pridem Generalis, alter varijs muneribus laudabiliter perfunctus Ordinem deſerunt. Ille tamen poſt aliquot annos reuerſus priſcis honoribus retinebatur: alter verò curarum expers ſibi feliciter vixit. MDLXVI

Societatis diſſidium.

Porrò imbecillis animi Generalis labeſcentes paſſim negligentia res noſtras ruere penitus patiebatur: Viros enim claros Simeonem, & Iulium à Societate excluſit; Fidentium Squaram Viſitatorem dignitate ſpoliauit, eique ſuffecit D. Eleuterium turbidi ingenij

homi-

hominem, qui ambitu ſummos honores vt occuparet, omnia ſusque deque agebat.

MD LXVII *Nec ſine effectu. Lippomano enim Generali* XIV *Aprilis ſubrogarunt Patres D. Eleuterium Rainaldum Brixienſem, Viſitatores D. Io: Baptiſtam Folchinum, & D. Danielem de Scledo. Cumque, Rectore varijs ſuorũ diſsidijs fracto, omnia ambitu plena viderentur; neq; omnium ingenia Brixienſium dominio, iam quaſi in conſuetudinem continuatis vicibus tracto, acquieſcerent, frigeſcente libertatis publicæ ſtudio Congregatio noſtra grauiter affligebatur. Commodè accidit vt Concilio Tridentino auſpicijs Pij V. Pont. Max. ad finem propè perducto, Congregationes omnes & Clerici ad priſtinam auſteritatis vitaque monaſticæ formam reducerentur. Eleuterius itaque de varijs offenſionibus conuictus dignitate, quam alijs extorſerat, ſumma exutus, ad certum tempus carceribus traditur.*

MD LXVIII *Hæc dum aguntur vigeſima Iulij à Pontifice nouo exemplo D. Hippolytus à Portu Gruaro Vicarius Generalis eligitur, Viſitatores D. Benedictus Pontonus, & D. Latinus Brixienſis in locum Marci Bergomenſis, & Fortunati, qui dignitatibus priuati neglecta electionis forma, quam Sum. Pontifex nuperis comitijs præſcripſerat.*

Pius V. Vicariũ Generalẽ, & viſitatores conſtituit.

PIVS PAPA QVINTVS *ad futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus Eleutherius Rainaldi Brixienſis Generalis Congregationis S. Georgij in*

Alga

Alga Venetiarum ex certis cauſis quas præſentibus haberi volumus pro expreſſis, nunc in cuſtodia detineatur, & tam ipſe, quam Ioannes Baptiſta Fulchinus, & Daniel de Scledo eiuſdem Congregationis Viſitatores, abſolutis eorum officijs ſe in illorum adminiſtratione vlterius intromittere non habeant. Nos pro parte curæ paſtoralis ſolicitudine, volentes ne ipſa Congregatio idoneis Rectoribus deſtituta permaneat, ſeu aliqua in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta patiatur: & alias in præmiſſis quantum cum Deo poſſumus opportune prouidere: necnon de probitate, induſtria, & religionis ſinceritate Dilectorum filiorum Hippolyti de Portugruario, & Benedicti Pontoni Veronenſis, & Latini Brixienſis profeſſorum dictæ Congregationis ſpecialem in Domino fiduciam ſumentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eumdem Hippolytum in Vicarium Generalem ipſius Congregationis, Benedictum verò in primum, & Latinum prædictos in ſecundum illius Viſitatores vſque ad nouam creationem Generalis, & deputationem Viſitatorum in eorum Capitulo Generali, vt moris eſt, celebrando faciendam, cum omnibus, & ſingulis facultatibus, iuriſdictionibus, auctoritate. peæeminentijs, ceteriſque honoribus, & oneribus ſimilibus Vicarijs Generalibus, & Viſitatoribus quomodolibet dari, & concedi ſolitis, & conſuetis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium creamus, facimus,

mus, conſtituimus, & deputamus: Volentes, diſtrictéque præcipientes dictis Hippolyto Vicario Generali, ac Benedicto, & Latino Viſitatoribus, vt omni ſtudio, opera, diligentia à quibuſcumque dictæ Congregationis profeſſoribus, & perſonis regularem vitam, ac debitam ſuæ Regulæ obſeruantiam per omnia opportuna iuris, & facti remedia exactè, atque integrè ſeruari mandent, & faciant: & nihilominus quibuſuis Congregationis huiuſmodi Religionis profeſſoribus, & perſonis, in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub arbitrij noſtri pœnis iubemus, ac mandamus, vt ſtatim eoſdem Hippolytum in eorum, ac dictæ Congregationis Vicarium Generalem, ac Benedictum, & Latinum in Viſitatores, vt præfertur, a Nobis deputatos ſine vlla mora, aut contradictione recipiant, & admittant, eiſque debitam reuerentiam, atque obedientiam præſtent, & exhibeant, necnon eorum ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, illaque efficaciter adimplere procurent. Alioquin ſententiam, ſiue pœnam, quam ritè tulerint in rebelles ratam habebimus, & faciemus eam authore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illi, & eorum ſuperioribus quomodolibet conceſſis, confirma-

tis, & ſæpius innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreßio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreßè derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXI. Iulij MDLXVIII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Cæ: Glorierius.

Nec Pontifici noſtrorum diſcordia in ipſos tantùm nouitatis curam ſubminiſtrauit, ſed in alios etiam, quorum ſtudio ea foueri videbatur. AMVLIO *nempe Cardinali Protectori ſubrogatur Viceprotectoris titulo Cardinalis* ARA CAELI, *cùm Pontifex iuſtis de cauſis in ſe, & Sedem Apoſtolicam Congregationis defenſionem ſuſcepiſſet. Verum cum neque ita malum quidem illud clandeſtinum poſſe ſopiri videretur, Summum Pontificem, qui olim S. Dominico nomen dederat, ſupplici libello rogarunt congregati Nouem Patres, ſui Ordinis quoſdam mitteret viros prudentes, quorum diligentia & circumſpectione nata recens incommoda amouerentur. Petitioni itaque cedens Pontifex Magiſtrum Paulum Emanuelem Veronenſem, & D. Archangelum de Soncino hoc diplomate noſtræ Congregationi Viſitatores decernit.*

Dilecto Filio Fratri Paulo Emanueli Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theol. Profeſſori Commiſſario noſtro.

Pius V. viſitatores Apoſtolicos decernit.

PIVS PAPA QVINTVS. *Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes pro noſtri paſtoralis officij cura, ac ſollicitudine religioſarum perſonarum Congregationes ad inſtitutorum ſuarum Congregationum obſeruantiam reduci ac debite, prout conuenit, reformari: Ac propterea volentes Monaſteria, ac perſonas Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, quæ reformatione indigere accepimus, videlicet S. Petri in Olineto Brixienſis, S. Georgij in Braida Veronenſis, & S. Angeli in Monte etiam Veronenſis, S. Firmi de Leonico Vicentinenſis, S. Rocchi etiam Vicentinenſis, & S. Auguſtini pariter Vicentinenſis, ac S. Iacobi de Monceleſe Paduanenſis, & S. Mariæ in Vantio etiam Paduanenſis, ac S. Georgij in Alga Venetiarum, & S. Mariæ ſimiliter Venetiarum, necnon S. Iuliani Ariminenſis, ac S. Gregorij Bononienſis reſpectiue Ciuitatum, vel Diœceſum, & demum S. Saluatoris in Lauro de Vrbe ad debitam ſuæ Congregationis normam noſtra cura, ac diligentia reſtitui. Nos de tua probitate, induſtria, dexteritate, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi, tibi, cum præſertim dilecti filij Prior Generalis, & Deputati dictæ Congregationis nobis quoque ſuper hoc humiliter ſupplicauerint, ex certa noſtra ſcientia per præſentes committimus, & mandamus, quatenus*

aſ-

aſſumpto tecum vno alio ſocio tui Ordinis tibi bene viſo coniunctim omnia & ſingula Monaſteria huiuſmodi, eorumque perſonas cuiuſcunque dignitatis, & praeminentiæ fuerint tam in eorum capitibus, quàm in membris auctoritate noſtra viſitetis, & primum in eis an debitus Deo omnipotenti honor habeatur, diuinusq. cultus condigne ibi exerceatur, ac inſtituta dictæ Congregationis modo debito obſeruentur, deinde de qualitatibus, moribus, & vita perſonarum in illis degentium, ac de quiete & concordia, quæ remotis humanis affectibus in ipſis vigere debent, necnon de redditibus, facultatibus, & bonis eorundem Monaſteriorum, & demum de officialibus, & Miniſtris, qui illorum introitus, res, & iura à quinque annis citra quocunque nomine, vel cauſa adminiſtrauerint, gubernauerint, ſeu quomodolibet perceperint, & in quo ſtatu nunc dicta Monaſteria exiſtunt, & quot perſonæ, & quales in ſingulis prædictis Monaſterijs de præſenti degunt, plenas, ac diligentes informationes quantum vobis ſufficere videbitur ſumatis & capiatis, omniaque per vos reperta in ſcriptis redigatis, & de vnoquoq; Monaſterio ſuper præmiſsis ſeparatim, & particulariter proceſſum autenticum formetis & conficiatis, ſinguloque finito ad nos quamprimum veſtro ſigillo clauſum tranſmittatis, & interim ea quæ reformatione indigere & moram non pati cognoueritis, dicta auctoritate noſtra reformetis, corrigatis, & emendetis computa & rationes ſingulorum Monaſterio-

rum, & totius dictæ Congregationis à calculatoribus deſuper iam electis facta, & ſubducta diligenter reuideatis, & cognoſcatis, ſeu ſi vobis videbitur illa de nouo faciatis, calculetis, & conſolidetis, ac debitores repertos etiam ſi illi Congregationem ipſam iam exiuerint, & eius habitum dimiſerint, ad comparendum coram vobis moneatis, ac citetis, eosque & eorum quemlibet ad ſoluendum quicquid debent per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna iuris, & facti remedia abſque tela iudiciaria ſola facti veritate inſpecta prout iuris fuerit, cogatis, & compellatis: & inſuper an literæ noſtræ in forma breuis circa ipſius Generalis, & aliorum Officialium dictæ Congregationis electionem emanatæ debitæ executioni, ſicut par eſt demandatæ fuerint inquiratis, & eos, qui contrafecerint iuxta formam earundem literarum caſtigetis & puniatis, necnon eos, qui habitum dictæ Congregationis dimiſerint, quod nullo modo officium Sacerdotale exercere poſſint prout nos per alias noſtras literas ordinauimus, prohibeatis, idque diligenter ab omnibus ſub pœnis in dictis literis contentis, & alijs vobis viſis obſeruari faciatis. Præterea omnia, & ſingula ad reformationem huiuſmodi pertinentia, quæ minime differenda vobis videbuntur executioni demandetis, & quaſcunque perſonas delinquentes dictæ Congregationis iuxta canonicas ſanctiones, & eorum inſtituta pro delictorum, & exceſſuum ſuorum qualitate plectatis, & debitis pœnis afficiatis,

In

In caſibus vero grauioribus eoſdem delinquentes in carcerem conijciatis, ac ſub bona & fida cuſtodia ne inde aufugere valeant teneri curetis, noſque quam primum certiores faciatis, vt quid de eis agendum fuerit, ſecundum iuſtitiam ordinare valeamus, & pro præmiſſorum omnium executione, ſi opus fuerit, auxilium brachij ſecularis inuocetis, ſuper quibus omnibus, & ſingulis, ac etiam contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras, & pœnas prædictas compeſcendi easque iteratis vicibus aggrauandi, & interdictum Eccleſiaſticum apponendi, ceteraque neceſſaria, & opportuna gerendi, mandandi, & exequendi, vobis plenam, & omnimodam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem, & poteſtatem concedimus, & impartimur. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus locorum Ordinarijs, in quorum ciuitatibus, & Diœceſum Monaſteria prædicta conſiſtunt, & quibuſuis Officialibus noſtris diſtricte præcipientes, Magiſtratus vero, & iuſtitiæ miniſtros nobis non ſubditos hortamur in Domino, & enixe requirimus, vt quando & quoties pro parte veſtra fuerint deſuper requiſiti pro Dei honore, & diuini cultus augumento, ac noſtra, & huius ſanctæ Sedis reuerentia circa præmiſſa exequenda, quæ ſolum pro ſalubri dictæ Congregationis directione, & inſtitutorum ſuorum obſeruatione à nobis mandata fuerunt, omnem fauorem & auxilium etiam brachij ſecularis prompte, & efficaciter præſtent & exhibeant; ita vt per

veſtri miniſterij ſollicitudinem eadem Congregatio ad debitum & conuenientem inſtitutorum ſuorum ſtatum & decorem iuxta animi noſtri deſiderium benedicente Domino facile reſtitui reponiq. poßit. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illi eiuſque ſuperioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XIII. Septembris. MDLXVII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Cæſ. Glorierius.

Vi-

Viſitatores itaque cùm ſingula quidem noſtri Ordinis cœnobia inſigni moderatione perluſtraſſent, plurimum in primis admirati peculiarem maioribus precum rationem à prandio, & cœna noſtris iam tunc integram, nec animaduèrtiſſent quidquam in veræ pietatis cultum committi, Romam reuerſi, notatum in quibuſdam ambitum, rei etiam ſtudium, ac liberiorem à Societate diſceſſum, Pontifici mox indicant.

His igitur malis vt obuiaret Sanctiſſimus Pater Comitia Romæ celebranda noſtris indicit, vt profeſſionem trium votorum ſolemniter ſubirent. Obtemperantes illi XXIX *Octobris comparent omnes, exceptis tribus Rectoribus, quorum excuſatio cùm locum meruiſſet, tres alij ſcilicet Nicolaus Righettus, Angelus Veronenſis, & Dominicus Saballus Brixienſis de mandato Pontificis admiſſi. Ita omnes vnus & triginta numero fuiſſent, ſi reliqui non renuiſſent. Ceteri profeſſionem recuſantes è conſeſſu excludebantur. Sic igitur aſſiſtente Summi Pontificis iuſſu Epiſcopo Locatello Regienſi, Patres iunctim eligunt D. Dominicum Saballum, qui ab Epiſcopo Apoſtolica auctoritate confirmatus, flexis genibus coram ipſo profeſſionem edidit, hæc præfatus: Congregationi noſtræ non æquo animo hoc onus impono, ſed quia voluntati Pontificis reſiſtere nequeo, id ago. Ceteri à prandio coram Generali idem præſtitere, vna voce aperte confeſſi verbis tantum, & inuitos, non animo, nec libera voluntate ſe id facere. Tandem ſuſcitante Rectore,* MDLXIX Profeſſio trium votorum edita.

ſi quid

ſi quid ab vllo in D. Iulium Clementem, & D. Simeonem proferri poſſet, ſilentibus omnibus, electiones Rectorum decernunt, Viſitatoribus electis Nicolao Righetto, & D. Marco Caio. Reuerſis Roma noſtris ceteri pariter Canonici ad profeſſionem per literas inuitantur intra viginta quatuor horas eam edituri. Graue hoc omnibus viſum. Mirari hic ſubit, noſtros adeo conſiliorum fuiſſe inopes, vt nec Oratoris Veneti in arduis ſæpe probati interceſſione, nec aliorum Magnatum interuentu hanc à ſe nouitatem amoliri, aut ſerium Pontificis conſilium mitigare tentarent. Verum hoc fuit animorum inter eos diſſidium, vt in diuerſa abeuntes ſui officij parum memores communem ſua facilitate libertatem præcipitarint. Nec ſanè factum impune tulerunt. Relicto enim Pontificis decreto, reliqui Patres partim iſtorum inertiam culpare, partim conuicijs proſequi cæperunt: Iuniorum bona pars à vita Monaſtica deficere. Seniores, ſanctiſſimam ceteroquin vitam in cellulis degentes ad inuſitatam hanc conſuetudinem collacrymaſſe, atque inuitos ad hanc profeſſionem ueluti ad ſupplicium ductos, mutantibus vitæ genus multis rarioris notæ viris, qui liberè, quàm ad alienum arbitrium, Deo ſeruire maluerunt. E multis inſigniores fuere Matthæus Aſola Veronenſis Muſicus celeberrimus, Lazarus Nogara Patauinus Cathedralis Eccleſiæ poſtea Manſionarius, Baptiſta Veraldus Pat. eiuſdem Eccleſiæ Manſionarius, & Chori Magiſter.

PIVS

Pivs Episcopvs Servvs Servorvm Dei ad perpetuam rei memoriam. *Lubricum vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præ ſe ferentes, nec proprijs renunciant, nec vllam profitentur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio inſtinctui obſequentes, alij odio incenſi, alij, dum quod ambiunt minus conſequuntur, alij vel dilapidatis, vel interuerſis rebus, & ad ſeſe vel propinquos tranſlatis, vt ratiocinia effugiant, quidam etiam in ſuos ipſorum mores inquiſitum iri præſentientes, quaſi impunitatem adepturi, e ſodalitio ſuo, vt lubet, exiliunt, eiectisque illius inſignibus veſtem recipiunt ſecularem. Hinc graues, & periculoſæ quotidie offenſiones in populos concitantur, dum quos diſciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rurſus eos, etiam vbi conſenuerint contempto poſt tot annos, & relicto indignis ſæpe modis, eius cui ſe ſe dediderant vitæ inſtituto, liberos vident & ſolutos in ſeculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit, eam miles militiam proſequatur, hanc de prædictis rationem capere inſtituimus, vt vel permanendi, vel abſcedendi facultate ſemel ſingulis propoſita certus deinceps & immobilis diſciplina regularis cultus debeat in ipſis ſodalitatibus perpetuò obſeruari. Itaque de nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, vt omnes & ſinguli Priores, Præpoſiti, & alij Præſidentes Generales, Prouinciales, & Conuentuales, necnon Canonici, & fratres S. Georgij in Alga Venetiarum, ac Ere-*

Pij V. diploma pro trium votorũ profeſſione emittenda.

mitarum S. Hieronymi, alias Beati Petri Piſarum, ac omnium ac quarumcunque aliarum Congregationum, necnon Eccleſiarum, Domorum, & Conuentuum in communi, & ſub obedientia voluntaria, & extra votum ſolemne Religionis viuentes, quorum habitus à ſecularibus presbyteris eſt diſtinctus, qui religionem amplecti & profeßionem regularem ſolemnem emittere voluerint, id in ſuis quiſque Conuentibus, & Domibus intra viginti quatuor horarum ſpatium, poſtquam Delegatus noſter præſentes literas eis ſignificauerit, palam & ſponte deliberent & declarent; Inde conuocato quamprimum per ſingulas huiuſmodi Congregationes Generali, vel alio ſupremo iuxta morem cuiuſque Congregationis Capitulo, ibique electa vna, ſub qua degant, ex regulis approbatis, in quam maior pars vocum ipſius Capituli conſenſerit, trium votorum ſubſtantialium profeßionem regularem intra menſem ſolemniter emittant, & in eam tam ipſi, quam illam deinceps ingreſſuri atque profeſſuri perpetuum ferant Altißimo famulatum; Sicque profeßi vel in ſuis quiſque Prioratibus, Præpoſituris, Præſidentijs, adminiſtrationibus, & officijs confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuique Congregationi & Superioribus ſuis videbitur vtilius expedire. Qui vero excuſſo iam anni ſpatio in ipſa Congregatione morati refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto Religionis habitu ac redditis etiam in vinculis ſi opus ſit receptorum, & adminiſtratorum omnium rationi-

bus

bus eijciantur, nec deinceps patiantur in vllis eiuſdem Congregationis Domibus, ſeu Conuentibus amplius conuerſari. Quocirca mandamus Vniuerſis & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Generalibus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac alijs cuiuſcunque dignitatis & nominis Miniſtris, necnon Conuentibus, Canonicis, fratribus, & perſonis Congregationum huiuſmodi, vt ſtatutum noſtrum prædictum non expectata alia iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione humiliter recipiant & ſtudioſe obſeruare procurent. Quod ſi forte aliqui in eo, quo nunc, ſunt ſtatu, quem omnino tollimus, & abolemus, contra noſtrum hoc ſtatutum perſiſtere contenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus, excommunicationis quoque ſententia innodamus eo ipſo: Non obſtantibus fundationibus, & inſtitutionibus ac ſtatutis & conſuetudinibus Congregationum, Domorum, & Conuentuum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis eorumque ſuperioribus & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem Apoſtolicam etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus ac formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis in genere & in ſpecie conceſſis & confirmatis, ac etiam alys refor-

Yyy 2 ma-

mationibus quotieſcunque ac quocunque tempore factis & promulgatis, & quibuſlibet alijs indulgentijs & literis Apoſtolicis ſpecialibus & generalibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impedire valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia tanquam abrogata, contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Ceterum mandamus præſentes ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe & Cancellariæ Apoſtolicæ ac in acie campi Floræ publicari & earum exempla de more applicari. Ac etiam volumus quod ipſarum præſentium exempla etiam impreſſa, & Prælati Eccleſiaſtici, vel eius Curiæ ſigillo, & Notarij publici manu obſignata eamdem illam fidem vbique locorum in Iudicio & extra illud faciant, quam ipſi præſentes facerent, ſi ibi oſtenderentur, aut exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſublationis, abolitionis, priuationis, ſtatuti, mandati, innodationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXVIII. XV. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno tertio. Cæſ. Glorierius.

Ce-

Ceterùm, vt acerbitatem ex profeßionis nouitate ſopiret Pontifex PIVS V. *Priuilegia noſtra, Conſtitutiones, ritus, mores, aliaq. noſtra inſtituta confirmat, Nosque alios Canonicos in proceßionibus & actis publicis præcedere decernit, noſtramq. Congregationem immunitatibus Mendicantium, & non Mendicantium conceßis & porrò concedendis motu proprio auget. Epiſcopo Amerino, & D. Georgij Maioris Venetiarum, & S. Iuſtinæ Patauij Abbatibus pro harum literarum executione electis. Nosq. à quacunque aliorum protectione liberat, & in ſuam ac Romanorum Pontificum recipit hac forma.* Canonicorum Secularium in procedẽdo prærogatiua.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *ad perpetuam rei memoriam. Ex incumbenti nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio quorumlibet Eccleſiaſticorum præſertim Religioſorum locorum, illorumq. perſonarum in via mandatorum Domini ad illius honorem & gloriam deambulantium, ac in pio laudabiliq. illarum propoſito permanentium directioni proſperoq. ſtatui aßidue intenti, illa propterea prouide ſtatuta dignoſcuntur, quo firmius perſiſtant libenter Apoſtolici muniminis præſidio ſublatis quibusvis obſtaculis roboramus, perſonas ipſas paternis confouendo affectibus. Sanè cum ſicut accepimus Dilecti filij Rector Generalis, & Canonici Congregationis Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum, qui in eorum Capitulo in Monaſterio, ſeu domo S. Saluatoris in Lauro de Vrbe Congregationis huiuſmodi no-* Pius V. Priuilegia noſtra ritus, mores, atque inſtituta confirmat.

niſſimè celebratæ tanquam noſtri & Apoſtolicæ Sedis obedientiæ filij, præcepto per nos eis alias facto ſuper profeſſione regulari, vt eam qui in huiuſmodi Congregatione de cætero degere vellent profiterentur obtemperando illam profeſſionem, debita cum reuerentia acceptarunt in eorum Monaſterijs, ſiue domibus religioſe laudabiliter, prout hactenus vixerunt, de cætero viuere, & gratum Altiſſimo famulatum impendere intendant. Nos Rectoris, & Canonicorum ipſorum laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, & quo liberius in pace & tranquillitate iuxta eorum inſtituta viuere poſſint, impedimenta ſi quæ ſint de medio tollere ipſoſque Rectorem, & Canonicos ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, ac illos, & eorum ſingulos à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatis exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; necnon Conſtitutionum Regularium, ſtatutorum, priuilegiorum, indultorum, & aliarum conceſſionum, & gratiarum infraſcriptorum omniumque in contrarium aut præiudicium illorum, ſeu Congregationis huiuſmodi, ac literarum etiam in forma Breuis, etiam motu proprio, vel alias quomodolibet deſuper conceſſorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, insererentur

præ-

præſentibus pro expreßis habentes, motu ſimili non ad ipſorum Rectoris & Canonicorum, vel alicuius eorum, aut quorumvis aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtris, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo omnes & ſingulas conſtitutiones, ac ritus & mores, aliaque regularia ipſius Congregationis inſtituta, quo ad ea, quæ ſacris Canonibus, & decretis Concilij Tridentini contraria non ſunt, ita quod Rector & Canonici prædicti in proceßionibus, & actis publicis præcedant, prout antea ſoliti erant. Necnon conceſſiones & gratias, priuilegia & indulta ipſis Congregationi & Rectori, & Canonicis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem eandem, principaliter ſiue per viam communicationis, aut alias quomodolibet conceſſa confirmamus, ac illa de nouo, necnon etiam omnia alia per ipſos prædeceſſores, ac nos quibusvis Ordinibus, ac Religionibus, etiam Fratrum Mendicantium hactenus quomodolibet conceſſa, & quæ de cætero concedentur eiſdem Rectori & Canonicis, ac Congregationi gratioſe concedimus, ac confirmata & conceſſa eſſe volumus: Necnon omnia etiam per prædeceſſores prædictos, & nos etiam per quaſcumque etiam in forma breuis literas in contrarium præmiſſorum, ſeu in ipſius Congregationis & priuilegiorum eidem conceſſorum præiudicium quomodolibet etiam hactenus conceſſa, reuocamus, irritamus, & annullamus, ac irrita & nulla

nulla eſſe; necnon quicquid à dicto Rectore, & dilectis filijs Patribus, Capitibus Congregationis huiuſmodi nuncupatis factum, ſeu definitum fuerit, obſeruari volumus; ac perpetuò ſtatuimus & ordinamus: Et ſic in præmiſsis omnibus & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet, quamuis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac ſi ſecus fuerit ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum & inane decernimus, ac ita mentis & voluntatis noſtræ incommutabilis eſſe volumus, & declaramus. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Amerino, & dilectis filio S. Georgij Maioris Venetiarum, ac S. Iuſtinæ Paduanæ Monaſteriorum Abbatibus per Apoſtolica ſcripta motu pari mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alios, ſeu alium præſentes literas & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Canonicorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis & illorum ſingulis in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa obſeruari, ac Rectorem, & Canonicos prædictos confirmatione, conceſsione, voluntatibus, ſtatuto, ordinatione, decreto & declaratione huiuſmodi pacificè frui, & gau-

& gaudere, non permittentes eos, & illorum ſingulos deſuper per quoſcunque contra præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, rebellesque, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias ipſorum, vel cuiuſlibet illorum arbitrio imponendas, moderādas, applicandas, aliaque opportuna Iuris remedia compeſcendo; necnon legitimis ad hoc ſeruatis habendis proceſſibus illos cenſuras, & pœnas incurriſſe declarando, ac ipſas cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus præmiſſis, ac quibusvis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſuis Ordinibus, & illorum ſuperioribus, ac alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet, etiam per prædeceſſores noſtros prædictos, ac nos, & Sedem prædictam, etiam motu & ſcientia ſimilibus, conceſſis, confirmatis, & approbatis, qui-

bus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreßis ſufficienter habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreßè derogamus, & illis derogatum eſſe volumus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poßint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, tertio Idus Decembris. Pontificatus noſtri Anno quarto.

Cæſ Glorierius. A.de Auila.

Conſeruatores electi.

Hoc anno congregati Patres Nouem Congregationis Conſeruatores eligunt in primis genere, prudentia & auctoritate conſpicuos Cl. D. Hieronymum Grimanum Equitem, & D. Marci Procuratorem, D. Hieronymum Zanem Equitem, & D. Marci Procuratorem, D. Marinum de Caballis Equitem, D. Andream Gradenicum, D. Ioannem Superantium,

tium, & Dominum Ioannem Donatum.

Rebus noſtris profeſſionis conditioni aſtrictis, vigeſima nona Maij Comitia generalia Dominicum Saballum in Rectorem totius Congregationis cum ceteris Rectoribus confirmarunt, quo tempore cum rei frumentariæ inopia pauperes grauiter premerentur, ſancitum fuit, quòd vnumquodque cœnobium præter conſuetas elemoſinas quouis menſe ducatos quinquaginta in egenos erogaret, quod durante egeſtate per quinque menſes ſeruatum fuit. Acceſſit grauius malum, quod Imperatoris Ottomanni poſt ereptam Venetis Cyprum inſolentes minæ vniuerſos Chriſtiani orbis Principes ad arma excitarent. Inde cum Pontifex nomine & re Pius collatis auxilijs de tuenda Italiæ ſalute vnicè ſollicitus eſſet, vectigalia Eccleſiaſticis omnibus ad belli neruum impoſita fuerunt. Noſtræ è duodecim Congregationibus, quæ ſuis gaudent prouentibus, annuus ducatorum cenſus; qui titulo trientis redituum in hunc vſque diem numularijs Romanis quouis anno ſoluuntur.

M D LXX

Annonæ grauitas ære ſubleuata.

Cypri Inſulæ direptio.

Exorta eſt hoc ipſo anno de modo procedendi contentio cum Canonicis Lateranenſibus, qui ſui Ordinis antiquitatem proferentes, ex noſtrorum recenti profeſſione CANONICORVM SECVLARIVM *dignitatem in regularem mutatam contendebant. Quibus ad ſupplices libellos Summo Pontifici exhibitos decreto reſponſum fuit, quod ipſi quoſcunque Regulares præcederent.*

Contentio cum Canonicis Lateranenſibus de præcedentia.

Zzz 2 PIVS

Pius V. Canonicis Lateranẽſibus fauet.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI *Ad perpetuam rei memoriam. Cum ex Ordinum Vniuerſitate, qui in Dei Eccleſia reperiuntur illa caſtrorum aciei comparetur, illius autem gubernium Rom. Pont. B. Petri verò ſucceſſori ſit demandatum, mirum nemini videri debet, ſi illæ curæ ſibi diuinitus commiſſæ inuigilans, cuilibet quod ſuum eſt benignè concedendo, & quæ clara etiam ſui ipſorum natura ſunt, ne in recidiuæ contentionis ſcrupulum relabantur opportunæ declarationis ac nouæ conceſſionis remedio conſolidat, vt quibuſuis ſublatis obſtaculis, quilibet pacis amœnitate frui liberè poſſit, ac ſcandalorum occaſio penitus tollatur. Cum itaque ſicut accepimus Dilecti filij Vniuerſi Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, qui ab Apoſtolis originem traxerunt, quique ab eodem S. Auguſtino eorum reformatore, iterum per reformationis viam mundo geniti, meritò prætendere poſſunt, ſe omnes alias perſonas Eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam regulares in proceſſionibus, & alijs actibus publicis præcedere debere. Cum tamen non liceat membra à capite ſeparare, ſed tamen eis locum debitum aſſignare, ipſorumque indemnitati, vt ſine populi ſcandalo in publicum prodire, exemploque potius ceteris Chriſtifidelibus eſſe poſſint conſulere volentes, ac omnium, & ſingulârum litium, quæ forſan ſuper præmiſſis exortæ ſint, aut exoriri quoquomodo poſſint, ſtatus, & merita, nominaque & cognomina Iudicum, & collitigan-*

tium

tium præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio non ad dictorum Canonicorum, vel alicuius alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulos Canonicos prædictos vbicunque locorum exiſtentes, quos deinceps proceſſionibus, & alÿs actibus publicis, vel priuatis intereſſe contigerit, ſtatim ipſum Clerum ſecularem non exemptum ſubſequi, dum ipſi ſubſequendo præcedunt, dum verò præcedendo præcedunt, illum immediate ſequi debere auctoritate Apoſtolica per præſentes declaramus. Ac inſuper in omnibus locis, in quibus talis viget conſuetudo in proceſſionibus, vt dicti Clerici non exempti, præcipuè quando Canonici alicuius Eccleſiæ Cathedralis, paramenta Eccleſiaſtica induunt, vt cultus diuinus magis vigeat, ac vt Sanctiſſimum Corpus Chriſti, ſeu aliæ reliquiæ, quæ proceſſionaliter deferũtur, decentius, et honorificentius aſſocientur, aut quando hoc ipſius Ordinariÿ mandato continget, ipſi Canonici ſimiliter, ac illi Pluuialia, Planetas, Tunicellas, & alia paramenta ſuper eorum clericalem habitum deferre, necnon pro cruce aſſocianda quæcunque luminaria deferre, libere, & licitè poſſint, ſtatuimus, & ordinamus. Diſtrictius inhibentes quibuſuis locorum Ordinarÿs, etiamſi Patriarchali, Prouinciali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, aut alia dignitate præfulgeant, ſub excommunicationis maioris, & indignationis noſtræ pœna, ne eoſdem Canonicos, ſeu aliquem

eo-

eorum moleſtare, aut præmiſſa quouis modo declarare, vel interpretari audeant. Decernentes præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu etiam ex eo quod locorum Ordinarij, aut alij forſan intereſſe habentes vocati non fuerint, aut nullitate notari, imputari, inualidari, ad terminos Iuris deduci, in ius vel controuerſiam vocari, cauſamque, vel cauſas quare præmiſſa à nobis emanauerint verificandum nullatenus teneri, nec ob id iuribus carere, minusque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſubſtentationibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, ac plenariè reintegratas, etiam ſub data per ipſos Canonicos eligenda eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri; Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & ipſoſmet Ordinarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicare, & diffiniri debere irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilectis filijs dictæ Congregationis Protectori, ſeu eius Viceprotectori, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Vicario Ven. Epi-

ſcopi

ſcopi Lauden. in ſpiritualibus Generali per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Canonicorum prædictorum, vel alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eoſdem Canonicos illorumque ſingulos præmißis omnibus, & ſingulis in præſentium continentia, & tenore pacifice frui, & gaudere: Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcunque indebitè moleſtari, perturbari, & inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis: Non obſtant. fel. record. Papæ Bonifacij prædeceſſoris noſtri etiam qua caueatur, ne quis extra Ciuitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & illis vltra vnam Dietam a fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſt. deput. extra Ciuitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duabus Dietis in

Con-

Concilio Generali edita, dummodo vltra tres Dietas quis vigore præſentium ad iudicium non trahatur, ac alijs Apoſtolicis in Prouincialibus, ac Synodalibus Concilijs editis ſpecialiter, vel generaliter, conſtitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus priuilegijs quoque indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſuis Eccleſijs, Congregationibus, Capitulis, Collegijs, Monaſterijs, & alijs locis, eorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs irritantibusque, & alijs decretis, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus etiam conſiſtorialiter conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum, de indulto

huiuſ-

huiuſmodi mentionem. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXX. x. Cal. Ianuarij. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Verùm conatus hic parum fuit felix. Quin die decimaquarta Maij initis Comitijs in D. Georgij cænobio, electus fuit Generalis Nicolaus Righettus Veronenſis, Viſitatores D. Dominicus Saballus, & D. Maximinus Patauinus, quibus procurantibus prudentiſſimo Pontificis Reſcripto, abolita, quæ Canonicis Lateranenſibus fauebat, priori ſententia, ſine omni ex noſtra profeſſione præiudicio, CANONICI SECVLARES, *ſalua veteri præeminentia declaramur, & confirmamur.* MDLXXI

Canonicorum Secularium titulus confirmatur.

PIVS PAPA QVINTVS. *Motu proprio. Cum alias nos poſtquam Dilecti filij Rector Generalis, & Canonici Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum mandatis noſtris obtemperando profeſſionem regularem emiſerant. Nosque propterea ipſos ſub noſtra, & Apoſtolicæ Sedis protectione receperamus, ac inter alia per quaſdam volueramus, quod Rector, & Canonici prædicti in proceßionibus, & actionibus publicis, prout antea ſoliti erant præcederent, ex certis cauſis tunc expreſſis omnes ac ſingulos Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis vbique locorum exiſtentes, quod deinceps proceſſionibus, & alijs actibus publicis, vel*

Pij V. diploma de prerogatiua ſupra alios.

Aaaa pri-

priuatis intereſſe contigiſſet, ſtatim ipſum Clerum ſecularem non exemptum ſubſequi, dum ipſi ſubſequendo præcedunt, dum verò præcedendo præcedunt illud immediatè ſequi debere, per alias noſtras literas declarauerimus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur, à nonnullis non immeritò dubitari poſſet an per poſteriores literas prædictas prioribus ita derogatum ſit, vt Canonici regulares prædicti Canonicos Congregationis S. Georgij prædicti præcedere debeant, quod profectò, ſi ita declaretur non ſine maximo ipſius Rectoris, & Canonicorum S. Georgij præiudicio & grauamine eſſe poſſet. Nos præmiſſa declaratione debita dilucidare ſatagentes nolentesque literas noſtras, quæ non ſine cauſæ cognitione prodierunt, in alienum ſenſum, ac aliorum præiudicium diſtrahi, literarum noſtrarum vltimo datarum id ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus pro expreßis haben. ſeu exprimi & inſeri poſſe decern. motu ſimili declaramus, & in verbo Romani Pontificis atteſtamur, intentionis noſtræ nunquam fuiſſe, nec eſſe, quod ſecundo datas literas prioribus ita præiudicare, vt ipſi Canonici Congregationis S. Georgij locum mutare debere cenſeantur, aut cenſeri poßint, ſed locum ipſis Canonicis regularibus aßignatum, citra ipſorum Canonicorum Congregationis S. Georgij præiudicium conceſſum fuiſſe ac eſſe intelligatur, ipſique Canonici Congregationis S. Georgij deinceps, & perpetuis temporibus SVB NOMINE CLERI SECVLARIS VENIRE,

& ita

& ita ab omnibus cenſeri,nec ſuper eo à quoquam moleſtari poſſe , vel debere : Diſtrictius inhibentes omnibus & ſingulis , tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus Iudicibus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus,gradus,ordinis, ac conditionis exiſtentibus , & quacunque auctoritate etiam Apoſtolica fungentibus , & præſertim ſecundo dictis literis deputatis in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub excommunicationis maioris , alijſque arbitrio noſtro moderandis & infligendis pœnis,ne contra prædicta quouis quæſito colore venire, aut quo minus illa ſuum plenarium ac integrum ſortiantur effectum impedire audeant, vel præſumant, quinimo eos, & alios quoſcunque pœnas in eis appoſitas incurrere minimè poſſe volumus : Decernentes quoque præſentes & deſuper conficiendas literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ , vel quopiam alio defectu , etiam ex eo quo dicti Canonici regulares , aut alij forſan intereſſe habentes , vocati non fuerint ,notari, impugnari, inualidari , aut contra illas de nullitate opponi ad terminos iuris reduci,in ius vel controuerſiam vocari,cauſamque vel cauſas propter quas à nobis præſentes emanauerint verificare nullatenus teneri , nec ob id viribus carere minusq. ſub quibusvis ſimilium , vel diſſimilium gratiarum, reuocationum, ſuſpenſionum, limitationum,aut alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtrictæ,repoſitæ, &

plenariè reintegratæ, eſſe etiam ſub quacunque data per ipſos Canonicos dictæ Congregationis S. Georgij eligenda vimque validi & efficacis contractus inter nos, & Sedem Apoſtolicam, ac eoſdem Canonicos etiam cum iuramento initi ac ſtipulati ſortiri; ſicq. ab omnibus cenſeri; Et ita per quoſcunque Iudices etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales ſublata eis &c. iudicari debere irritum quoque &c. Non obſtantibus literis noſtris præfatis, quas quoad huiuſmodi effectum, & in ea parte, quæ præſentibus contrariantur reuocamus, & annullamus, ac quibuſcunque litium pendentijs (quas ad nos harum ſerie auocamus, & extinguimus) perpetuum ſuper illis ſilentium imponimus, illarumq. ſtatus, & merita, nominaque & cognomina Iudicum præſentibus pro expreſſis habentes, ac quibusvis Apoſtolicis, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictis Canonicis Regularibus, ac quibusvis alijs ſub quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritum, &c. hac vice latiſſimè derogamus ceteriſq. contrarijs quibuſcunque cum clauſulis opportunis & conſuetis.

Fiat. motu proprio. M.

Et

Et cum abſolutione à cenſuris &c. & quod ſingularum literarum præfatarum tenores habeantur pro expreßis, ſeu in toto, vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inſeri poßint. Et de declaratione, atteſtatione, voluntate, deliberatione, decreto, & alijs prædictis pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratioſa &c. & cum deputatione Iudicum & executorum, qui aßiſtant, & præmiſſa obſeruari faciant, etiam ſub cenſuris &c. cum poteſtate citandi, inhibendi &c. aggrauandi, & reaggrauandi, ac interdicendi &c. & cum derogatione &c. de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres, ac prædictorum & ſingulorum præſentibus quomodolibet contrariorum. Quorum &c. latißime extendendo, & quod præmiſſorum omnium &c. & per breue literæ expediri poßint.

Datum Romæ apud S. Petrum XI. Kal. Iunij. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Æquißime huius ſententiæ ad Summi Pontificis fauorem cauſæ accedebant plures. Iam enim ab initio inſtitutionis noſtræ ad ea vſque tempora CANONICORVM SECVLARIVM *titulo noti ingenua libertate vixerant noſtri, ſecus quam Canonici Regulares, qui certæ voti formulæ omni tempore adſtringebantur. Antiquos itaque ritus omnes nobis cum Clericis Secularibus communes Sum. Pontificis auctoritas nouo diplomate reſtituit & confirmauit. Inter alios maximè vigebat mos ille, quòd noſtri Ordinis* De beneficijs adeũdis.

Viri

Viri olim ſine licentia Capituli, ſolò Rectore conſentiente, beneficia quæuis Eccleſiaſtica ambirent. Quod tamen Regularibus certis tantùm conditionibus liberum eſt. Nimirum Canonici Regulares de iure communi ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione poſſunt ad quæcumque beneficia ſecularia admitti, de licentia ſuorum Superiorum, & Capituli Generalis, nec non ex ſua inſtitutione, non ſecus atque clerici ſeculares. Sunt enim veri & antiqui clerici, quales in primordijs Eccleſiæ à B. Apoſtolis populo Chriſti olim præfecti. In quo ſtatu quum perſeuerauerint, conditionis vtique deterioris neutiquam cenſebuntur. Inde factum, vt, poſt quam exortæ congregationes reformatæ, à Pontificibus, atque Epiſcopis innumerabiles Eccleſias Parochiales rexerint; cuius conſuetudinis exempla paſſim obuia non admittit inſtituti noſtri breuitas. Ac licet Monachis id minimè conceſſum, Canonici tamen Regulares veluti Regulæ inſeruientes laxiori id in Lateranenſi Concilio obtinuerunt. Quod nec ipſorum Profeſſioni aduerſatur, maximè ſi ſufficienti ſcientia, & recta munus adeant conſcientia inſtructi, quam ipſis detrahere, parum æqui foret animi. Concilij enim Tridentini auctoritate dum ſeſſione XIV. *cap.* XI. *Canonicus tranſlatus à beneficio Seculari etiam curato arcetur: nunquidne non-tranſlatus ad eiuſmodi beneficium admittitur? Ea ſanè mens fuit ſummorum Virorum, qui in Collegium Rotæ Pontificij Iudices allecti: quam V.Cl. Gabriel Pennottus in ſua*

Cle-

Clericorum Canonicorum Hiſtoria integram dedit. Sed neque alius quàm de Tranſlato in Concilio ſermo fuit. Accedit, quod vnicuique licitum eſt, id nullo iure ipſi vetitum. Canonico autem Regulari Archidiaconum fieri, vel Canonicum in Eccleſia ſeculari, nullo modo illicitum eſt. Nec in contrariam partem quæ occurrunt leges aliter quàm de monachis, & clericis, vel de clericis laicis, accipiendæ, quos diſparis profeſſionis in eodem Collegio ſociari ineptum videtur. Sed nec eo nomine Canonicus Regularis ad Seculares tranſit. Votorum namque obligatio, ſi legibus ſtandum, ne Pontificis quidem auctoritate, diſſoluitur. Hæc ſi vera ſunt, vt omninò ſunt, perſpicuum eſt, ampliora multò noſtra eſſe priuilegia, quam nullis vnquam verbis in profeſſione ab eiuſmodi beneficijs arceamur; iuſtiſſimamq. veteris prærogatiuæ rationem obtineamus, quam continuatis Summorum Pontificum priuilegijs debemus.

Neque ab his minimè alienos fuiſſe pios & prudentes Epiſcopos, longa ſerie oſtendere mihi difficile foret, pauca ſaltem noſtræ memoriæ exempla commemorabo. Anno MDCXXXI *cum peſtis paſſim Eccleſijs parochos eripuiſſet, non pauci è noſtris cum licentia Rectoris Generalis in eorum locum ſucceſſerunt: Mantuam D. Iulius & Ioannes Bonzani fratres Canonici ad Sacellum Ducalem S. Barbaræ conceſſerunt. Veronæ in Canonicorum maioris Templi conceſſum recepti fuerunt D. Fortunatus Fracaſtorius, & D. Petrus*

trus

trus Paulus Battaglinus; item D. Camillus Burghettus, D. Hieremia Morandus optimi iudicij vir, D. Iacobus Auantius, & Petrus Varotarius ibidem Sacerdotes beneficijs Eccleſiaſticis gaudent. Alio etiam tempore Tridenti D. Georgius Mazzantes Veronenſis Prothonotarius Apoſtolicus. Patauij D. Marcellus Milanus Ariminenſis inter presbyteros Cathedrales iam decennio ſacris virginibus eſt à confeſsionibus. In municipio Conſoluio Franciſcus Vandinellus Eccleſiam rexit, hodie opulentiori prope Leonicum ſacerdotio honeſtatus. Ioſephus Bertolettus, & Cornelius Corallus in eadem Diœceſi beneficijs perfruuntur. In agro Vicentino D. Bernardus Triſſinus Sandrigi Eccleſiæ Rector. D. Theodoſius Ferrarinus ſacræ Theologiæ Doctor, & concionator archipresbyter S. Mariæ in vico Sarego. & D. Chriſtophorus de Chriſtophoris archipresbyter S. Mariæ Roueredi beneficia cum animarum regimine tenent. E patribus Venetis D. Flauius Iordanus Rector Eccleſiæ Balo, & poſtea Canonicus Montagnanæ. D. Laurentius Badoerus Peragæ Rector, & Marinus Marini, & Michaelangelus Grillus S. Ioãnis de Foroliuienſibus.

Sed quod magis eſt Romæ, hoc ipſo quo iſta ſcribimus anno M D C X L *D. Angelus Borionus Romanus ſacellum impetrauit.*

M D LXXII. *Vigeſima prima Aprilis Congregationis vniuerſæ molem ſuſtinuit Simeon Cauamellus Bergomenſis, electis Viſitatoribus Nicolao Righetto, & Michaele*

an-

angelo Vicentino, quorum ſolertia res noſtræ à veſanis hominibus variè turbatæ nouo Sereniſſimi Senatus Veneti mandato in tutum redactæ, cuius memoriam etſi typis ad poſteritatem tranſmittere optimo conſilio ſtatuerint Maiores noſtri, non tamen præter rem egiſſe videbor, ſi eius formulam hic inſeram.

Sereniſs. Veneti Ducis Reſcriptum pro rerum noſtrarum tutela.

ALOYSIVS MOCENIGO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuerſis, & ſingulis de ſuo mandato Poteſtatibus, Capitaneis, Vicarijs, & Iuſdicentibus alijs quibuſcunque repræſentantibus Illuſtriſſimum Dominium noſtrum, & eorum ſucceſſoribus fidelibus dilectis ſalutem & dilectionis affectum. Significamus vobis quod die* XXVII *inſtantis in Conſilio noſtro X L. Crim. deputato ex introductione V. N. Ioannis Gritti Aduoc. Communis noſtri, poſita, & capta fuit pars tenoris infraſcripti, videl. Cum mens, & intentio Illuſtriſſimi Dominij noſtri ſit vt vnuſquiſque vti, & gaudere pacificè, & quietè poſſit, quod ſuum eſt. Idque omnino Iuris medijs prouidere, & malefactores debitis pœnis punire; Ideo ex modeſto grauamine Reuerendorum Priorum, & Procuratorum Congregationis S. Georgij in Alga facto Aduocatoribus Communis expoſitum fuerit ipſam Congregationem habere, & poſſidere multa loca ſub ditione Illuſtriſſimi Dominij in diuerſis Caſtris, & villis ſub diuerſis Poteſtarijs, in quibus per diuerſos fures, & incognitos malefactores multa damna die noctuque inferuntur, vtpote furando blada, vuas,*

& alios fructus, incidendo, deglubendo, euellendo, & aſportando arbores, vites, fructuarios, & ligna in eorum buſchis, & nemoribus, terris, & pratis, paſcalando, ſecando, dictaque loca calpeſtando, trotios, ſeu ſemitas, & viacula tam pedeſter, quam equeſter faciendo, ac etiam cum plauſtris, foſſata atterrando, ſpinatas, aggeres, & muros ſcalando, & frangendo: Eorumque colonos, famulos, & operarios omnibus armis, & catapultis, ſeu ſcloppis diuerſimodè percutiendo, & moleſtando, in eorum piſcherijs piſcando, fontes, & aquæductus, ciauegas, & bouas frangendo, & aquas diuertendo, columbos interficiendo, ipſosque varijs modis turbando, & inquietando: Conueniensque ſit omnibus his opportuno remedio prouidere. Auctoritate huius Conſilij ſcribantur literæ patentes omnibus Poteſtatibus, Capitaneis, ac alijs Iuſdicentibus repræſentantibus Illuſtriſſimum Dominium, tam præſentibus, quam etiam eorum ſucceſſoribus: Quod ad inſtantiam Reuerendorum ſupradictorum Priorum, & Procuratorum, vel agentium Congregationis ſupradictæ vbi & quando requiſiti fuerint publicè proclamari faciant: quod nemo ſub aliquo colore, forma, ingenio, vel quouis nomine, & titulo audeat, vel præſumat inferre, ſeu inferri facere aliquod ex ſupradictis damnis, vel alterius generis cuiuſcunque in poſſeſſionibus, terris, domibus, aquis, fontibus, aquæductibus, curtiuis, hortis, viridarijs, pratis, brayis, ſpinatis, muris, aggeribus, foſſatis, chiauegis, molendinis,

dinis, & bouis pratorum, locis, buſchis, & nemoribus, & rebus ſupradictorum exponentium, & petentium, quibuſcunque, & quomodocunque dici, & nominari potuerint, nec eorum agentes, famulos, colonos, & operarios moleſtare verbis, aut factis, nec per ſe, nec per aliam aliquam perſonam, ſub pœna vltra alias pœnas omnes ordinarias, & refactionem omnium damnorum ſquaſſium trium funis, ac ſeruiendi in triremibus condemnatorum pro remigis in compedibus per annos quinque continuos. Qui verò fontes, & aquæductus eorum ruperint, fregerint, & aliquo modo moleſtauerint, & pariter mandantes, & muros quoſcunque ſcalauerint, & fregerint puniantur in duplum. Et ſi eſſent pueri, vel feminæ fuſtigentur per loca communia vbi damnum dederint, & deinde ſtandi in carceribus per annos duos, ex quibus exire non poſſint niſi prius ſolutis damnis. Et qui accuſauerit malefactores, ſic quod veritas habeatur, conſequatur libras centum paruorum, & teneatur ſecretus; Et ſi per dictam eius accuſam malefactores venerint in vires Iuſtitiæ, conſequatur libras ducentas paruorum, & teneatur ſecretus, ſi vnus eorum culpabilis accuſauerit alios, ſic quod veritas habeatur, conſequatur libras centum, & teneatur ſecretus, & ſit abſolutus ab omni pœna, in quam ob id incurrere mereretur, & ſi per dictam eius accuſam malefactores venerint in vires Iuſtitiæ conſequatur libras ducentas, & teneatur ſecretus, & ſit ab omnibus abſolutus vt ſupra. Quæ omnes ſupra-

dicta taleæ primo ſoluantur de bonis delinquentium ſi haberi poterunt, ſin autem ex pecunijs exponentium & ſupplicantium. Quocirca cum præfato noſtro Conſilio vobis mandamus, vt partem ſupradictam, & omnia, & ſingula in ea contenta obſeruare, exequi, adimplere, & obſeruari, & executioni debitæ mandari facere debeatis publicando, ac in omnibus, & per omnia prout in ſupradicta parte legitur, & continetur. Has autem regiſtratas in Cancellarijs veſtris ad futurorum memoriam præſentanti reſtituite.

Datum in noſtro Ducali Palatio Die xxviii. Ianuarij Indictione prima MDLXXII.

Hoc tempore Congregationis Protector eligitur Cardinalis Flavivs Vrsinvs.

MDLXXII Pio v. *Pont. Max. iam Calendis Maij ad ſuperos tranſlato Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Sedi* Gregorivs xiii *die* xiii *Maij ſufficitur, cui vnica erat cura, Principum Chriſtianorum gloriam augere, & Catholicam veritatem conſeruare, ac illuſtrare. Is cum moribus eſſet mitiſſimis, Patres noſtri ſupplices profeſſionem coactam exponunt. Quibus ne deeſſet, binos Cardinales Vercellenſem, & Maphæum rei cognitioni præfuit, qui commiſſam ſibi à Sum. Pont. auctoritatem Patribus hiſce verbis notificant.*

Profeſſionum votorum ad cenſuram reuocata.

Nos Gvido Ferrivs, & Marcvs Antonivs Maphaevs *Presbyteri Cardinales nuncupati ad cauſam infraſcriptam extra iudicialiter audiendam delegati in vim ſpecialis commiſſio-*

ſionis manu Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ deputati, Vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas viſuris, lecturis pariter, & audituris in Dominio Venetorum, & alias vbilibet conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis, quod nuper Sanctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter D. GREGORIVS *diuina prouidentia Papa XIII quamdam commiſſionis cedulam manu ſuæ Sanctitatis ſignatã, nobis præſentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia, & honore recepimus, huiuſmodi ſub tenore videlicet. Beatiſſime Pater quamuis Congregatio Canonicorum ſecularium S. Georgij in Alga Venetiarum tempore fel. record. Bonifacij Papæ IX erecta, & inſtituta, & tam ab ipſo Bonifacio, quam diuerſis alijs Romanis Pontificibus ſuis ſucceſſoribus comprobata, & ab eorum tempore, vſque ad tempus piæ memoriæ Pij Papæ V. etiam prædeceſſoris Veſtri, Priores, & Canonici ipſius Congregationis in illius domibus, ſeu Monaſterijs miſſas, & alia diuina officia in eorum Eccleſijs cum Chriſtifidelium ibidem intereſſentium maxima ſpirituali conſolatione celebrando, iuxta eiuſdem Congregationis laudabilia inſtituta vixerint & nunquam in aliquo ab eorum inſtitutis huiuſmodi deuiauerint, vt eorum ſtatus immutari, vel alterari debuiſſet, tamen ipſe Pius Papa vtilius futurum credens per quaſdam ſuas ſub plumbo expeditas literas ad eoſdem Priores, & Canonicos ad regularem profeßionem trium votorum ſubſtantialium*

vnius

vnius ex regulis approbatis, quam elegiſſent, infra viginti quatuor horarum ſpatium, ſub certis grauiſſimis pœnis emitten. teneri voluit, ſeu ſtatuit, & ordinauit prout in ipſis literis, quarum tenorem ſic S. V. pro expreſſe habere placeat, plenius continetur. Vnde Priores, & Canonici prædicti, vel aliquis ex eis, timore incurſus dictarum pœnarum, non autem animo, & intentione profitendi, ſed ſolum iuxta eorum antiqua inſtituta viuendi, & in dicta Congregatione perſeuerandi, præuia proteſtatione, profeſſionem emiſerunt, & ab eo tempore vſque ad felicem S. V. ad Apoſtolatus apicem aſſumptionem animo reclamandi, & de nullitate, & inualiditate omnium præmiſſorum, ac iniuſtitiam dicen. ſteterunt, & poſt ipſam aſſumptionem capta opportunitate deuotus Orator veſter Generalis ipſius Congregationis Prior, cum Priore S. Saluatoris in Lauro de Vrbe, Viſitatoribus, et nonnullis ex eiuſdem Congregationis Canonicis omnium Canonicorum nomine, ad S. V. recurſum habuerunt, et præmiſſa cum ea, qua decet humilitate, et reuerentia expoſuerunt, et licet S. V. quæ vnicuique Iuſtitiam miniſtrare parata extitit ipſis auditis negotium, vel cauſam huiuſmodi deuotis creaturis veſtris, Guidoni Vercell. et MarcoAntonio Maphæo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteris Cardinalibus ſuæ viuæ vocis oraculo ad Sanctitatem ſuam deferendum commiſerit. Ita cum de commiſſione huiuſmodi aliter non conſtet, ſeu appareat, ne de viribus

Iu-

Iuriſdictionis ipſorum Cardinalium vllo tempore dubitari contingat, ſupplicat humiliter S.V. dictus Prior Generalis ſuo, & dictæ Congregationis nomine, quatenus ſibi, & ipſi Congregationi de opportuno Iuſtitiæ remedio prouidere eiſdem Cardinalibus vt cauſam, ſeu negotium huiuſmodi dicto Priore Generali audito extraiudicialiter, & eorum iuribus diligenter viſis & inſpectis, ac maturè conſideratis audiant, & S.V. vt ſua ſolita benignitate, quod Canonicum decernere, ac exequi facere poſſit, referant, tela iudiciaria, ſeu iuris ordine in procedendo non ſeruato, proceden. ceteraque omnia alia, & ſingula, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint facien. et exequendi, alijsq. facultatibus neceſſarijs, & opportunis committere, & mandare dignemini, præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque in contrarium facien. quomodolibet non obſtan. quibuſcunque. Quæ quidem commiſſio in eius fine ſic erat ſignata videlicet de mandato Domini noſtri Papæ audiant prædicti Reuerendiſſimi D. Cardinales, citent, procedant, referant, vt petitur, Placet V. Poſt cuius quidem commiſſionis præſentationem, fuimus pro parte ſupradicti Prioris Generalis ſupradictæ Congregationis principalis in præinſerta commiſſione nominati debita cum inſtantia requiſiti. Quibus vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis præinſertam nobis factam, & præſentatam commiſſionem, ac omnia, & ſingula in ea contentam intimare, inſinuare, & notificare digna-

gna-

gnaremur. Nos igitur GVIDO FERRIVS, *&* MARCVS ANTONIVS MAPHAEVS *Cardinales delegati prædicti attendentes, requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & ratam, conſonam, & quod iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, auctoritate Apoſtolica, & qua fungimur in hac parte vobis, & ſingulis ſupradictis præinſertam commiſſionem, ac omnia, & ſingula in ea contenta intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes noſtras fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillorumque, quorum vtimur, appenſione muniri.*

Datum Romæ in Palatijs noſtris habitationum noſtrarum ſub anno à Natiuitate Domini M D L X X I I I. Indictione prima, die vero XII Martij. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Gregorij XIII. anno primo.

M D LXXIII *Non obſcura iam effulſerat recuperandæ libertatis ſpes, cum ſexto Aprilis delectus Antiſtes D. Michael Angelus Liſiera, Viſitatores D. Simeon Bergomenſis, & D. Damianus Brixienſis, qui D. Matthæum de Seledo Procuratorem pro dirimenda iam emiſſa Profeſſione decernunt. Verùm cum longius extraheretur negotium, noſtrique ſegnius id premerent, nihil hic innouatum fuit. Imo Procuratoris ignauia, vel, vt alij putant, Generalis ambitu, cum iam mi-*

tius

tius videretur temporis diuturnitate onus illud aſperum, & maioribus noſtris inuiſum, torpentibus ingenijs Anno MDLXXXI *ſerio Pontificis mandato denuò profeßio precipitur.*

Profeſſio trium votorum iterata.

Duodecima Februarij Pontifex conſuetam Generalis eligendi rationem abrogat, ſtrictè hiſce literis præcipiens, vt à Comitijs Pater aliquis eligeretur, qui cum Scrutatoribus electioni Generalis aſſiſteret.

M D LXXIV.

Gregorii XIII Diploma de electione Præſidis.

GREGORIVS PAPA XIII. *Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nemini mirum eſſe debet ſi ſecundum temporum varietatem, ſtatuta quoque varientur humana: Cum itaque veſtris Conſtitutionibus caueatur, & hactenus obſeruatum fuerit, vt in electione noui Rectoris Generalis, is qui immediatè Generalis officio functus erat, vna cum duobus Scrutatoribus à Capitulo electis ſcrutinio intereſſent. Experientia compertum eſt illius præſentiam libere noui Generalis electioni valde damnoſam eſſe. Quare vt electio ipſa ea qua decet libertate celebrari poſſit, Nobis viſum eſt expedire vt ea forma ſublata alia vtilior ſubrogetur, quam in futuris noui Rectoris Generalis electionibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna volumus obſeruari: Motu igitur proprio ſtatuimus, & præcipimus, vt poſthac perpetuis futuris temporibus Rector Generalis, pro tempore veſtræ Congregationis nunquam impoſterum in electione Rectoris Generalis eius in dicto officio ſucceſſoris celebranda, Scrutatori-*

Cccc *bus,*

bus, vel ſcrutinio aſſiſtat, ſed alius per Capitulum Generale Congregationis prædictæ eligi debeat, qui cum duobus Scrutatoribus à Capitulo prædicto electis pro electione noui Rectoris conueniat; eosque ſic electos, & eorum quemlibet in Capitulo vocem paſſiuam ad aliquod officium non habere decernimus. Cumque electio ceſſet, dum libertas amittitur eligendi, inhibemus ne vnquam impoſterum Rector Generalis, Viſitatores, Priores, & alij quicunque ſuperiores per ſe, vel etiam interpoſitam perſonam directè, vel indirectè, aut quocunque quæſito colore, vel ingenio vota Canonicorum quærere, ſciſcitari, conſulere, hortari, vel rogare, vel ſententiam ſuam alteri dicere pro electionibus Rectoris Generalis, Priorum, aut cuiuſcunque alterius officialis, aut ſocij ad Capitulum Generale traſmittendi in fauorem alicuius particularis perſonæ ſub priuationis officiorum, quæ tunc temporis eos obtinere contigerit, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque impoſterum obtinenda, ac iuris eligendi per ſeptennium eo ipſo incurrenda pœna quoquomodo audeant, vel præſumant. Circa quæ Correctoribus eiuſdem Congregationis infra annum, ſeu alijs per Capitulum Generale eligendis, inquirendi, procedendi, & definiendi facultatem impartimur; Iniungentes eiſdem, qui ſuper præmiſſis electionibus requiſiti, conſulti, ſeu alias vt ſupra de prædictis rogati fuerint; Vt correctores eoſdem per ſe, vel per literas ſub eiſdem pœnis, quamprimum de prædictis requiſitionibus, hor-

tatio-

tationibus, & alijs vt ſupra certiores faciant ac eiſdem denuncient. Alij etiam Canonici à conuentionibus, pactis, promiſſionibus, muneribus, & alijs illicitis prout in alijs Conſtitutionibus dictæ Congregationis ſub eiſdem pœnis abſtineant, ſed ea quæ decet animi puritate omni priuata affectione, & inordinata paſſione depoſita, publicam tractent vtilitatem & quærant. Ad hæc cum res Eccleſiæ prudenter & fideliter ſint tractandæ quod pecuniæ redditusq. omnes ſingulorum dictæ Congregationis Monaſteriorum in loco per Capitulum deputando ſub cura, & cuſtodia Prioris, Procuratoris, & alterius perſonæ ad id per dictum Capitulum Monaſterij, cuius res & bona fuerunt deputandi conſeruentur, quorum ſinguli clauem vnam habeant, & librum, in quo fideliter omnia deſcribantur, quodque ad id electi abſque legitima cauſa recuſare non poſſint, alioquin qui ſic electi nulla legitima ſubſiſtente ratione recuſare præſumpſerint, condignis pœnis arbitrio Correctorum prædictorum affici valeant perpetuo ſtatuimus & ordinamus. Decernentes Congregationem prædictam, ac Vniuerſos & ſingulos dictæ Congregationis Canonicos ad præmiſſa inuiolabiliter obſeruandum poſt præſentium publicationem teneri & obligatos eſſe, & à die publicationis faciendæ in Monaſterijs dictæ Congregationis ſic arctari, ac ſi perſonaliter ſingulis præſentes literæ intimatæ eſſent, mandantes propterea moderno Rectori Generali, & Viſitatoribus ſub pœna priuationis officiorum, & in-

habilitatis ad illa, ut præſentes literas noſtras quam primum in dictis Monaſterijs publicari faciant, & cum effectu curent, ſicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam de latere Legatos quauis auctoritate, & poteſtate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri debere: necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, & Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſuis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis dictæ Congregationis Canonicis illiusque ſuperioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis ac alias in contrarium quomodolibet etiam pari motu ac ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſis, approbatis, & confirmatis: Quibus omnibus quatenus prædictis aduerſantur, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expreſſio præſentibus habenda foret, etiam ſi talia ſint, quæ ſub generali clauſula implicitæ derogationis non comprehendantur, ſed ſpecialibus indigeant expreſſionibus harum ſerie ſpecia-

cialiter & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcunque nequaquam obſtantibus.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die XII. Februarij MDLXXIV. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Cæſar Glorierius.

Liſieræ ſufficitur D. Fidentius Squarra Patauinus honeſtis natalibus & moribus vir, qui extrema cupiditate hanc dignitatem ambierat, qua nec frui poterat. Nam infirmitate correptus Arimini, dum Romam contendit, Venetias adductus in cœnobio Diuæ Mariæ ab Horto vitam clauſit. Viſitatores D. Eleutherius de Delo, & D. Michael Angelus Liſiera, qui auctoritate Protectoris electionem ad Comitia pertrahunt.

Hoc anno auctoritate Cardinalis Flauij Vrſini Protectoris Conſtitutiones Etruſco idiomate vulgantur. Horum fratrum auſpicijs D. Fidentij Squarræ Generalis, D. Eleutherij, & Michaelis Angeli Viſitatorum, D. Simeonis Cauiamali Rectoris S. Mariæ in Vantio, D. Benedicti Pontoni Rectoris S. Georgij Braidæ, & D. Nicolai Righetti Veronenſis.

Defuncti igitur locum tenens D. Eleutherius Viſitator Primus proximis Comitijs decimaoctaua Aprilis ſupremam dignitatem obtinuit, iunctis Viſitatoribus Benedicto Pontono, et Fortunato Vicentino. Cum autem clandeſtina quadam & occulta machinatione memoriale exhiberetur Sanctiſſimo Domino Grego- MDLXXV

rio

rio XIII contra eos qui electiones per dolum inſtituerent, Nuncius Venetus Comitijs noſtris adeſſe iubetur: Literis verò Protectoris ſeriùs traditis, iam Rector Generalis electus erat: ideoque nec alijs conſeſſibus interuenire voluit Nuncius. Patres autem ſupplices petunt, in ea quæ hactenus acta ſedulo inquirat, itaque vigeſima ſecunda Aprilis cum recognouiſſet omnia ritè fuiſſe peracta contentus diſceſſit, omniumq; Pontifici rationem reddidit. Calumnia verò in noſtrum honorem ceſſit. Hoc anno Lombardia peſtilentia affligi cæpit.

MD LXXVI. Legatus Apoſtolicus Comitijs interesse iubetur. Nuncius Venetus, acceptis à Cardinali Protectore literis, Comitÿs tertia Maÿ præfuit. Generalis D. Benedictus Pontonus Veronenſis eligitur. Viſitatores D. Eleutherius Rainaldus, & D. Michael Angelus Liſiera. Hoc anno peſtilens lues maximè inualuit, quæ ſuperiori anno Venetÿs, & in ceteris Dominÿ Veneti ciuitatibus ſerpebat ingenti mortalium clade.

Peſtilentiæ ſæuitia. Feruente æſtate maiorem in dies ſtragem edidit, vt deformatis breui Vrbibus nihil præter gemitus morientium, ac ſuperſtitum calamitates audiretur. Itaque vÿs vndique per Italiam clauſis biennium Generali munus continuatum fuit. Senatus Venetus ſolemni voto cùm flagellum hoc mitigaſſet, dum grauiſſimè ſæuiret, diuina ope malum menſe Augusti ceſſauit.

Redēptori Venetijs ædes dicata. REDEMPTORI ÆDES magnificè erecta Patrib. Capucinis conceſſa fuit. Beneficÿ memoriam Princeps cum vniuerſo populo quotānis ſolemni pompa proſequitur.

In-

Interceptis adhuc itineribus Antiſtes cum Viſitatoribus de inſtituendis Comitijs cùm deliberaret viſum fuit Protectorem conſulendum eſſe. Is re cum Pontifice communicata reſpondit. Menſe Septembri, ſi commodè fieri poſſet, ea eſſe celebranda. Verum obſtantibus adhuc viarum difficultatibus, paucorum, qui viciniores erant, congreſſus cum nouem Patribus ſecunda Maij negotijs maximè neceſſarijs prouidit. M D LXXVII.

Sopito peſtilentiæ incendio Maximinus Lazari ex municipio Patauino Conſilua oriundus, Iurisprudentiæ peritus, & rebus agendis ſummopere aptus Generalis eligitur, Viſitatores D. Benedictus Pontonus, & D. Fortunatus Vicentinus. M D LXXVIII.

Quarta menſis Maij conuocatis Comitijs in Diui Georgij cænobio Rector nominatur D. Michael Angelus Liſiera Vicentinus, Viſitatores D. Maximinus Patauinus, & D. Angelus Lippomanus. Hoc anno XII *Iulij Summus Pontifex noſtris quæ circa electionem ſeruanda præſcribit.* M D LXXIX.

GREGORIVS PAPA XIII. *Alias, ſicut accepimus, fel. m. Pius V. prædeceſſor noſter per ſuas in forma breuis literas ſub dat. videlicet quarto Cal. Februarij Pontif. ſui anno primo mandauerat, & ordinauerat, quod cum Canonici Seculares Congregationis Sancti Georgij in Alga Venetiarum, in eorum Capitulis, tam generalibus, quam particularibus celebrandis ſuper electione Prioris Generalis, aliorumque officialium præſentes eſſe, & perſonaliter intereſſe non* Gregorij XIII. diploma de Rectorum electionibus.

poſ-

poſſent: vota abſentium ſecreto reciperentur: & quod ipſa vota licet in primo ſcrutinio capitulari electio de qua ageretur non perficeretur, nihil omnium in alijs omnibus ſequentibus ſcrutinijs, prout in primo, & vſque ad perfectam electionem firma, & valida permanerent, ac eandem vim, & robur, prout in primo haberent. Idem Pius prædeceſſor ipſis ſuis literis, per alias ſuas ſub dat. IX Cal. Ianuarij eiuſdem Pontificatus anno quinto certis de cauſis tunc expreſſis derogando, ſeu eas tollendo, modum, & formam eligendi ſuperiores antiquitus, & vſque a principio ipſius Congregationis vſu receptam de nouo reualidauit, atque approbauit prout in dictis literis plenius continetur. Et deinde (ſicut & accepimus) in quodam Capitulo generali eiuſdem Congregationis ſtatutum, ſeu ordinatum, aut conſtitutum fuit, vt tam in eligendo Priores, quam numerum Patrum, quos vocant vndecim, tres tantum ex qualibet Ciuitate, vel Patria, necnon in creando alio numero nouem, & quinque Patrum: qui totum Congregationis corpus repræſentantes de omnibus grauioribus negotijs decernunt, non niſi duo ex qualibet ſimiliter Ciuitate, vel Patria, & non vltra eligi poſſent, prout in ipſo ſtatuto, ſeu ſtatutis etiam continetur. Nos maturius conſiderantes rationem recipiendi vota abſentium, quæ terræ firmæ vota dicuntur, iuxta antiquarum eiuſdem Congregationis conſtitutionum formam non eſſe reuera ex Concilij Tridentini mente, at diſpoſitione ſecretam,

atque

atq; idcirco liberæ eligentium voluntati ſcrupulũ immiſcere: cupientes libertati, & ſalubri dictæ Congregationis regimini prouidere: ac ne in eiuſmodi Capitulis, & electionibus, tam generalibus, quàm particularibus per prædictos Canonicos celebrãdis aliqua fraus, aut vis adhibeatur: ſed illa liberè, & canonicè celebrentur: ac vt honores, & officia non pro Patriæ diuerſitate, ſed pro meritis, & virtutibus perſonarum dictæ Congregationis demandentur: ac Sacri Concilij Tridentini decretis deſuper inhærere volentes, dictarumque eiuſdem Pij prædeceſſoris litterarum, necnon prædicti ſtatuti, ſeu ſtatutorum, ordinationum, vel conſtitutionum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad Canonicorum dictæ Congregationis, vel alicuius eorum, aut alterius, pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam: ſed ex mera voluntate, & certa ſcientia, noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, in Capitulis generalibus, vota Canonicorum ipſius Congregationis abſentium terræ firmæ nùncupata, ſecretè recipiantur, ipſaque vota ſic recipienda, non ſolum in primo; verum in omnibus alijs ſequentibus ſcrutinijs, & vſque ad perfectionem Capituli, & electionis Rectoris generalis faciendæ eandem vim, & robur habeant, & firma, & valida permaneant, prout in primo ſcrutinio habere ſolent. Prohibentes propterea, ne de cetero prædicta abſentium, ſeu terræ

Dddd *fir-*

firmæ vota vllatenus reijciantur, aut comburantur, antequam dicta Rectoris generalis electio abſoluta non ſit, ita vt ſi durante eodemmet Capitulo generali electio Rectoris generalis per obitum, vel ceßionem nuper electi, aut alias iteranda, vel pluries habenda eſſet, abſentium vota ſemper attendantur, ac vti valida & efficacia cum præſentium Capitulo ſuffragijs connumerentur: & ex his omnibus ſimul iunctis, & computatis, ſi quis ex electis medietatem excesſerit, is in primo ſtatim ſcrutinio Rector Generalis creatus publicetur: ſi verò nullus medietatem excedat, tunc ſecundo, & tertio ſcrutinio, à Capitularibus iterato, connumeratis ſemper, & in omni ſcrutinio computatis abſentium votis, qui plures habuerit voces, is Rector Generalis electus, & declaratus eſſe cenſeatur. Quod ſi aliquando contingat, vt omnium vota in pares diuidantur partes, qui in congregatione antiquior canonicus fuerit, omnium conſenſu Rector Generalis deſignatus eſſe intelligatur. vt autem vota prædicta ſecretò porrigantur, hanc tenendam eſſe præcipimus, & mandamus rationem, vt quicumq; votum electiuum habentium Capitulo Generali, vel particulari perſonaliter intererint: hi per ſuffragia, & Fabas, vt vocant, in pixides iactas ſua cuiuſque non aliena manu, alioqui nulla ſint, immittendas ſua vota declarent. Qui vero abſentes fuerint ſinguli, in ſingulis ſchedulis, vel chartulis, nomen eligendorum in ſumma chartula; ſuum vero nomen, in ima chartula deſcribant; quæ

char-

chartulæ ab ima parte complicatæ ita obſignentur, & occludantur, vt eligentium nomina à nemine prorſus, eligendorum vero nomina à ſcrutatoribus iuxta antiquarum conſtitutionum eiuſdem Congregationis formam deputandis, legi, notari, & numerari poſſint: hanc quoque formam etiam in capitulis conuentualibus, in quibus aliæ electiones ſunt faciendæ, omnino obſeruari mandamus. ſtatutum vero, ſeu ſtatuta, ordinationes, vel conſtitutiones ſuper noua forma electionis Priorum, & Patrum Vndecim, Nouem, & Quinque prædictorum, vt præfertur editum, vel editas in totum tollimus, & abrogamus: ac electiones huiuſmodi iuxta veterem, ſeu priorem conſuetudinem dictæ Congregationis de cetero fieri volumus, & mandamus. Decernentes præſentes noſtras litteras nullo vnquam tempore quouis quæſito colore, vel ingenio de ſubreptionis, obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari poſſe; ſed illas ſemper validas, & efficaces fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari: ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices, & commiſſarios quauis autoritate fungentes, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vel autoritate, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane: ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter

contigerit attentari, & nihilominus venerabili fratri Patriarchæ Venetiarum, ac dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Dominio Venetorum Nuntio nunc & pro tempore exiſtenti per præſentes motu ſimili committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel eorum alter per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, quando, et quoties opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum canonicorum, vel aliquorum ex ijs fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra ea omnia inuiolabiliter obſeruari: contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per priuationes omnium officiorum, ac uocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad illa in perpetuum, aliasque ſententias, cenſuras, & pœnas per eos, vel alterius eorum arbitrio imponendo: necnon omnia iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibusvis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, & eiuſdem congregationis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem congregationi, aut illius ſuperioribus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in contrarium conceſſis, & confirmatis: Quibus omnibus ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ceterisque contrarijs quibuſcumque.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Iulij MDLXXIX. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Cæſar Glorierius.

Hoc anno Decembris vltimo petentibus Patribus, vt mulieres in primum S. Georgij in Alga clauſtrum admitterentur, ex mente Pontificis Cardinalis Boncompagnus reſpondit.

Admodum Reuerendo in Chriſto Patri Generali Congregationis in Alga Venetiarum.

Quæ hoc in libello Paternitatis tuæ nomine expoſita ſunt, de quibuſdam mulieribus intra prima clauſtra Monaſterij S. Georgij in Alga nonnunquam propter neceſſitatem admittendis, Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilij interpretum audiuit, & ad S. D. N. retulit, qui reſpondit, quod ad aduenas in caſu neceſſitatis attinet, itemque tempore quo eleemoſynæ diſtribuuntur, permittendum, vt mulieres intra prima clauſtra Monaſterij ingredi poſſint; ita autem prohibendum mulieribus lauatricibus, & colonis. Sic igitur Paternitas tua obſeruandum curabit, & valebit in Domino. Mulieres in cœnobiũ s. Georgij in Alga admittẽdæ

Romæ die vltimo Decembris MDLXXIX.

Die XVII Aprilis indictis Comitijs, Illuſtriſs. Albergeto Bologneto Epiſcopo Nuncio Apoſtolico aſſiſtente, Patres in ſucceſſorem Antiſtitis eligunt D. Angelum Lippomanum, Viſitatores D. Benedictum Pontonum, & D. Ioannem Bonaſinum. Re- MDLXXX.

ctor

ctor Generalis ſenectute confectus vitam clauſit die nempè tertia Auguſti: itemque decima eiuſdem ad ſuperos è mortalibus eripitur D. Benedictus Pontonus Viſitator. Hinc tertia Septembris ad D. Georgium conuocatis Rectoribus cum ſocijs ex Decreto Pontificis Ambroſius Sandrinellus, & Ioannes Bonaſinus ad officium Vicarij Generalis proponuntur. Patres Bonaſinum in Vicarium eligunt: Exorta hic fuit dubitatio an ius eligendi Viſitatorem penes Comitia eſſet. Iuriſperitos vnanimes petunt Deſiderium Borgorutium Illuſtriſſimi Nuncij Auditorem, & Deſiderium Guidum, qui dum inter ſe diuerſi eſſent, Aſcanium Thomaſinum Vicarium Generalem Patriarchæ Venetijs conſulunt Patres, cuius ſententiam quæſito aduerſantem vt veriorem amplexati, diſſolutis Comitijs, Patres Definitores cum ſocijs S. Georgij in Alga ſexto Septembris D. Michaelem Angelum Liſteram Viſitatorem decernunt.

Aſcanius Thomaſinus.

Viſitator non à Comitiorum cõſeſſu, ſed à Definitoribus eligitur.

M D LXXXI.

Quarto Idus Aprilis Bonaſinum Vicarium Generalem prouidæ adminiſtrationis merita ad Generalis titulum promouerunt. Viſitatores nominati D. Simeon, & D. Fabianus Moſcaglia. Hoc tempore habitus noſtri formam laxiorem variéque criſpatam, in arctiorem, & planiorem impendij, & elegantiæ compendio reducere placuit.

Habitus Canonicorum mutatus.

M D LXXXII.

Fabiani Moſcagliæ virtus.

Aprilis trigeſima Fabianus Moſcaglia Vicentinus Generalis adſciſcitur. Poeſeos, & Mathematicarum diſciplinarum ſtudijs deditus, non minora pruden-

dentiæ ciuilis, & œconomiæ documenta toto curſu dedit. Vir ſic in publica commoda natus, vt etiam ſenectute confectus Anno MDCXII *mihi prima Mathematum rudimenta inſtillârit. Bibliothecam in S. Firmi cœnobio extruxit, aliaque cœnobij patriæ ornamenta addidit. Viſitatores electi fuerunt Maximinus Patauinus, & Ioannes Bonaſinus.*

Die vigeſimaoctaua Aprilis Moſcagliæ ſucceſſit D. Maximinus Lazari, cuius ſolertia res noſtræ floruerunt: Viſitatoribus D. Hieremia Andriano, & D. Fabiano Moſcaglia. MD LXXXIII.

Sextadecima Aprilis conuocatis de more Comitijs in D. Georgij cœnobio Antiſtiti Proculus Vercellenſis ſuffectus eſt. Viſitatores Ioan. Bonaſinus, & M. Antonius Pozzonouo Patauinus. Circa hæc tempora ſocietas noſtra ſummopere lætabatur inſigni tutela Cardinalis ALOYSII ESTENSIS *in noſtros beneficentiſſimi.* MD LXXXIV.

Aloyſius Eſtenſis Card. Canonicorũ Protector laudabilis

Cum decima Aprilis GREGORIVS *XIII. Pontifex Maximus è vita migraſſet, Cardinalis Protectoris conſilio Comitia ad diem* V. *Iulij producuntur. In Pontificem electus* SIXTVS V. *Cal. Maij Pontificatus inſignia accepit. Ioan. Bonaſinus Generalis eligitur, Viſitatores Benedictus Pontonus, & Fortunatus Vicentinus, qui aduerſus Siluium Maiolum, Bonifacium Fremoldium, & Lucretium Patauinos libertatis aſſertores, & de rebus noſtris Patres benemeritos inſurgens, penitus omnium tran-* MD LXXXV.

quil-

quillitatem turbauit, impetrato clandeſtinis conſilijs Summi Pontificis decreto, quo Patres noſtros ſeueriùs videbantur, vt intra XXIV *horas quilibet ſub grauiſſima pœna quicquid haberet æris, aut ſupellectilis, Priori ſuo conſignaret. Quod decretum menſe Martio anni ſequentis vno die in omnibus cœnobijs promulgatum fuit, non ſine inſigni multorum in Rectores obtrectatione, & renitentia. Nec immerito. Congeſta namque, & in publicos Congregationis vſus ſepoſita pecunia ſiniſtro euentu variè diſtracta incertis malæ fidei auctoribus euanuit.*

Priuata Canonicorum pecunia in publicum Societatis vſum extorta.

Sixti V. Sum. Pont. diploma contra proprietarios.

SIXTVS V. *Ad futuram rei memoriam. Pro paſtorali officio nobis diuinitus commiſſo, præcipua ſemper ſollicitudine intendimus, vt Religioſi, & clauſtrales viri, qui tanquam ſcintillæ fulgere, & in arundineto huius ſeculi diſcurrere debent, non tantum iuxta præſcriptam regulam, & diſciplinæ obſeruantiam, cum omni caſtitate, paupertate, & obedientia, ſobriè, iuſtè, & piè Creatori noſtro famulentur: ſed ita, vt luceat lux eorum coram hominibus, vt alij in bonis ipſorum operibus, Patrem noſtrum, qui in Cælis eſt, glorificare poſſint, ſane cum ſicut nobis innotuit inter plures Canonicos, ſeu Fratres Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, Ordinis S. Auguſtini contra expreſſum paupertatis votum, quod Deo in emiſſione profeſſionis diſcretis verbis, præſtiterunt, deteſtandus abuſus irrepſerit habendi proprium, & retinendæ proprietatis plurium etiam male acquiſito-*

rum

rum bonorum, & pecuniarum. Nos huic tanto malo quanto citius occurrere cupientes, extirpari omnino abuſum huiuſmodi volumus, vt ita & honori, & dictorum Fratrum animarum ſaluti conſulatur: ac ſimul etiam prouideatur pluribus neceſſitatibus, præſertim vero diſſolutioni æris alieni, quo ipſa Congregatio vniuerſa grauata eſt, non tam iniuria temporum, quam culpa eorum, qui dum diuerſa munera obierunt, proprium lucrum publicæ vtilitati anteponentes, aut ſibi vſurparunt, quæ communia erant, aut etiam neglexerunt. Itaque tradita nobis Apoſtolica poteſtate, vniuerſos, & ſingulos eiuſdem Congregationis Fratres, ſeu Canonicos, ac Priores, etiam Generales priuato, & à proprio rerum bonorumque omnium mobilium, & ſe mouentium dominio, vſu, vſufructu, poſſeſſione, proprietate, ac etiam pecunijs, & quocunque peculio quomodolibet acquiſitis, vel obuentis perpetuo priuamus, dictaque poſſeſſione amouemus, ac priuatos, & amotos nunciamus, eademque ſupradicta in cuiuſque domus, cuius Canonici, ſeu Fratres illa hactenus detinuerint, in communes vſus conuertenda concedimus, iuraque, actiones, ac facultates exigendi quaſcumque pecunias, necnon cenſus, redditus, aut penſiones annuas, tam quoad fructus ipſos, & cenſus annuatim prouenientes, quàm quoad ſortem ipſam principalem, ſeu capitalem, ac denique nomina debitorum, ſeu certos redditus domorum ſingularum, quæ taxæ appellantur, cuilibet Canonico, vel

Fratri priuatim competentia quouis prætextu, colore, vel titulo, etiã oneroſo, aut ratione ſumptuũ factorum pro communi vtilitate, vel neceſſitate vrgenti domus alicuius, ſeu totius Congregationis, cui forſan aliquis de eorum proprijs redditibus ſubuenit, aut pecunias mutuas dedit, ac in earumdem impenſarum compenſationem, & ſolutum, auctoritate quorumcumque ſuperiorum, & Generalis Priorum, vel Capituli item Generalis ſigillatim aſſignata, & delegata, vel alias quocumque modo, cauſa, vel occaſione cuiuis eorum conceſſa ab ipſis ſingularibus perſonis ad commune ærarium eius domus cui eædem perſonæ fuerint acceptæ transferimus, ac omnia, & quæcumque priuilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, indulta tam Apoſtolica, quam dictorum ſuperiorum etiam Generalis, Prioris, vel Capituli auctoritate, & per viam contractus, aſſignationis, & obligationis, & ratione expenſarum, vel alias ex neceſſaria cauſa, & cuiuſcumque pij officij intuitu ſuper dictis bonis, pecunijs, rebus priuatim habendis, vtendis, fruendis, ac iuribus, & actionibus proſequendis, ac nominibus, ſeu taxis ad proprium commodum exigendis cuicumque Canonico, vel Fratri etiam ſæpius conceſſa, confirmata, & innouata quibuſcumque clauſulis, & decre is ſuffulta, & iuramento roborata, quorum tenores pro expreſſis habemus, ſimili auctoritate reuocamus, caſſamus, & annullamus, irritaque, & inualida eſſe, & nemini impoſterum prodeſſe volumus. Prohiben-

hibentes omnino, ne quis Frater, vel Canonicus eiuſdem Congregationis, quocumque officio, vel dignitate, & Prioris Generalis fungens, tam præmiſſorum prætextu, quam inueteratæ, ac etiam à primæua inſtitutione, & fundatione Congregationis introductæ, & continuatæ conſuetudinis, quæ corruptela potius voto contraria cenſenda eſt, proprium quicquam, aut peculiare habeat, ac à ceteris ſeparatum ſibi vendicet, aut poſſideat, nomina debitorum, ſeu taxas, aut redditus aſſignatos prædicta ne exigat, neve ea impoſterum cuipiam ſigillatim percipienda, & exigenda aſſignentur, neve prorſus tales licentiæ, ſeu permiſſiones ſeorſum ab alijs aliquid proprium habendi per quoſcunque dictæ Congregationis ſuperiores, aut etiam per Capitulum Generale alicui concedantur, neque aſſignationes, licentiæ, indulta, aut permiſſiones ipſæ valeant, aut vires, ſeu effectum habeant. Ceterum ſtatuimus, vt omnia omnibus communia, & indiuiſa ſint, tamquam inter veros, & vnanimes Fratres chriſtiana, & religioſa caritate coniunctos, ſublata prorſus omni differentia, ita vt inter illos, mei, vel tui nullum ſit omnino diſcrimen. Atque ad hunc effectum præcipimus, & mandamus, vt præſentia bona, res, pecuniæ, & nomina, ſeu redditus aſſignati, vel taxæ, aliaque omnia, & quæcumque vnicuique ſigillatim etiam intuitu perſonæ donata, vel relicta, aut idem quacumque, etiã propria induſtria, et labore acquiſita, necnon cenſus, & redditus annui, & ſuper bonis ſtabilibus

ſpecificata, & in ſcriptis redacta quantitate, & ſumma tam ipſorum cenſuum, & redditum annuatim debitorum, quàm ſortis pretij, ſeu capitalis, cuius ratione debentur, & fundi, ſeu rei immobilis ſuper qua impoſiti ſunt, nomina denique omnium creditorum, & debitorum ſimiliter deſcripta per ſingulos Fratres, ſeu Canonicos, tam in domibus, quam in Villis, & in membris, alijsve locis degentes, qui aliquid tale priuatim habuerint Priori, & Deputatis, vel hoc Congregationis in vnaquaque domo, atque inuicem per ipſos Priores, ac Deputatos, & ſi ipſi quoque quidpiam huiuſmodi ſeparatim hactenus detinuerint alijs, qui per reliquos Fratres, ſeu Canonicos eius domus communi conſenſu, ad id electi erunt, cum primum præſentes literæ in ipſa domo publicatæ fuerint, nulla interpoſita mora, XXIV *horarum interuallo exhibeantur, & quoad dominium, poſſeſſionem, vſu, reipſa, & cum effectu, non autem fictè, & perfunctoriè, in commune conferantur, tradantur, conſignentur, ac vnuſquiſq. eorum omni, & cuiq. iuri, & actioni, ac facultati exigendi cenſus, nomina debitorum, ſeu taxas, aut redditus huiuſmodi ſibi nominatim, vt præfertur aſsignata in vſum, fauorem, commodum, & vtilitatem communem ipſius domus, cuius Canonicus, ſeu Frater fuerit, expreſſis item in ſpecie, & palam deſcriptis illorum quantitate, & circumſtantijs vniuerſis, liberè cedat, & renunciet ea omnia in tuto loco communiter à Priore, & Fratribus cuiuſque domus deſignando*

actu,

actu, & re ipſa deponantur, amotis omnino, & abdicatis à detentione, ſeu cuſtodia, & facultate exigendi, & communi nomine continuandi rerum bonorum, & pecuniarum eorumdem illis Fratribus, ſeu Canonicis, in quorum poteſtate prius tamquam proprij erant. Quibus perfectis ſtatim vnuſquiſque Prior cuiuſlibet domus Generalem Priorem de his omnibus diligenter certiorem faciat, tranſmiſſo ad eum inuentario, in quo præmiſſa omnia antea priuatim retenta, deinde verò in commune collata deſcripta ſint. Demum ipſe Prior Generalis victum, & veſtitum, & quantum rei conuenientis præſens neceſſitas videbitur poſtulare, cuique Canonico, ſeu Fratri congruè ſuppeditari curet; id autem omne quod reliquum erit, in extinctione æris alieni, quo ſingulæ domus, vel tota Congregatio communiter adſtricta eſt conuertatur, aut ipſis domibus, vel vniuerſæ Congregationi ad communes vſus, & neceßitates ſubleuandas perpetuò applicetur, ac tandem in proximo ſequenti Capitulo Generali illorum omnium, ac etiam vniuerſæ adminiſtrationis ſuæ publicæ, & priuatæ rationem reddere teneatur. Quicumque autem his literis non continuo obtemperauerint, vel ante illarum pecunias, vel alia prædicta occultauerint, ſiue intra, vel extra domos prædictas depoſuerint, aut extraneis perſonis etiam laicis tradiderint, aut etiam in pias cauſas conuerterint, aut pio alicui loco aßignauerint, quique alios Canonicos, ſeu Fratres inobedientes, non ſtatim ſuperioribus,

ribus, vt ſupradictum eſt, denunciauerint, in pœnam priuationis dignitatum, & officiorum ſuorum incidant, & ad ea impoſterum obtinenda inhabiles, & infames cenſeantur: & pro crimine etiam tamquam fures ſeuerè puniantur, prout nos illos ex nunc priuatos inhabiles, & infames declaramus, & in eos ſingulos excommunicationis ſententiam ferimus eo ipſo, à qua nonniſi in mortis articulo conſtituti ab alio quam Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeant obtinere. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prædictis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdem Congregationis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & quibuſlibet priuilegijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus dictæ Congregationis illiusque ſingularibus perſonis, & alijs ordinibus ad quorum inſtar gratiarum huiuſmodi ij quoque forte participes effecti ſunt, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus literis non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia nolumus cuiquam aduerſus prædicta in aliquo ſuffragari; ceterum

rum

rum vt hæ literæ amplius innoteſcant, volumus, vt earum exempla vnuſquiſque Prior in ea domo cui præeſt quamprimum Fratribus, ſeu Canonicis omnibus ſimul congregatis publicet ipſaque exempla manu alicuius Notarij publici ſubſcripta, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munita eandem prorſus fidem vbique faciant, tam in iudicio, quam extra illud, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die octauo Ianuarij MDLXXXV. Pontificatus noſtri Anno primo.

Io: Baptiſta Comobius.

Quartadecima Iulij ad publicam rerum noſtrarum adminiſtrationem denuò electus Lazarus Patauinus ſenex obijt, cui ſufficitur Fortunatus Vicentinus, Viſitatores D. Chriſtophorus Moneta, & D. Ioãnes Bonafinus, omnia ex voto gerens, niſi quod ei Cardinalis Athenſis Congregationis noſtræ Protectoris funus plangere contigerit non ſine augurio, quod vna cum noſtris Cardinalem Decium Azelinum alteri ſuccedentem non modo auſteriorem experiretur, ſed reducto Romam Capitulo generali noſtris redditibus grauiorem. Primus nouitatis huius teſtis vt fuit Archangelus Paraticus Brixienſis Romæ nonis Iunij Generalis dignitatem aſſumens, Viſitatoribus electis D. Chriſtophoro, & D. Iſidoro Veronenſi, ita non parum noſtros recreauit Pontificis benignitas, qua prio- MD LXXXVI. MD LXXXVII

ris

Priuata Canonicis pecuniæ Pontificis auctoritate cõceſſa.

ris Decreti rigorem, conceſſa cuiuis priuatæ ſupellectilis, & pecuniæ, concionibus, ceteriſque diuinis officijs, ac legato legitimè conquiſitæ, poſſeſſione temperauit.

Sixti V. Priuil. pro moderatione diplomatis cõtra proprietarios.

SIXTVS PAPA V. *Ad futuram rei memoriam. Circumſpecta Romani Pontificis benignitas, fidelium quorumlibet ſub regulari obſeruantia piæ vitæ ſtudio vacantium neceſſitatibus, & commoditatibus intendens, nonnunquam ab eo prouidè ſtatuta moderatur, ac quæ ſacrarum Religionum, & ſanctionum decreta generaliter interdicunt, fidelibus ipſis ex Apoſt. poteſtatis plenitudine ſibi tradita relaxat, & ſpecialiter permittit, prout illorum ſtatui, & conſcientiæ purificationi conſpicit ſalubriter expedire. Sane licet alias nos, vt abuſus habendi proprium, & retinendæ proprietatis pecuniarum, ac bonorum, etiam plerumque male acquiſitorum, qui inter plures Canonicos, ſeu Fratres Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Ordinis S. Auguſtini contra expreſſum paupertatis votum ab eis emiſſum irrepſerat, extirparetur, & ſimul diſſolutioni æris alieni, quo vniuerſa Congregatio huiuſmodi grauata erat, ac alijs illius neceſſitatibus prouideretur, vniuerſos, & ſingulos eiuſdem Congregationis Fratres, ſeu Canonicos, ac Priores etiam Generales priuato, & proprio, rerum bonorumque omnium mobilium, & ſe mouentium dominio, vſu, vſufructu, poſſeſſione, proprietate, & etiam pecunijs à quocunque peculio quomodolibet acquiſitis,*

quiſitis, vel obtentis per alias noſtras literas perpetuo priuauerimus, ac omnia & quæcunque priuilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, ac indulta vnicuique eorum tam Apoſtolica, quàm ſuorum ſuperiorum etiam Generalis, Prioris, vel Capituli dictæ Congregationis auctoritate deſuper conceſſa, confirmata, & innouata reuocauerimus, & annullauerimus, ac omnino prohibuerimus, ne quis Frater, vel Canonicus eiuſdem Congregationis quocunque officio, vel dignitate etiam Prioris Generalis fungens proprium quidquam aut peculiare haberet, & ſeparatum à ceteris ſibi vendicaret, aut poſſideret, nec ſimiles licentiæ, ſeu permiſſiones per quoſcunque dictæ Congregationis ſuperiores, aut etiam Capitulum Generale alicui vnquam deſuper concederentur. Inſuper præceperimus & mandauerimus, vt res, pecuniæ, debitorum nomina, redditus, taxæ, ac alia omnia, & quæcunque bona ſupradicta, per ſingulos Fratres, ſeu Canonicos, qui aliquid tale priuatim poſſiderent, in vno loco communiter à Priore, & Fratribus cuiuſcunque domus deſignando actu & re ipſa intra certum tunc expreſſum tempus deponerentur, & quo ad dominium, poſſeſſionem, & vſum in commune conferrentur, hisq. perfectis ſtatim vnusquisque Prior cuiuſlibet domus generalem Priorem de his omnibus diligenter certiorem faceret tranſmiſſo ad eum inuentario, in quo præmiſſa omnia antea priuatim retenta, deinde verò in communi collata deſcripta eſſent. Demum ipſe Prior Generalis victum

Ffff & ve-

& veſtitum, ac quantum rei conuenientis præſens neceſſitas videretur poſtulare cuique Canonico,ſeu Fratri congruè ſuppeditari curaret; id autem omne quod reliquum eſſet in extinctionem æris alieni, quo ſingulæ domus, vel tota Congregatio communiter obſtricta erat conuerteretur, aut ipſis domibus, vel vniuerſæ Congregationi ad communes vſus,& neceſſitates ſublenandas perpetuo applicaretur. Quicumque autem literis noſtris prædictis continuo non obtemperarent, vel ante illarum publicationem pecunias,& alia prædicta occultarent ſiue intra, vel extra domus prædictas deponerent, aut etiam in pias cauſas conuerterent,aut alicui pio loco aſſignarent,quique alios Canonicos,ſeu Fratres inobedientes non ſtatim ſuperioribus vt præfertur denunciarent in pœnam priuationis dignitatum & officiorum ſuorum inciderent, & ad ea impoſterum obtinenda inhabiles cenſerentur, ac pro crimine etiam tanquam fures ſeuerè punirentur & excommunicationis ſententiam incurrerent eo ipſo, à qua nonniſi in mortis articulo conſtituti ab alio quam Romano Pontifice abſolutionis beneficium valerent obtinere, prout in literis prædictis plenius continetur. Nihilominus cùm ſicut accepimus literæ ipſæ fuerint debitæ executioni quantum commodè fieri potuit demandatæ, etiam ære alieno huiuſmodi propemodum diſſoluto,operæpretium fore cenſemus circa prohibitionem noſtram prædictam in omnes paulo ſeuerius interpoſitam,moderationis remedium adhibere,ac in futurum

rum

rum proſpicere, ne ſtante prohibitione huiuſmodi multorum animæ cenſuris prædictis in ſalutis ſuæ perniciem illaqueatæ remaneant, & non ſolum Fratres, ſeu Canonici prædicti à rebus, pecunijs, & bonis ad vitæ remedium ſuis induſtria & labore acquirendis, ſed etiam eorum parentes, & cònſanguinei ab eleemoſynis, donationibus, legatis relictis, & alijs ſubuentionibus eis priuatim faciendis retrahantur, & exinde Congregatio ipſa, rerum, bonorum, donationum, legatorum, relictorum, ac ſubſidiorum huiuſmodi ſucceſſione deſtituatur, ac grauiora diſpendia, & expenſarum onera ſubire cogatur in ſubleuandis neceſſitatibus eorumdem Fratrum, ſeu Canonicorum, qui alias ſine ſuæ cuiuſque domus incommodo, & diſpendio ſe poſſent commode ſuſtentare. Quo circa de nobis attributa poteſtatis plenitudine omnes & ſingulas cenſuras, & pœnas in proprietarios & alios prædictos dictarum literarum ſeries promulgatas, ad eas dumtaxat, quæ decretis ſacrorum Canonum Concilij Tridentini, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum regulis & conſtitutionibus contra tales ſtatutæ ſunt, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reducimus, & moderamur, ac prohibitionem, & alia prædicta, necnon omnia & ſingula in eiſdem noſtris literis contenta ad hoc vt deinceps Prior Generalis pro tempore exiſtens, necnon ij ex dictis Fratribus, ſeu Canonicis, quibus id ab ipſo Priori Generali, aut alijs eorum Superioribus ſpecialiter permiſſum, aut indultum fuerit, ex pecunijs,

Ffff 2 re-

rebusque & bonis vnicuique eorum ſigillatim intuitu perſonæ ſuæ donatis, vel relictis, ac in poſterum donandis, vel relinquendis, aut ſuis labore & induſtria, vel alias vndecunque licitè tamen & legitimè acquiſitis, & acquirendis, exceptis pecunijs per eoſdem Fratres, & Canonicos vigore dictarum literarum vbicunque depoſitatis, quas Monaſteriorum, & Congregationis huiuſmodi vtilitati omnino cedere volumus, eam partem & portionem, quæ pro eorum moderato victu, & veſtitu, ac occurrentibus neceſsitatibus, ſecundum cuiuſque gradum, & qualitatem neceſſaria videbitur, priuatim percipere, habere, retinere, ac in ſuos vſus, & neceſsitates huiuſmodi conuertere liberè, & licitè ſine alicuius pœnæ, vel cenſuræ incurſu poßint & valeant Apoſtolica auctoritate & tenore præſentis relaxamus eisq. deſuper indulgemus. Necnon Priori Generali, & alijs ſuperioribus Congregationis huiuſmodi, vt quoſcunque illius Fratres, ſeu Canonicos, qui hactenus præmiſſorum occaſione excommunicationis vinculis, & alijs cenſuris prædictis irretiti ad ipſos humiliter recurrerint, & abſolutionem petierint præuia debita reſtitutione, ſeu ſatisfactione, ſi quæ fuerit facienda, ab excommunicatione, & alijs cenſuris propterea incurſis abſoluendi, & totaliter liberandi, dictasq. pœnas eis remittendi, & condonandi, omnemq. inhabilitatis & infamiæ maculam, ſiue notam contra eos præmiſſorum occaſione quomodolibet inſurgentem ab eis abdendi, ipſosq. & eorum ſingulos in priſtinum,

& cum

& eum in quo antea quomodolibet ſtatum erant, reſtituendi, reponendi, & plenariè reintegrandi, plenam & liberam eiſdem auctoritatem harũ tenore concedimus facultatem: Non obſtantibus prohibitione alijsq. præmiſsis, & Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, Synodalibus, & vniuerſalibus Concilijs editis ſpecialibus, vel Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon congregationis, ordinis, & domorum huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis etiam impreßis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Congregationis, & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die v. Septembris M D L X X X V I I. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Eodem anno dignitates annuæ ex Pontificis mandato in triennium productæ. Cum iam ex annua munerum, ac ſociorum immutatione plurimum detrimenti accederet, nec parum incommodi à ſuffragijs cuiuſlibet Canonici pro Antiſtitis electione Venetias ad Conuentum ſub ſigillo tranſmiſsis, expeditius viſum fuit dignitates in triennium transferre, & calculos vni ex qualibet ſocietate ab omnibus vnanimiter Dignitates annuæ in triennio continuatæ.

di-

dilecto committere. Quod inſtitutum Summi Ponti-ficis auctoritate Anno M D LXXXVII *die* XV *Iulij probatum in hunc vſque diem hac ratione inualuit. Quo tempus eligendi ſocium Capitularem in quouis cænobio praſcribitur, vtpote anno illo, quo celebrandus fuerit conuentus generalis, à Sabbato nempe Dominicam pracedente Paßionis vſque ad ſequens Sabbathum Dominica Palmarum.*

Tempus eligẽdi ſocium capitularem.

Sixti V. P. M. diploma de electionibus ad triennium, & de ſocio capitulari.

SIXTVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam. Ad exequendum noſtri paſtoralis officij debitum vigilantibus ſtudijs intendentes, ad ea, per quæ Congregationum quarumlibet præſertim perſonarum ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium felici ſucceſſui, ac directioni, & ipſarum perſonarum opportunis gubernio, & regimini, cum diuini cultus incremento valeat ſalubriter prouideri noſtræ diligentiæ ſtudium libenter conuertimus, ac in his eiuſdem officij partes fauorabiliter impartimur, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus, ex veteri conſuetudine & etiam ſtatutis Congregationis S. Georgij in Alga ſtatutum, & practice ſeruatum fuerit, vt in omnibus electionibus etiã Generalis Prioris ad eas omnes conuentus mittant vota literis incluſa cuiuſcunque Canonici obſignata ita vt vnumquodque Collegium ſuam literam cum votis mittat, qui ritus ſeruatur in electionibus ſocij capitularis, & officialium particularium conuentuum, & tamen vota abſentium tãtummodo in primo ſcru-*

tinio

tinio olim valebant: in ceteris vero reijciebantur in totum, & quotannis celebrabatur Capitulum Generalem, & quando placet vnicuique collegio eligitur ſocius capitularis dummodo eligatur poſt completas ſecundas Viſitationes & dignitates in ipſo capitulo decretæ non ſe extendunt amplius, quam per annum, neque Generalis Prior, neque Viſitatores, & Priores anno ſequenti confirmari, præter quam Prior S. Saluatoris in Lauro de Vrbe nuncupati, & S. Mariæ ab Horto Venetiarum, qui in ſequentem annum confirmari ſolebant. Reliqui in totum vacabant, & erant contumaces ad prædictas dignitates, niſi ſaltem vacarent ad Prioratum, & Viſitatoratum duobus menſibus, & ad Generalatum tribus annis, etſi aliquam Eccleſiam per ceſſum, vel deceſſum infra annum contingebat vacare, Canonici Eccleſiæ vacantis eligebant vnum è collegio, quem dicunt ſocium capitularem, cuius munus eſt deferre vota incluſa & obſignata ad S. Georgium in Alga, vbi vna cum Collegio illius conuentus & Patribus Nouem computatis votis delatis à ſocio capitulari prædicto perficitur electio Eccleſiæ vacantis, et ſubrogatio Viſitatorum ad Collegium S. Georgij in Alga cum Patribus Nouem pertinet; Et poſtquam fel. record. Pius Pap. V. prædeceſſor noſter Apoſtolica auctoritate mandauerat, & ordinauerat, vt in eorum Capitulis tam generalibus, quàm particularibus celebrandis ſuper electione Prioris Generalis aliorumque officialium vota abſentium

ſe-

ſecreto reciperentur, & quod ipſa vota licet in primo ſcrutinio Capitulari electio de qua ageretur, non perficeretur, nihilominus in omnibus alijs ſequentibus ſcrutinijs prout in primo, & vſque ad perfectam electionem firma & valida permanerent, ac eamdem vim & robur haberent, prout in primo, idem Pius prædeceſſor mandato, & ordinationi huiuſmodi certis de cauſis tunc expreſſis derogando, vt dictorum abſentium vota in totum reciperentur iuxta formam antiquam Congregationis, & vltra primam vicem, & primum ſcrutinium nullam vim & robur in alijs ſequentibus ſcrutinijs haberent, ſed inualida remanerent etiam mandauerit, & ordinauerit. Et poſtmodum piæ memoriæ Gregorius Pap. XIII etiam prædeceſſor noſter ſimili auctoritate mandauerit & ordinauerit, quod cum Canonicis prædictis in dictis eorum Capitulis tam generalibus, quàm particularibus celebrandis ſuper dicta electione Prioris Generalis aliorumque officialium vota abſentium reciperentur, & ipſa vota non ſolum in primo, verum in omnibus alijs ſequentibus ſcrutinijs & vſque ad perfectionem Capituli, & electionis Prioris Generalis fiendæ eamdem vim & robur haberent firmaque & valida prout in primo ſcrutinio permanerent, & dicta vota abſentium non reijcerentur, vel comburerentur, antequam dicta Prioris Generalis electio abſoluta non fuiſſet prohibuerit. Ita quod ſi durante eodemmet Capitulo Generali electio Prioris Generalis per obitum, vel ceſ-

ceſsionem nuper electi, aut alias iteranda, vel pluries habenda fuiſſet, abſentium vota ſemper attenderentur, validaque & efficacia cum præſentium in Capitulo ſuffragijs connumerarentur, & ex illis omnibus ſimul iunctis & computatis ſi quis medietatem excederet, is in primo ſtatim ſcrutinio Prior Generalis creatus publicaretur: ſi nullus verò medietatem prædictam excederet, tunc ſecundo & tertio ſcrutinio à Capitularibus iterato connumeratis, & voti abſentium ſemper in omni ſcrutinio computatis, qui plures haberet voces, is Prior Generalis electus eſſe cenſeretur, et ſi contingeret, vt omnium vota in partes diuiderentur æquales, tunc eo caſu qui in Congregatione antiquior Canonicus eſſet, omnium conſenſu Prior Generalis deſignatus eſſe intelligeretur, necnon vt vota prædicta ſecreto porrigerentur etiam præceperit, & mandauerit, vt quicumque votum electiuum habentium Capitulo Generali, vel particulari, perſonaliter intereſſent, hi per ſuffragia & fabas, ſeu palluctas vt vocant, in pixides tectas ſua cuiusque manu, non autem aliena immitterent, alioquin nulla in mittenda ſua vota declararent. Qui vero abſentes forent ſinguli in ſingulis ſchedulis, vel chartulis nomen eligendorum in ſumma chartula; ſuum vero nomen in ima chartula deſcriberent, quæ chartulæ ab vna parte complicatæ ita obſignarentur, & occluderentur, vt eligentium nomina à nemine prorſus ſciri poſſent: eligendorum vero nomina à ſcrutatoribus iuxta antiquorum ſta-

tutorum eiuſdem Congregationis formam deputandis legi, notari, & numerari poſſent, dictaq. forma, & in capitulis conuentualibus in quibus aliæ electiones eſſent fiendæ, omnino obſeruaretur, prout in ipſorum prædeceſſorum diuerſis literis deſuper confectis plenius continetur.

Nos cupientes ſalubri dictæ Congregationis directioni & regimini iuxta temporum varietates, ac prout his præſertim temporibus ratio poſtulat, & exigit prouidere, & ne in huiuſmodi Capitulis, & electionibus tam generalibus, quàm particularibus per Canonicos prædictos celebrandis aliqua fraus, aut vis adhibeatur; ſed illa liberè & canonicè celebrentur, necnon pro eorundem Canonicorum commoditatibus, totiusq. Congregationis, & illius monaſteriorum minori diſpendio, ac ſacri Concilij Tridentini Decretis inhærere volentes, dictarumq. literarum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ipſamq. Congregationem, & Canonicos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes. Motu proprio non ad Canonicorum, aut Congregationis huiuſmodi, aut alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed ex mera voluntate certaq. ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ac præfata auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Prioris Generalis, Viſitatorum, Priorum, Vicariorum, Procuratorum officia, & dignitates vſque ad triennium

ſe

ſe extendant, & Capitulum Generale protrahatur, ac celebretur de triennio in triennium, & electio ſociorum Capitularium in anno quo celebrandum erit Capitulum Generale, fiat ab omnibus in omnibus Conuentibus aliquo ex diebus hebdomadæ incipiendo à Sabbato Dominicæ Paſſionis vſque ad Sabbatum Dominicæ Palmarum, & impoſterum nulla habeatur ratio votorum abſentium Canonicorum, quos tali prærogatiua priuamus & tam in electione Generalis, quam in alijs, vt ſolum modo habeant ius eligendi illi, qui perſonaliter intererunt electioni, quodque in poſterum præfatum Capitulum generale omnimodam habeat electionem Prioris Generalis, & aliorum officialium, et ſi per ceſſum, vel deceſſum contigerit vacare aliquam Eccleſiam, tunc temporibus à iure ſtatutis Prior Generalis accedat ad conuentum Eccleſiæ vacātis, et ſi ipſe ad illam accedere nequiuerit, poſſit mittere alium nomine ſuo, qui fungatur vicibus ſuis ad conuentum Eccleſiæ vacantis, ac congreget omnes vocem habentes & eligant Priorem, in qua electione vocem etiam habeat ipſe Prior Generalis, vel eius vice gerens, ſi dicta Eccleſia præſens fuerit. In ſubrogando autem Viſitatori ſeruetur ordo conſuetus, vt Capitulum S. Georgij in Alga cum Patribus Nouem eligāt: Necnon voluntatem, ſtatutum, ordinationem, & declarationem noſtra huiuſmodi, ac præſentes literas nullo vnquam tempore reuocari poſſe, ſed ſemper valida & efficacia exiſtere, illaq. ſuos plenarios effectus

ſortiri ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Sicque per quoſcumque Iudices, & commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon etiam locorum ordinarios ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs eorum Vicarijs in ſpiritualibus, & officialibus generalibus, necnon dictæ Congregationis, & alijs Abbatibus, & Prioribus, & alijs ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, per eaſdem præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, vbi, & quando expedierit, & quoties pro parte Congregationis, aut Canonicorum huiuſmodi, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti, per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes noſtras literas ab omnibus inuiolabiliter obſeruari: Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis huiuſmodi etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetu-

di-

dinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiusque ſuperioribus, & perſonis, & quibusvis alijs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & alijs decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreßio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret; tenore huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac ſeruata eorum forma infererentur præſentibus pro ſufficienti expreßis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreßè derogamus contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum die XII. Iulij MDLXXXVII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Tho. Thom.s Gualteruttius.

Anni ſequentis vndecima Iunij, & vigeſima Decembris Rector Generalis cum Patribus Nouem multa MDLXXXVIII.

ta

ta pro conſeruanda Societate decreuit. XXX Octobris defuncto Decio Cardinali, Pontifex ſumma noſtrorum lætitia in Protectorem præſtantiſſimum Virum FEDERICVM CORNELIVM Cardinalem eligit.

Federicus Cornelius Protector electus.

M D LXXXIX.

Quarta Aprilis, & nona Decembris congregati Patres Definitores in D. Georgij cœnobio non minori ſtudio, quam vigilantia naſcentibus diſſidijs occurrerunt ſimulque decreuerunt ſexdecim annorum adoleſcentes in Societatem recipiendos iuxta Pontificis SIXTI V. diploma.

Adoleſcẽtes qua ætate in Societatem admittẽdi.

M D X C.

Cum temporum decurſu feruor ille priſtinus in dies in Congregatione remitteret, Patres id animaduertentes pluribus ac diuerſis legibus, priorem diſciplinam reſtituere, atque ex rerum vicibus immutare conabantur. Quod anno ſuperiori ſub FEDERICO CORNELIO Cardinali Epiſcopo Patauino, & Protectore noſtro factum, electis ſumma Patrum ſolertia eam in rem Archangelo Paratico Generali, Chriſtophoro Tanfurino Viſitatore, Maximino Lazari Priore S. Saluatoris ad Laurum Romæ, Proculo Verciliano & Io: Bonaſino Priore S. Gregorij, qui cognitis Congregationis noſtræ neceſſitatibus omnia ad religioſæ vitæ reparationem, & conſeruationem idonea decernerent, atque in vnum volumen ſtudioſè redigerent. Comitijs itaque huius anni cùm D. Aloyſius Rinalduzius Clericus Fanenſis Auditor Federici Cornelij Protectoris tunc Romæ commorantis nomine interue-

Statuta Societatis reformata.

niſ-

niſſet, Conſtitutionum nouarum Librum aperuit, ac omnibus obſeruandum tradidit literis huiuſcemodi Protectoris munitum.

FEDERICVS *Miſeratione Diuina tit. S. Stephani in Cælio monte S. R. E. Presbyter Cardinalis Cornelius congregationis S Georgij in Alga Protector; Dilectis nobis in Christo Priori Generali, Viſitatoribus, ac omnibus eiuſdem congregationis Canonicis ſalutem in Domino. Cum in proximo Generali capitulo congregationis veſtræ publicari debeant conſtitu*i nes, *quæ pro felici regimine ſpirituali, ac temporali eiuſdem congregationis a vobis obſeruari debent, & ad præſentis temporis vſum, ac neceſſitatem multis laboribus, & vigilijs accommodatæ, & à ſancta Sede Apoſtolica confirmatæ ſunt, cupientes, vt illæ ab omnibus hilari animo accipiantur, & ſedulo obſeruentur; ad tollendas omnes difficultates, & aliquorum forſan verſutias, quæ contra particulares perſonas excogitari, ſeu commoueri poſſent, præter rectam ſtatuentium intentionem, cum lex ſemper reſpiciat futura, tenore præſentium decernimus, & declaramus omnes, & ſingulas conſtitutiones prædictas, eas præcipuas, quæ pœnales ſunt, & facta de præterito reſpicere, & complecti poſſunt, nullatenus aliquem ex Canonicis obligare, vltra id quod ex antiquis conſtitutionibus obligatur, ſed ſolum in futuro vim, & robur habere, ita vt ex eis nemo poſſit adſtringi, niſi ex facto poſt ipſarum publicationem ſecuto, exceptis illis, qui de præ-*

ſenti

ſenti in aliqua ſententia actuali nondum ab eis completa inuenirentur illaqueati, vel quod ex præteritis eorum adminiſtrationibus, congregationi ipſi debitores in aliqua pecuniarum ſumma de proprio exiſterent. Iſtos enim in illis comprehendi iuxta illorum tenorem, & continentiam, alios vero nonniſi de cetero obligari declaramus omni meliori modo, &c.

Datum Romæ in Ædibus noſtris die primo Aprilis MDXC.

Federicus Cardinalis Cornelius Protector.

Harum conſtitutionum liber ſequenti Sixti V. Sum. Pontificis decreto confirmatur, in quo Canonici Secularis titulo coboneſtati ſumus, et ſine alicuius reatus, vel pœnæ noxa priſtinæ libertati conſeruamur.

SIXTUS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſcepti regiminis, vt pro noſtra Paſtorali prouidentia, ac ſolicitudine in Religioſorum congregationibus quibuſlibet, congruam Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſeruantiam, vbi præſertim aliqua ex parte vel imminutam, vel relaxatam cognoſcimus, aliquando per veterum conſtitutionum innouationem, ſeu abrogationem, aliquando verò per nouorum ſtatutorum, quæ magis expedire dignoſcuntur, editionem, eorumq. confirmationes, in priſtinum reſtituamus, ac ſalubriter conſeruemus ea, quæ pro perſonarum in huiuſmodi religioſis locis degentium conſcientiæ ſecuritate, tranquillitate, & felici regimine facta eſſe comperiuntur, vt firma, & illibata perſiſtant, noſtræ appro-*

ba-

bationis munimine roboremus. Expoſuit ſiquidem aliàs nobis dilectus filius noſter Federicus tituli Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Cornelius nuncupatus, leges, conſtitutiones, & ſtatuta Congregationis Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum, cuius ipſe apud nos, & Sedem Apoſtolicam Protector auctoritate Apoſtolica deputatus exiſtit, pro bono regimine, & gubernio, ac ſpirituali directione Monaſteriorum ipſius Congregationis, ac perſonarum in illis degentium non modica reformatione indigere, ſæpiusque negotium reformationis huiuſmodi tam in generalibus Capitulis, quam aliàs à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus eiuſdem Congregationis Protectoribus, qui pro tempore fuerunt, inchoatum, nunquam tamen ad debitum finem perductum fuiſſe. Ideòque tandem ipſum Federicum Cardinalem ſtatim initio ſuſcepti muneris protectionis huiuſmodi adſcitis, & conuocatis in Monaſterio S. Georgij huiuſmodi Patribus Diffinitoribus, alijsque Superioribus eiuſdem Congregationis, hoc ipſum Priori generali, ac alijs quatuor ex dictis Patribus demandaſſe. Quare cum idem Prior generalis vnà cum alijs quatuor Deputatis in vnum conuenientes cum magno ſtudio, & vigilantia, omnibus tam antiquis, quam modernis, ac recentioribus ſtatutis, & Conſtitutionibus ipſius Congregationis diligenter examinatis, & diſcuſſis, necnon rerum, locorum, & temporum circumſtantijs planè perpenſis, partim

conſtitutiones, & ſtatuta antiqua abrogando, partim innouando, ac partim etiam, vbi expediens fuit, de nouo condendo, ea, vt par erat, reformaſſent, ipſeque Federicus Cardinalis, ac alij prædicti pro conſtitutionum, ac legum, & ſtatutorum reformatorum huiuſmodi confirmatione nobis humiliter ſupplicaſſent, onus examinandi, & diſcutiendi librum præfatarum conſtitutionum, legum, ac ſtatutorum tunc exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Congregationi ſuper ſacris cæremonijs, & ritibus deputatis demandauimus, qui præuio diligenti examine illum recognouerunt, & emendarunt. Cupientes igitur Monaſteriorum prædictorum bonum regimen, & directionem tueri, & vt quam diutiſſimè retineantur, diligentiſſimè curare, necnon conſtitutionum, legum, ac ſtatutorum prædictorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, eiuſdemque Federici Cardinalis auctoritate moti, ac aliàs Prioris generalis, & Diffinitorum, aliorumque prædictorum ſupplicationibus inclinati, conſtitutiones, leges, & ſtatuta de nouo condita, ac per ipſos Cardinales ſuper cæremonijs, & ritibus huiuſmodi Deputatos, vt præfertur, correcta, & emendata, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, eiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: omnesque & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper interuenerint, eadem auctoritate ſupplemus. Decernentes illa per Canonicos dictæ Congregationis ſub pœ-

nis in eiſdem iam reformatis conſtitutionibus, & ſtatutis expreſſis ſine tamen alterius reatus, ſeu peccati, vel pœnæ quam inibi expreſſæ incurſu, ſimiliter perpetuo, & inuiolabiliter obſeruari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon antiquis dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIV. Aprilis MDXC. Pontificatus noſtri Anno quinto.

M. Veſtrius Barbianus.

Antonius Ruloffius.

Die Maij VI conuocatis ad comitia Canonicis Reuerendiſſimus D. Aloyſius Rainaldutius Clericus Fanenſis, Auditor, & nomine Em. Card. Protectoris comitiorum Præſes librum conſtitutionum exhibuit, qui omnes reuerenti oſculo, hilarique animo exceptum ad vberiorem ſecuritatem ſuis manibus in calce hoc modo ſubſcripſerunt. Statuta in Comitijs ſubſcripta.

Ego Archangelus Paraticus Generalis.

Ego Chriſtophorus Tanſurinus Secundus Viſitator.

Ego Iſidorus Hermes Viſitator Primus.

Ego Chriſtophorus Moneta Prior S. Georgij in Braida de Verona confirmo.

Ego Bernardinus de Semperuiuis Prior S. Firmi de Leonico.

Ego Maximinus Patauinus Prior S. Saluatoris de Vrbe.

Ego Ioannes Bonaſinus Conuentus S. Gregorij Bononiæ Prior affirmo.

Ego Fabianus Moſcalius Prior Eccleſiæ S. Mariæ ab Horto affirmo.

Ego Gabriel Auguſtus Prior S. Petri in Olueto affirmo.

Ego Anſelmus de Nigris Prior Eccleſiæ S. Auguſtini extra mœnia Vicentiæ.

Ego Arſenius Rinaldus Prior S. Rocchi affirmo.

Ego Iulius Dordenalis Prior S. Mariæ in Vantio confirmo.

Ego Gregorius Guelmatius Prior S. Iacobi Montiſilicis affirmo.

Ego Marcus Bentius de Arimino Prior S. Iuliani affirmo.

Ego Auguſtinus Refatus de Padua Prior S. Angeli.

Ego Andreas Triuiſanus affirmo.

Ego Petrus Marinus affirmo.

Ego Bartholomæus Guidotus affirmo.

Ego Marcus Antonius Puteus nouus.

Ego Daniel Roſa Venetus affirmo.

Ego Angelus Homis affirmo.

Ego Fabianus Ghidinus affirmo.

Ego Viator Canara.

Ego

Ego Nazarius affirmo.
Ego Marinus Millanus.
Ego Egidius Mucciaferrus affirmo.
Ego Geruaſius Guelmatius Notarius Capituli affirmo.
Ego Ioannes Baptiſta Truſa affirmo.
Ego Bernardus Veronenſis affirmo.

Conſtitutionibus ita approbatis, poſtquam die altera ſolemnis Miſſa eſſet celebrata D. Marcus Antonius Pozzonouus ex oppido Monteſilice Patauini territorij oriundus vir morum honeſtate excultus Rector Generalis eligitur; Viſitatores D. Ioannes Bonafinus, & D. Fabianus Moſcaglia literis, & experientia rerum clari.

Binæ literæ D. Hieronymi de Condellis Prouincialis Canonicorum Secularium S. Iacobi de Palermo in Sicilia hic prælectæ fuerunt, quarum literæ ab Em. Cardinali tranſmiſſæ. Vnæ Protectori, alteræ Rectori noſtro Generali hoc ſenſu inſcriptæ erant. Cum à noſtris maioribus originem duxerint, exoptare eos, vt aliquando Rector noſter dignaretur eam prouinciam viſitare, eosque in ſuam clientelam recipere, ſuosque ſubditos agnoſcere quandoquidem ipſe Prouincialis nomine Canonicorum hac in obedientiæ, & obſequij monumentum humiliter offert. Canonici Seculares in Siciliæ Venetis ad ſcribi cupiunt.

Sub die IV *Octobris Federicus Cardinalis Cornelius noſtri Ordinis Protector benigniſſimus, magno omnium noſtrorum dolore morte ſublatus eſt. in cuius* Federici Cornelij Card. obitus.

locum

tutorum eiuſdem Congregationis formam deputandis legi, notari, & numerari poſſent, dictaq. forma, & in capitulis conuentualibus in quibus aliæ electiones eſſent fiendæ, omnino obſeruaretur, prout in ipſorum prædeceſſorum diuerſis literis deſuper confectis plenius continetur.

Nos cupientes ſalubri dictæ Congregationis directioni & regimini iuxta temporum varietates, ac prout his præſertim temporibus ratio poſtulat, & exigit prouidere, & ne in huiuſmodi Capitulis, & electionibus tam generalibus, quàm particularibus per Canonicos prædictos celebrandis aliqua fraus, aut vis adhibeatur; ſed illa liberè & canonicè celebrentur, necnon pro eorundem Canonicorum commoditatibus, totiusq. Congregationis, & illius monaſteriorum minori diſpendio, ac ſacri Concilij Tridentini Decretis inhærere volentes, dictarumq. literarum veriores tenores præſentibus pro expreßis habentes, ipſamq. Congregationem, & Canonicos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes. Motu proprio non ad Canonicorum, aut Congregationis huiuſmodi, aut alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed ex mera voluntate certaq. ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ac præfata auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Prioris Generalis, Viſitatorum, Priorum, Vicariorum, Procuratorum officia, & dignitates vſque ad triennium

ſe

ſe extendant, & Capitulum Generale protrahatur, ac celebretur de triennio in triennium, & electio ſociorum Capitularium in anno quo celebrandum erit Capitulum Generale, fiat ab omnibus in omnibus Conuentibus aliquo ex diebus hebdomadæ incipiendo à Sabbato Dominicæ Paſſionis vſque ad Sabbatum Dominicæ Palmarum, & impoſterum nulla habeatur ratio votorum abſentium Canonicorum, quos tali prærogatiua priuamus & tam in electione Generalis, quam in alijs, vt ſolum modo habeant ius eligendi illi, qui perſonaliter intererunt electioni, quodque in poſterum præfatum Capitulum generale omnimodam habeat electionem Prioris Generalis, & aliorum officialium, et ſi per ceſſum, vel deceſſum contigerit vacare aliquam Eccleſiam, tunc temporibus à iure ſtatutis Prior Generalis accedat ad conuentum Eccleſiæ vacãtis, et ſi ipſe ad illam accedere nequiuerit, poſſit mittere alium nomine ſuo, qui fungatur vicibus ſuis ad conuentum Eccleſiæ vacantis, ac congreget omnes vocem habentes & eligant Priorem, in qua electione vocem etiam habeat ipſe Prior Generalis, vel eius vice gerens, ſi dicta Eccleſia præſens fuerit. In ſubrogando autem Viſitatori ſeruetur ordo conſuetus, vt Capitulum S. Georgij in Alga cum Patribus Nouem eligãt: Necnon voluntatem, ſtatutum, ordinationem, & declarationem noſtra huiuſmodi, ac præſentes literas nullo vnquam tempore reuocari poſſe, ſed ſemper valida & efficacia exiſtere, illaq. ſuos plenarios effectus

ſortiri ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Sicque per quoſcumque Iudices, & commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon etiam locorum ordinarios ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs eorum Vicarijs in ſpiritualibus, & officialibus generalibus, necnon dictæ Congregationis, & alijs Abbatibus, & Prioribus, & alijs ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, per eaſdem præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, vbi, & quando expedierit, & quoties pro parte Congregationis, aut Canonicorum huiuſmodi, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti, per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes noſtras literas ab omnibus inuiolabiliter obſeruari: Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis huiuſmodi etiam iuramento, confirmatione Apoſt. lica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetu-

di-

dinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, illiusque ſuperioribus, & perſonis, & quibusvis alijs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & alijs decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreßio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret ; tenore huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac ſeruata eorum forma inſererentur præſentibus pro ſufficienti expreßis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreßè derogamus contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum die XII. Iulij MDLXXXVII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Tho. Thom.s Gualterutius.

Anni ſequentis vndecima Iunij, & vigeſima Decembris Rector Generalis cum Patribus Nouem mul- MDLXXX VIII.

ta

ta pro conſeruanda Societate decreuit. XXX *Octobris defuncto Decio Cardinali, Pontifex ſumma noſtrorum lætitia in Protectorem præſtantiſſimum Virum* FEDERICVM CORNELIVM *Cardinalem eligit.*

Federicus Cornelius Protector electus.

M D LXXXIX.

Quarta Aprilis, & nona Decembris congregati Patres Definitores in D. Georgij cœnobio non minori ſtudio, quam vigilantia naſcentibus diſſidijs occurrerunt ſimulque decreuerunt ſexdecim annorum adoleſcentes in Societatem recipiendos iuxta Pontificis SIXTI V. *diploma.*

Adoleſcẽtes qua ætate in Societatem admittẽdi.

M D X C.

Cum temporum decurſu feruor ille priſtinus in dies in Congregatione remitteret, Patres id animaduertentes pluribus ac diuerſis legibus, priorem diſciplinam reſtituere, atque ex rerum vicibus immutare conabantur. Quod anno ſuperiori ſub FEDERICO CORNELIO *Cardinali Epiſcopo Patauino, & Protectore noſtro factum, electis ſumma Patrum ſolertia eam in rem Archangelo Paratico Generali, Chriſtophoro Tanſurino Viſitatore, Maximino Lazari Priore S. Saluatoris ad Laurum Romæ, Proculo Verciliano & Io: Bonafino Priore S. Gregorij, qui cognitis Congregationis noſtræ neceſſitatibus omnia ad religioſæ vitæ reparationem, & conſeruationem idonea decernerent, atque in vnum volumen ſtudioſè redigerent. Comitijs itaque huius anni cùm D. Aloyſius Rinalduzius Clericus Fanenſis Auditor Federici Cornelij Protectoris tunc Romæ commorantis nomine interue-*

Statuta Societatis reformata.

niſ-

niſſet, Conſtitutionum nouarum Librum aperuit, ac omnibus obſeruandum tradidit literis huiuſcemodi Protectoris munitum.

FEDERICVS *Miſeratione Diuina tit. S. Stephani in Cælio monte S. R. E. Presbyter Cardinalis Cornelius congregationis S. Georgij in Alga Protectori Dilectis nobis in Chriſto Priori Generali, Viſitatoribus, ac omnibus eiuſdem congregationis Canonicis ſalutem in Domino. Cum in proximo Generali capitulo congregationis veſtræ publicari debeant conſtitutiones, quæ pro felici regimine ſpirituali, ac temporali eiuſdem congregationis a vobis obſeruari debent, & ad præſentis temporis vſum, ac neceſſitatem multis laboribus, & vigilijs accommodatæ, & à ſancta Sede Apoſtolica confirmatæ ſunt, cupientes, vt illæ ab omnibus hilari animo accipiantur, & ſedulo obſeruentur; ad tollendas omnes difficultates, & aliquorum forſan verſutias, quæ contra particulares perſonas excogitari, ſeu commoueri poſſent, præter rectam ſtatuentium intentionem, cum lex ſemper reſpiciat futura, tenore præſentium decernimus, & declaramus omnes, & ſingulas conſtitutiones prædictas, eas præcipuas, quæ pœnales ſunt, & facta de præterito reſpicere, & complecti poſſunt, nullatenus aliquem ex Canonicis obligare, vltra id quod ex antiquis conſtitutionibus obligatur, ſed ſolum in futuro vim, & robur habere, ita vt ex eis nemo poſſit adſtringi, niſi ex facto poſt ipſarum publicationem ſecuto, exceptis illis, qui de præ-*

ſenti

ſenti in aliqua ſententia actuali nondum ab eis completa inuenirentur illaqueati, vel quod ex præteritis eorum adminiſtrationibus, congregationi ipſi debitores in aliqua pecuniarum ſumma de proprio exiſterent. Iſtos enim in illis comprehendi iuxta illorum tenorem, & continentiam, alios vero nonniſi de cetero obligari declaramus omni meliori modo, &c.

Datum Romæ in Ædibus noſtris die primo Aprilis M D X C.

Federicus Cardinalis Cornelius Protector.

Harum conſtitutionum liber ſequenti Sixti V. Sum. Pontificis decreto confirmatur, in quo Canonici Secularis titulo cohoneſtati ſumus, et ſine alicuius reatus, vel pœna noxa priſtinæ libertati conſeruamur.

SIXTVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſcepti regiminis, vt pro noſtra Paſtorali prouidentia, ac ſolicitudine in Religioſorum congregationibus quibuſlibet, congruam Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſeruantiam, vbi præſertim aliqua ex parte vel imminutam, vel relaxatam cognoſcimus, aliquando per veterum conſtitutionum innouationem, ſeu abrogationem, aliquando verò per nouorum ſtatutorum, quæ magis expedire dignoſcuntur, editionem, eorumq. confirmationes, in priſtinum reſtituamus, ac ſalubriter conſeruemus ea, quæ pro perſonarum in huiuſmodi religioſis locis degentium conſcientiæ ſecuritate, tranquillitate, & felici regimine facta eſſe comperiuntur, vt firma, & illibata perſiſtant, noſtræ appro-*

ba-

bationis munimine roboremus. Expoſuit ſiquidem aliàs nobis dilectus filius noſter Federicus tituli Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Cornelius nuncupatus, leges, conſtitutiones, & ſtatuta Congregationis Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum, cuius ipſe apud nos, & Sedem Apoſtolicam Protector auctoritate Apoſtolica deputatus exiſtit, pro bono regimine, & gubernio, ac ſpirituali directione Monaſteriorum ipſius Congregationis, ac perſonarum in illis degentium non modica reformatione indigere, ſæpiusque negotium reformationis huiuſmodi tam in generalibus Capitulis, quam aliàs à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus eiuſdem Congregationis Protectoribus, qui pro tempore fuerunt, inchoatum, nunquam tamen ad debitum finem perductum fuiſſe. Ideòque tandem ipſum Federicum Cardinalem ſtatim initio ſuſcepti muneris protectionis huiuſmodi adſcitis, & conuocatis in Monaſterio S. Georgij huiuſmodi Patribus Diffinitoribus, alijsque Superioribus eiuſdem Congregationis, hoc ipſum Priori generali, ac alijs quatuor ex dictis Patribus demandaſſe. Quare cum idem Prior generalis vnà cum alijs quatuor Deputatis in vnum conuenientes cum magno ſtudio, & vigilantia, omnibus tam antiquis, quam modernis, ac recentioribus ſtatutis, & Conſtitutionibus ipſius Congregationis diligenter examinatis, & diſcuſſis, necnon rerum, locorum, & temporum circumſtantijs planè perpenſis, partim

conſtitutiones, & ſtatuta antiqua abrogando, partim innouando, ac partim etiam, vbi expediens fuit, de nouo condendo, ea, vt par erat, reformaſſent, ipſeque Federicus Cardinalis, ac alij prædicti pro conſtitutionum, ac legum, & ſtatutorum reformatorum huiuſmodi confirmatione nobis humiliter ſupplicaſſent, onus examinandi, & diſcutiendi librum præfatarum conſtitutionum, legum, ac ſtatutorum tunc exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Congregationi ſuper ſacris cæremonijs, & ritibus deputatis demandauimus, qui præuio diligenti examine illum recognouerunt, & emendarunt. Cupientes igitur Monaſteriorum prædictorum bonum regimen, & directionem tueri, & vt quam diutiſſimè retineantur, diligentiſſimè curare, necnon conſtitutionum, legum, ac ſtatutorum prædictorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, eiuſdemque Federici Cardinalis auctoritate moti, ac aliàs Prioris generalis, & Diffinitorum, aliorumque prædictorum ſupplicationibus inclinati, conſtitutiones, leges, & ſtatuta de nouo condita, ac per ipſos Cardinales ſuper cæremonijs, & ritibus huiuſmodi Deputatos, vt præfertur, correcta, & emendata. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, eiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: omneſque & ſingulos tum iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper interuenerint, eadem auctoritate ſupplemus. Decernentes illa per Canonicos dictæ Congregationis ſub pœ-

nis

nis in eiſdem iam reformatis conſtitutionibus, & ſtatutis expreſſis ſine tamen alterius reatus, ſeu peccati, vel pœnæ quam inibi expreſſæ incurſu, ſimiliter perpetuo, & inuiolabiliter obſeruari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon antiquis dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIV. Aprilis MDXC. Pontificatus noſtri Anno quinto.

M. Veſtrius Barbianus.

Antonius Buloffius.

Die Maij VI *conuocatis ad comitia Canonicis Reuerendiſſimus D. Aloyſius Rainaldutius Clericus Fanenſis, Auditor, & nomine Em. Card. Protectoris comitiorum Præſes librum conſtitutionum exhibuit, qui omnes reuerenti oſculo, hilarique animo exceptum ad vberiorem ſecuritatem ſuis manibus in calce hoc modo ſubſcripſerunt.* Statuta in Comitijs ſubſcripta.

Ego Archangelus Paraticus Generalis.

Ego Chriſtophorus Tanſurinus Secundus Viſitator.

Ego Iſidorus Hermes Viſitator Primus.

Ego Chriſtophorus Moneta Prior S. Georgij in Braida de Verona confirmo.

Ego Bernardinus de Semperuiuis Prior S. Firmi de Leonico.
Ego Maximinus Patauinus Prior S. Saluatoris de Vrbe.
Ego Ioannes Bonaſinus Conuentus S. Gregorij Bononiæ Prior affirmo.
Ego Fabianus Moſcalius Prior Eccleſiæ S. Mariæ ab Horto affirmo.
Ego Gabriel Auguſtus Prior S. Petri in Olíueto affirmo.
Ego Anſelmus de Nigris Prior Eccleſiæ S. Auguſtini extra mœnia Vicentiæ.
Ego Arſenius Rinaldus Prior S. Rocchi affirmo.
Ego Iulius Dordenalis Prior S. Mariæ in Vantio confirmo.
Ego Gregorius Guelmatius Prior S. Iacobi Montiſilicis affirmo.
Ego Marcus Bentius de Arimino Prior S. Iuliani affirmo.
Ego Auguſtinus Refatus de Padua Prior S. Angeli.
Ego Andreas Triuiſanus affirmo.
Ego Petrus Marinus affirmo.
Ego Bartholomæus Guidotus affirmo.
Ego Marcus Antonius Puteusnouus.
Ego Daniel Roſa Venetus affirmo.
Ego Angelus Homis affirmo.
Ego Fabianus Ghidinus affirmo.
Ego Viator Canara.

Ego

Ego Nazarius affirmo.
Ego Marinus Millanus.
Ego Egidius Mucciaferrus affirmo.
Ego Geruaſius Guelmatius Notarius Capituli affirmo.
Ego Ioannes Baptiſta Truſa affirmo.
Ego Bernardus Veronenſis affirmo.

Conſtitutionibus ita approbatis, poſtquam die altera ſolemnis Miſſa eſſet celebrata D. Marcus Antonius Pozzonouus ex oppido Monteſilice Patauini territorij oriundus vir morum honeſtate excultus Rector Generalis eligitur; Viſitatores D. Ioannes Bonafinus, & D. Fabianus Moſcaglia literis, & experientia rerum clari.

Binæ literæ D. Hieronymi de Condellis Prouincialis Canonicorum Secularium S. Iacobi de Palermo in Sicilia hic prælectæ fuerunt, quarum literæ ab Em. Cardinali tranſmiſſæ. Vnæ Protectori, alteræ Rectori noſtro Generali hoc ſenſu inſcriptæ erant. Cum à noſtris maioribus originem duxerint, exoptare eos, vt aliquando Rector noſter dignaretur eam prouinciam viſitare, eosque in ſuam clientelam recipere, ſuosque ſubditos agnoſcere quandoquidem ipſe Prouincialis nomine Canonicorum hac in obedientiæ, & obſequij monumentum humiliter offert. Canonici Seculares in Sicilia Venetis ad ſcribi cupiunt.

Sub die IV Octobris Federicus Cardinalis Cornelius noſtri Ordinis Protector benigniſſimus, magno omnium noſtrorum dolore morte ſublatus eſt. in cuius Federici Cornelij Card. obitus.

locum

locum ſuffectus à Summo Pontifice Gregorio XIV. Michael Bonellus Dominicanus Cardinalis Alexandrinus vocatus.

MDXCI *Vigeſimanona Aprilis conuenerunt cænobiarchæ, & cum Antiſtite, & Viſitatoribus de more in annuis congreſſibus ſeruato varia pro opportunitate temporis examinarent. Quo ipſo anno* XXVII *Nouembris hora* VII *noctis Romæ templum S. Saluatoris ad Laurum magno noſtræ Congregationis luctu penitus conflagrauit. Vnum generoſo D. Petri Soueſani Ariminenſis ardore venerandum ſacræ Euchariſtiæ Sacramentum medio incendio ereptum fuit; quod intercepta vndique flammis ad ſacrarium via ſine omni corporis offenſa tranſportauit in noſtras ædes quas Antonius Taſſus habitabat, atque inde ſopito incendio ſolemniter in ſacrarium repoſuit. Hac de cauſa Rectore Generali* XXX *Ianuarij conuocante Nouem Patres lectæ fuerunt Sereniſſimi Ducis de Braciano Virginij Vrſini literæ, quibus ducatorum aureorum millia decem extruendo templo, certis conditionibus offerebat.*

S. Saluatoris Tẽplũ Romæ igne absũptum.

Prudenti Summi Pontificis reſcripto omnibus cænobijs iniunctum fuit, ne plures in Societatem reciperentur, quam quibus alendis prouentus ſufficerent. Secus irritum eiuſmodi actum: & ſuperiores illos admittentes dignitatibus ipſo facto priuatos eſſe. Ita cuique Patriæ certus Canonicorum numerus præſcriptus eſt.

Canonicorum numerus præſcriptus.

CLE-

Clemens Papa VIII. *Ad futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus, quamplura Monaſteria Congregationis Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum ære alieno pro oneribus illis incumbentibus ſupportandis diuerſimodis contracta grauata reperiantur, quod niſi ex Nouitiorum in ſingulos annos receptione Monaſteria ipſa grauioribus in dies expenſis onerarentur, facilius & commodius diſſolueretur.*

Clementis VIII. diploma de numero eorum, qui in Societatē recipiendi

Nos eiuſdem Congregationis commoditati, & ſubuentioni, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere cupientes; motu proprio & ex certa ſcientia, & matura deliberatione, noſtra deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in ſingulis eiuſdem Congregationis Monaſterijs vbicunque exiſtentibus eum numerum tantum conſtitui, & in poſterum conſeruari debere, qui ex proprijs eiuſdem Monaſterij redditibus, commode valeat ſuſtentari, iuxta ſacri Concilij Tridentini diſpoſitionem, nec impoſterum in aliquo ex dictis Monaſterijs quempiam vltra præſcriptum numerum, iuxta præſentium tenorem conſtituendum recipi, vel admitti poſſe. Et ſi ſecus factum fuerit receptionem, & admiſſionem, ac etiam ſubſecutam receptorum pro tempore profeſſionem nullas, inualidas, & irritas fore, & eſſe, ac tales pro tempore contra præſentium tenorem receptos, & admiſſos ab ipſa Congregatione omnino eijci, & expelli debere. Superiores quoque illos recipientes, & admittentes, aut conſenſum dantes,

vel

vel eorum auctoritatem interponentes ipſo facto dignitatibus, & officijs per eos obtentis, ac voce actiua, & paſſiua perpetuo priuatos, & ad illa, vel alia deinceps obtinenda inhabiles, & incapaces eſſe, & fore.

Sicque per quoſcunque eiuſdem Congregationis Superiores, ac alios Iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac alijs ſupradictis pœnis, dilectis filijs Rectori Generali, & Viſitatoribus eiuſdem Congregationis, vt in proximo futuro Capitulo generali eiuſdem Congregationis præſentes noſtras literas publicari, & debitæ executioni in omnibus, & per omnia demandari, & inuiolabiliter obſeruari curent, & faciant, & contradictores quoſcunque per prædictas pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contra-

tra-

trarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrarijs quibuſcunque.

Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici, aut Secretarij dictæ Congregationis ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Rectoris Generalis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem, quæ præſentibus ipſis vbique fides adhibeatur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Aprilis M D X C I. Pontificatus noſtri Anno primo.

Cal. Iunij Patres ad D. Georgium conueniunt, vbi lectis Cardinalis Alexandrini Protectoris circa electiones literis, multa quibuſdam Rectoribus obiecta. Hinc Prior S. Petri dignitate exutus, cui ſuffectus alter, qui eius vices gereret. Decretum præterea fuit, quod contrahendis itinerum impenſis Viſitatores officium Calculatorum Generalium exercerent. Omnia quippe ad voluntatem Protectoris fiebant, quamuis non ſine multorum querelis. MDXCII.

Secunda Maij triennio completo, cùm Sum. Pontifex dignitates noſtras ad priſcam Congregationis formam redegiſſet, annuo Generalis munere effulſit D. Daniel Roſa Venetus, vir ſummæ vigilantiæ, ac ſolertiæ, qui turbido tempore hoc onus ſuſtinuit, liber- M D. XCIII. Daniel Roſa laudatus.

tatemque Congregationis aduerſus potentiores ſingulari ſtudio conſeruauit. Viſitatores electi D. Eugenius Cauazzonus, & D. Nazarius Vicentinus.

Hoc tempore Cardinalis Alexandrinus ſeueriùs in noſtros animaduertebat. Eugenius enim Tadeus munere remotus fuit, quod collocatum in Siluium Maiolum Cardinali chariſſimum. Nec melior ſors obtigit Rectoribus ipſis. Angelus nempe Corradinus, qui S. Firmo præfuit, deponitur: Geruaſius Gulielmatius pariter D. Mariæ in Vantio Rector, & Arſenius Veronenſis Romæ præfectus. Ita mutuis querimonijs inter ſpem, metumque, aduerſa etiam Generalis valetudine annus hic procurrebat.

Canonici Seculares apud Luſitanos in B. Laurentium inquirunt.

Hoc anno Idibus Iulij Michael Spiritus Sancti, Præſes Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ in Luſitaniæ Regno, Rectori noſtro ſancti Saluatoris de Lauro has literas miſit, vt aliquid de B. Laurentio eis quærentibus communicaretur.

Forumdē literæ ad Rectorem S. Georgij in Alga

Illuſt. admodum, ac Reu. Rectori S. Saluatoris de Lauro, Michael Spiritus Sancti totius Congregationis D. Ioan. Euang. in hoc Luſitaniæ Regno, Rector Generalis. S. P. D. *Si adhuc, religioſiſſime Pater, ac Rector eminentiſſime, noſtrum erga te, ac reliquos Fratres noſtros chariſſimos, amorem, ac penè incredibilem beneuolentiam teſtatam ſæpenumero non oſtendimus: nihil aliud fuiſſe cauſam, niſi maximam locorum diſtantiam, quæ nos omnes à nobis tantopere diuidit, vere affirmare poſſum. Et quamuis Monaſte-*

naſteria veſtra à noſtra iuriſdictione, & noſtra à veſtra etiam ſint exempta ; nihilominus eorundem Patrum, noſtræque religionis conditorum nos omnes non eſſe filios minime negare poſſumus: qui quidem fuerunt ſanctiſſimi illi viri, nempe EVGENIVS IV. *Pontifex Maximus, & ſapientiſſimus Cardinalis* ANTONIVS CORRARIVS, *excellentißimusque ille Venetiæ Patriarcha Diuus* LAVRENTIVS IVSTINIANVS, *& alij quamplurimi viri ſanctiſſimi, qui nobis, & vobis tam ſanctum inſtitutum, ac diuinam rectè viuendi normam reliquerunt. Et cum hanc cognitionem in cordibus noſtris impreſſam habeamus, totis viribus tot, & tam præclariſſimorum beneficiorum ab illis in nos collatorum in perpetuum memores eſſe contendimus. Et cum etiam ex operibus ſanctiſſimis, quæ nobis omnibus Pater noſter Laurentius Iuſtinianus reliquit, eum ſanctiſſimum iudicemus: noſtris in generalibus Capitulis conſtituimus, ac decreuimus de te ſapientiſſime Pater diligenter inquirere ; Vtrum Venetijs (vbi iure optimo creatus fuit Patriarcha) à ſancta Sede Apoſtolica in ſanctorum numero eſt relatus: & ſi de illo diuinum aliquod officium celebraretur: & denique ſi illius imago in Altaribus depingeretur; vt nos etiam eum, eiusque admirabilem vitam ab omnibus cognitam eadem veneratione coleremus. Quamobrem ego, & omnes fratres noſtri chariſsimi te amãtiſsime Pater ſummis precibus exoramus, vt nos certiores facias de omnibus*

 iſtis,

iſtis, quæ de hoc ſanctiſsimo viro noſtræ Religionis conditore tantopere poſtulamus. Et tandem de profeſsione quam aliqui veſtrum religioſi, motu proprio Pij Quinti felicis recordationis Pontificis Maximi fecerunt. Qui quidem motus nullum adhuc in hoc regno ſortitus eſt effectum. Gaudeat amantiſsimus Pater hoc fratribus iſtis ſuis chariſsimis per Epiſtolam ſuam concedere, & promittimus nos omnibus in rebus in quibus à te iuſsi fuerimus idem libentiſsimè facturos.

Data Olyſſiponæ in Monaſterio Diui Eligij, Idibus Iulij, Anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi tertij.

Inutilis ſeruus,& pro te perpetuus orator
Michael Spiritus Sancti Rector Generalis.

Ad haſce admodum gratas non inferiori affectu Rector Generalis ita reſpondit.

Reuerendiſſimo Patri D. D. Michaeli Spiritus Sancti Rectori Generali Congregationis S. Ioan. Euangeliſtæ in Regno Luſitaniæ, Daniel Roſa Venetus, Rector Generalis totius Congregationis S.Georgij in Alga Venetiarum tanquam fratri S. P. D. *Literæ tuæ ad me, Olyſsiponæ ſub die quintadecima Iulij, datæ Idibus Auguſti fuerunt; quibus charitatem tuam tuæque Congregationis erga nos, fratres omnes oſtendere, contendis; Dignum, & Illuſtrium deuotiſſimorum (Luſitanorum genere) & Religioſorum confratrum memoria: quam quidem, neque locorum diſtantia, neque ærumnarum, temporum* ca-

calamitas, & longitudo auferre poteſt. Nos enim omnes ſanctiſſimi illius Eugenij Pont. Max. ac Beatiſſimi patris Laurentij Iuſtiniani Venetiarum Protopatriarchæ genus ſumus, à quibus, & ortum, & inſtitutionem ſanctiſſimam trahimus, & habemus. Ea ergo, uti filij non degeneres, non ingrati unanimiter conſeruare debemus. Quare patres noſtri, & ſecularium nobilium plures, deuotiſſima ueneratione, ut par eſt, Altaria plurima in Eccleſijs ad honorem Dei, & prædicti Beatiſſimi patris noſtri Laurentij multis in Ciuitatibus, & locis, magnificè erexerunt: atque à ſanctiſſima Sede, ut eiuſdem dies Feſtus, ſexto Idus Ianuarij, quotannis in Eccleſijs ſub ditione DD. Venetorum poſitis, celebretur, cum Officio Confeſſoris Pontificis pro indulto habuerunt: quod & deuotiſſimè perficitur. Adeſt Altare ei dicatum in Eccleſia Patriarchali: Adſunt & in omnibus Eccleſijs noſtris, & in alijs plurimis Altaria cum eius effigie ſancta, marmoribus, picturisue elegantiſſimè ſculpta, pictaque. Imprimitur Romæ, & alibi, ſicuti colligato folio eſt uidere. Quod charitati tuæ mittimus, ut ad illius deuotionem in hoc Chriſtianiſſimo Regno quemlibet magis excitare ualeas. Profeſſionem iuxta ordinem ſanctiſſimi D. D. Noſtri Pij V. ſanctæ memoriæ, ſub Regula ſancti Auguſtini ab anno MDLXIX *emittimus. Conſtitutiones pro temporum hominumque opportunitate, & Congregatione conſeruanda collegimus: quas, Deo dante, Venetijs ad te mittam.*

Nunc

Nunc enim, ad Viſitationes agendas, in dies adſum Romæ. Has vt expleuero, Venetias pergam, vbi in monaſterio ſancti Georgij in Alga Reſidentiæ noſtræ, de te, tuisque Confratribus, & locis intelligere bene eſſe (quod rogo) expectabo: & vt libentius facias, te de noſtris commonefacere dignum duxi. Tredecim monaſteria collegiata habemus, quorum tria in ſtatu feliciſſimo ſanctiſſimi D. D. Noſtri Papæ, Romæ dignius ſancti Saluatoris de Lauro dictum, cuius Eccleſia Anno M D X C I *igne penitus eſt conſumpta, cauſa omnino ignota, à fundamentis autem modo in ampliori, & pulchriori forma conſtruitur. Arimini aliud ſancti Iuliani, tertium ſancti Gregorij Bononiæ. Reliqua decem in Ditione Dominorum Venetorum. Primum ſancti Georgij in Alga extra Venetias, à quo & principium, & titulum ſumimus. Alterum in ea Vrbe ſanctæ Mariæ ab Horto dictum: Pataui ſanctæ Mariæ in loco dicto Vantio: ſancti Iacobi in Monteſilice eiuſdem Diœceſis: ſancti Rocchi Vincentiæ, alterum extra ſancti Auguſtini: ſanctorum Firmi, & Ruſtici in Leonico Vicentinæ Diœceſis: Veronæ duo ſancti Georgij in loco dicto Braida, quod eſt pulcherrimum, alterum ſancti Angeli in Monte: Brixiæ vnum ſancti Petri. His plurima ſunt connexa beneficia pro menſis, quibus Congregatio potitur, & gaudet, atque introitus non impares ad trecentos, & decem confratres (in circa) coalendos ex eis ſumuntur. Modum tandem, & ordinem tum ſacra faciendi, cum in ele-*

electionibus obſeruatum, cum etiam in Fratrum neceſſitatibus tribuendis, ex conſtitutionibus colligere poteris. Hæc ſunt quæ tibi humiliter poſcenti Illuſtri Admodum, ac deuotiſſimo Viro, & Fratri Colendiſſimo communia ſemper nobiſcum damus. Benigno igitur animo ea conſerues, quæ tibi, tuisque omnibus libentiſſimè ſunt oblata; Illuſtribus, ac Religioſiſſimis Confratribus DD. Franciſco, & Ignatio meo nomine ſalutem dicere quæſo: meique, ac noſtrorum omnium vt ſint in orationibus memores rogo, veluti ac noſtri, tuorumq. in ſacris memoriam facimus, vt iugiter Deo famulemur. Qui noſtri tandem miſeratus omnem impellat languorem, tribuat ſalutem, donetq. nobis pietate Patris Regna ſanctorum. Vale.

In Monaſterio S. Saluatoris de Lauro Romæ xv. Kal. Septemb. M D XCIII.

Cum XXIV *Aprilis conuentui dicatus eſſet, Rectores comparent diffidentiæ pleni: ita ſuſpenſis omnia agitabantur animis. Nec vano ſanè augurio. Ecce enim dilatis in* XVI *Maij Comitijs, Nuncius Apoſtolicus pleno conſeſſu geminas Clementis VIII. literas producit, quibus tum ille pleniſſima auctoritate munitur, tum Danieli Roſæ ademptus Generalis titulus Pontificis iuſſu in Ioannem Bonaſinum transfertur.* M D XCIV Nuncius Apoſtolicus Comitijs Canonicorum præficitur.

Venerabili Fratri Ludouico Epiſcopo Laudenſi noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Dominio Veneto Nuncio.

CLE-

Clemens Papa VIII.

Clementis VIII. diploma quo Rectorem Generalē nominat.

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter multiplices nobis ex ſummi Apoſtolatus officij debito incumbentes curas illam libenter amplectimur per quam opportunè conſulitur, vt perſonæ ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo famulantes, eam quam amplexi ſunt viuendi normam ſequantur, ac in his partes noſtras libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino expedire. Sanè cum nos hodie per alias noſtras ſtatuimus, quod Capitulum generale Congregationis Canonicorum Secularium ſancti Georgij in Alga illiusque Generalis, & aliorum Priorum ceterorumque officialium electio ſingulis annis iuxta ipſius Congregationis antiquas conſtitutiones, non autem quaſdam fel. record. Sixti Papæ V. prædeceſſoris noſtri literas celebraretur, & fieret, ac aliter, prout in dictis noſtris literis plenius continetur. Et ſicut accepimus Congregatio ipſa de proximo Dietam celebrare intendat. Nos cupientes vt ad electionem Prioris Generalis iuxta dictarum noſtrarum literarum tenorem, deueniatur, ac de perſona ad huiuſmodi officium exercendum habili, & idonea neceſſitatibus dictæ Congregationis, id ad præſens exigentibus, prouideatur, idque facilius, & melius fieri poſſe ſperantes, cum interuentu, & conſilio tuo, motu igitur proprio, & ex certa noſtra ſententia dilectum filium modernum Priorem Generalem dictæ Congregationis à die, quo dicta huiuſmodi celebrabitur ab eodem officio,

ficio, eadem cauſa abſoluentes, ipſumque officium ex tunc vacare, ceſſare, & omnino expirare harum ſerie decernentes Fraternitati tuæ per præſentes committimus & mandamus, quatenus eidem Dietæ præeſſe, ac in ea intereſſe debeas, & ad electionem noui Prioris Generalis ſingulos in eadem Dieta intereſſentes Priores, & Viſitatores procedere vſque pro futuro anno in ipſius Congregationis Priorem Generalem dilectum filium Ioannem Bonaſinum ad præſens Priorem ſancti Saluatoris in Lauro de Vrbe, de cuius prudentia & idoneitate plenam informationem habemus, eligant, & eligere debeant auctoritate noſtra iubeas & mandes. Nos enim eidem Dietæ, vt ad electionem huiuſmodi deuenire poßit, & debeat, plenam deſuper licentiam, & facultatem concedimus, decernimusque per præſentes, electionem ſic factam valere & tenere, eandemque vim & robur habere perinde, ac ſi à Capitulo Generali facta fuiſſet. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ Dilectis filijs omnibus & ſingulis dictæ Congregationis Prioribus, & Viſitatoribus prædictis quatenus ſtatim viſis præſentibus, nullo alio à nobis expectato mandato te in dicta Dieta tamquam ipſius Dietæ præſidentem Apoſtolica auctoritate deputatum recipiant, & admittant, tuiſque monitis & mandatis omnino pareant, atque obediant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis fir-

mitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die VII. Aprilis MDXCIV. Pontificatus noſtri Anno tertio.

M. Veſtrius Barbianus.

Clementis VIII. diſpoſitio pro triennio regimine.

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem ea, quæ ex cauſis tunc apparentibus à Sede Apoſtolica emanarunt ſi monaſterijs, ac regularibus locis, quibus conceſſa fuerunt, præiudicium afferant, & Religioni iacturam inducant prouiſionis ſuæ miniſterio ad priſtinum, ac debitum ſtatum reducere, ac alias deſuper diſponere, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus, licet iuxta antiquas conſtitutiones Congregationis Canonicorum Secularium ſancti Georgij in Alga Capitulum Generale ſingulis annis celebraretur, ac in eo Generalis, & alij Priores, ceterique officiales dictæ Congregationis eligerentur, quorum officia annalia tantum erant, tamen fel. rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas in forma Breuis confectas literas, ex certis, tunc expreſſis cauſis, inter alia ſtatuit, quod Capitulum Generale, & electio Generalis, ac aliorum Priorum, ceterorumque officialium dictæ Congregationis ſingulo triennio celebraretur, & fieret, ita quod eorum officia triennalia eſſent, ac alias prout in conſtitutionibus, & literis prædictis plenius continetur. Cum autem ex-*

pe-

perientia compertum ſit maximum exinde dictæ Congregationis detrimentum, & incommodum prouenire, illiusque vtilitati, directioni, & bono regimini plurimum expedire, vt ſingulis annis Capitulum Generale celebretur, & Generalis, & aliorum Priorum, ceterorumque officialium huiuſmodi electio fiat, illorumq. officia ſint annalia, prout ante dictas ipſius Sixti prædeceſſoris literas, ac iuxta Conſtitutiones prædictas fieri ſolebat. Nos, qui ipſius Congregationis conſeruationem, & incrementum valdè in Domino exoptamus, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Quod de cetero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale dictæ Congregationis ſingulis annis celebretur, ac in eo electio Generalis, ac aliorum Priorum, ceterorumque officialium dictæ Congregationis fiat, eorumque officia ſint annalia, & per annum tantum durent iuxta dictarum Conſtitutionum diſpoſitionem, quas omnino quoad hoc perpetuò obſeruari, ac ad illarum obſeruationem ipſius Congregationis, Priores, Viſitatores, & Canonicos cogi, & compelli poſſe volumus, & mandamus, ac propterea prædictas ipſius Sixti prædeceſſoris literas, quoad præmiſſa, illis alias in ſuo robore permanſuris, reuocamus, & annullamus. Decernentes officium moderni Prioris Generalis tantum in proxima Dieta celebranda omnino vacare, ceſſare, & expirare, ac ad alterius Prioris Generalis electionem in eadem proxima Dieta

ta omnino deueniri debere: itaquod de cetero perpetuis futuris tēporibus ſingulis annis incipiendo à proximo futuro Anno M D X C V *Capitulum Generale dictæ Congregationis fiat, & in eo ad Generalis, ac etiam aliorum Priorum, ceterorumque dictæ Congregationis officialium electionem deueniatur præſentibus Prioribus, ceteriſq. officialibus ad illud tempus duraturis. ſicque & non aliter, per Venerabilem Fratrem noſtrum Michaelem Epiſcopum Albanenſem S. R. E. Cardinalem Alexandrinum nuncupatum, modernum, & pro tempore exiſtentem ipſius Congregationis Protectorem, & alios quoſcunque ſuperiores, & iudices quauis auctoritate fungentes, etiam eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicare, & definiri debere, irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prædictis literis dicti Sixti prædeceſſoris, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis contra præmiſſa quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus*

ſpe-

ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda eſſet, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die v. Aprilis MDXCIV. Pontificatus noſtri Anno tertio.

M. Veſtrius Barbianus.

Verum ne iſta nouitate mouerentur Patres, Nuncius eos ad obedientiam Pontifici debitam exhortatur. Daniel Roſa conſtanti animo creditum onus deponit, & cum ceteris Canonicis ſucceſſorem propoſitum approbat. Rerum ſucceſſu, & Protectoris gratia, quam iam occupauerat, Bonafinus mire elatus ſub prætextu imminutæ rei domeſticæ tantum obtinuit, vt conſuetæ in rem veſtiariam expenſæ hoc anno Patribus fruſtra renitentibus ſubtraherentur. Ac licet res noſtræ eſſent acciſæ, Pontifex tamen pro expeditione Imperatoris Germanici in Turcas Vngariam deuaſtantes noſtris ſubſidium imperat: impoſitis duodecim Religioſorum Ordinibus ducatis ſexaginta millibus; anno ſequenti quadraginta millibus, & anno tertio ſeptuaginta millibus.

Veſtimẽta Canonicis negata.

Vectigal in expeditionẽ aduerſus Turcas Religioſis impoſitum.

MDXCV

Decima Aprilis Comitijs indictis Cardinalis Alexandrinus pro Generali eligendo ſex Canonicos proponit, è quibus Patres D. Fortunatum Vicentinum

num nominant, Viſitatores D. Ioannem Bonaſinum, & D. Egidium Mucciaferum. Multa moderandis impenſis, ſoluendisque debitis prudenter fuerunt ſancita. Cum Priuilegia Caſſinenſium nobis à Paulo II. integra eſſent conceſſa, Rectores quidam his freti iuuenes noſtros conſueta tonſuræ cerimonia clericis adſcribunt. Id vero ſolis Epiſcopis quum ſit conceſſum, detecto errore iſti à cenſura Eccleſiaſtica à Protectore liberantur, iuuenes autem debito loco ſacris initiati fuerunt.

MD XCVI *Vigeſima Aprilis aſſiſtente D. Aſcanio Clementino Auditore Antonij Mariæ Gratiani Epiſcopi Ariminenſis Nuncij Apoſtolici apud Venetos, antiqua Congregationis libertate depreſſa, Cardinalis Alexandrinus Canonicos quoſdam ad Generalis dignitatem ſelegit; è quibus Eugenius Cauazzonus Bononienſis eam obtinuit, adiectis Viſitatoribus D. Liuio Lielmetio, & D. Egidio Mucciafero. Ad Ordinis ſplendorem decernunt, in honorem S. Georgij quotannis octo dierum ſacra continuè celebranda. Daniel Roſa electus Rector S. Gregorij Bononiæ, cum Cardinalis Protector D. Io: Baptiſtam Truſam in gratiam Bononienſium propoſuiſſet, ſponte paucis poſt diebus muneri ſuo renunciauit, cui alter ſucceſſit. Quum Iulius Bordonalis Prior S. Saluatoris in Lauro etiam Procuratorem eſſet electurus, D. Siluius Maiolus Cardinalis Protectoris produxit literas, quibus ipſe Procurator dicti cœnobij declarabatur, do-*

nec

nec Cardinali aliter videretur. Quin eò proceſſit Cardinalis fauor, vt ipſe idem Generalis vniuerſæ Congregationis Procurator peculiari decreto conſtitueretur. Quod poſtea inuitis Patribus in annum ſequentem Pontificis auctoritate confirmabatur. Generalis Procurator electus

Hoc Anno die XXIII *Nouembris Clem. VIII. Congregationi noſtræ S. Ioannis Euangeliſtæ in Luſitania conceſſit, quod extra quatuor anni tempora, & per quemcumque Epiſcopum tribus Dominicis, vel feſtis continuis, non ſeruatis interſtitijs à Concil. Tridentino deſignatis poſſent ſacros ordines ſuſcipere. Quod nobis etiam eſt cum ijs commune.*

Hoc anno excommunicationes quaſcumque noſtris Conſtitutionibus comprehenſas aboleri placuit ſubſtituta pœna temporali, cum Summus Pontifex anno MDXCIII *die* XXVI *Maij diplom.* Sanctiſſimus Dominus noſter, qui iampridem, &c. *in fauorem inferiorum eam ſuperioribus, & Rectoribus cuiuſcumque ordinis cenſuræ, & caſuum reſeruatorum facultatem reſtrinxiſſet. In cuius diplomatis obſequio Patres hæc ſibi præſcripſerunt.* Cenſuræ in Cõſtit. ſublatæ.

Cum omnium noſtrum ſit omni ſtudio parere decretis Summorum Pontificum & his præcipue, quibus animarum ſalus tuetur ac regitur: nobis viſum eſt de his omnibus ſubſcriptis caſibus per Sanctiſſimum D. N. Clementem VIII. reſeruatis ſuperioribus Religionum ad noſtrarum animarum ſalutem decretis, & ordinatis, decernere, & ordinare, vt infra.

Om-

Omnes qui per triennium completum Miſſæ ſacrificium celebrauerint poſſint ad inuicem ſe audire in confeſſione, & à peccatis abſoluere, qui vero per id tempus non celebrauerint confiteantur cui voluerint ex approbatis. Clerici, & Conuerſi teneantur confiteri vni ex Deputatis.

Deputatis conceditur facultas abſoluendi ab his caſibus reſeruatis tantum à tertio, ab octauo præuia reſtitutione ſi fieri poteſt, à Nono, & à Decimo excepto homicidio. Qui non ſunt deputati, & celebrauerint per triennium poſſint abſoluere à Nono.

Nulli conceditur facultas abſoluendi ab excommunicationibus maioribus, & alijs cenſuris, ſed tantum à caſibus.

M D XCVII Comitia protrahuntur. *Die* XX *Aprilis ante conuentus generalis ſolemnitatem Antonius Maria Gratianus Epiſcopus Ariminenſis apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam Nuncius Apoſtolicus accerſiuit P. Eugenium Cauazzonum Congregationis Rectorem Generalem cum ſuis Viſitatoribus, quibus poſt prandium accedentibus exponit, ſibi ab Illuſtriſſimo Cardinali Alexandrino Protectore iniunctum eſſe, vt ipſorum Comitijs præeſſet, Patrumque animos diſponeret ad electionem D. Iulij Bordonalis Brixienſis in locum Generalis, ſed vt ſolus nominaretur, ſuffragijsq. ſubjceretur. Ipſi verò ægrè ferentes inuſitato hoc modo Societatis libertatem labefactari Reuerendiſſ. Nuncio ſupplices petunt, vt eorum cauſam tueretur, ſe interea*

reli-

reliquis Comitiorum ſocijs id expoſituros. Animis Initio dubijs ac in diuerſum tractis, tandem vnanimi conſenſu decretum fuit, Capitulum Generale ſuſpenderetur, donec de voluntate Illuſtriſſimi Cardinalis Protectoris aliquid certi haberent; in conſilij partem adſciſcendum eſſe Legatum. Quem etiam ſibi fauentem habuerunt: dum ijs ſolemni hac ratione per Auditorem ſuum Congregationis dilationem indicit.

Die XXI Aprilis MDXCVII.

Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Antonius Maria Gratianus Epiſcopus Ariminenſis iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, & quia in Capitulo hodie in Congregatione S. Georgij in Alga, aliqua de nouo emerſerunt, quæ ad pacem, & tranquillitatem dictæ Congregationis requiruntur, dictum Capitulum ad aliquot dies differri, donec de dictis emergentibus certior fiat Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Cardinalis Protector, ideo ad effectum prædictum Capitulum prædictum ſuſpendit, illi uſque executionem donec Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Cardinalis præfatus certior reddatur, eiuſque reſponſio habeatur, non obſtantibus Conſtitutionibus dictæ Congregationis ceteriſque quibuſcunque, quibus pro hac vice tantum in parte tangente in coactionẽ Capituli in hac die cadentẽ derogauit.

Aſcanius Clementinus Auditor Generalis
de mandato expreſſo Illuſtriſs. D. Nuncij.

Daniel Roſa ablegatur Romã.

Patres igitur D. Danielem Roſam cum literis ſuis, & Illuſtriſſimi Nuncij ad Protectorem ablegant. Hiſce munitus iter init: Romæ à Protectore benigniſſime acceptus cum voti compos factus eſſet, Venetijs die VII *menſis Maij Patribus Protectoris literas humaniſſimas offert.*

Generalis aſſumptis Viſitatoribus rem cum Nuncio communicat. Inde Comitia ad XIII *Maij indicta. Vbi ille negocijs impeditus Auditorem ſuo loco intereſſe voluit. Electi hic D. Egidius Buccaferus Generalis; Daniel Roſa, & Eugenius Cauazzonus Viſitatores. Romam verò S. Saluatoris in Lauro Præfectus mittitur D. Bonifacius Fremoldius doctrina, rerum vſu, & morum lenitate conſpicuus, quò res noſtræ apud Cardinalem Protectorem, cui animus paulo acrior erat, loco æquiori eſſent. Huic Siluius Maiolus Patauinus, nouo primus exemplo Romæ Procuratoris Generalis titulo adiunctus fuit, multiſque interceſſione Cardinalis Alexandrini immunitatibus Clementis VIII. beneficio condecoratus, non ſine multorum indignatione, qui rei inſolentia mouebantur. Prudenti Summi Pontificis reſcripto omnibus cœnobijs, & Canonicis Priuilegia, & immunitates conceſſa confirmantur ſub antiquo titulo Societatis Canonicorum Secularium.*

Clemens VIII. Sum. Pont. Priuilegia noſtra confirmat ſub titulo Canonicorũ Seculariũ.

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Paterna noſtra erga Congregationem* CANONICORVM SECVLARIVM *S. Georgij*

in

in Alga Venetiarum charitas, ac eiuſdem congregationis Canonicorum viciſſim in Nos, & Apoſtolicam Sedem deuotio poſtulant, vt priuilegia, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Sede prædicta conceſſa, vt firmiora perpetuò, ac illibata ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter muniamus. Supplicationibus igitur pro parte dilectorum filiorum Rectoris Generalis, & Canonicorum eiuſdem congregationis Nobis per dilectum filium Siluium Maiolum Patauinum Procuratorem. Generalem eiuſdem congregationis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eoſdem Rectorem, & Canonicos vniuerſos, & ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, conceſſiones, immunitates, exemptiones, indulgentias etiam plenarias, & alias gratias tam ſpirituales, quàm temporales, eidem congregationi, ac eius Generali, & alijs Rectoribus, & Canonicis, eorumque Monaſterijs, & domibus, ac eccleſijs, nouitijs, fratribus, conuerſis, commiſſis, ſeruitoribus, colonis, & familiaribus per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, præſertim verò Eugeniū Quartum, Pium Quartum, & Pium Quintum, ac Sedem

prædictam quomodolibet conceſſa, confirmata, approbata, & pluries innouata, necnon literas Apoſtolicas etiam in forma Breuis, omniaque in illis contenta, quatenus ſint in vſu, & minimè reuocata, nec ſub vllis reuocationibus comprehenſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui in eiſdem interuenerint, ſupplemus, ac ea omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus obſeruari debere, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Torcellan. ac dilectis filijs præceptori S. Spiritus in Saxia de Vrbe, necnon Archipresbytero Eccleſiæ Veronen. per præſentes committimus, & mandamus, vt ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alios vbi, & quando pro parte dictorum Rectoris Generalis, vel aliorum Rectorum, & Canonicorum dicta congregationis, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, præſentes litteras ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficat-

fica-

ficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, illos vniuerſos, & ſingulos eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet moleſtari; contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & omnibus illis, quæ prædicti prædeceſſores voluerint non obſtare, ceteriſq. contrarijs quibuſcunq.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXI. Februarij MDXCVII. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

M. Veſtrius Barbianus.

Interea Pontifex octauum Ianuarij diem B. Laurentio in Æde S. Mariæ ab Horto Venetijs indulgentia plenaria literis munita ſacrum conſtituit. B. Iuſtiniani feſtũ Indulgentia plenaria ſolemne.

Vigeſimaoctaua Martij Cardinali Alexandrino defuncto Cardinalis Auguſtinus Valerius Protector ſuffectus eſt. Qui cum ex voto nobis obtigiſſet, ſexto Aprilis D. Liuius Lielmetius Patauinus Congregationi præficitur: Vir bonis literis inſtructus, quarum aliquot in publico ſunt documenta, inter quæ varijs in locis apud nos appicta parietibus extant eius carmina. Viſitatores D. Egidius Mucciaferus, & D. Celſus Piſtorellus. His Comitijs D. Siluius Maiolus tamquam Societatis Procurator generalis ſpeciali Pontificis MDXCVIII Liuius Lielmetius Poeta.

ficis

ficis priuilegio contra communem conſuetudinem cùm intereſſe poſſet, varijs pollicitationibus inductus, ſtudio emanſit: non quidem euitandæ nouitatis, ſed maioris emolumenti cauſa: quod poſtea euentus docuit. Interim hoc in præſens ſuæ facilitatis precium tulit, vt Rector S. Saluatoris Romæ eligeretur. Conſtitutionibus noſtris ad ſupremos in Theologia doctura honores neminem admittentibus, qui non quinquēnium docuerit, abrogatum fuit, ea conditione, vt candidatus publicam diſputationem ſuſtineret. Quarta Iulij Rectori Generali cum Definitoribus non ab re viſum fuit, Societati ære alieno obrutæ ſuppetias eſſe ferendas, vt tandem aliquando ſubleuaretur. & quia maximo afficiebatur damno, dum pecunia collatitia è diuerſis cœnobijs in communem vſum exigeretur productis nominibus fictis, difficultatibus hinc inde excuſſis decreuerunt, vt grauamina, vulgo Taxæ, prorſus tollerentur, eorumque vice ab vndecim Patribus, vel Definitoribus intra annum pro eorum prudentia cuivis cœnobio pro annonæ defectu, aliave neceſſitate circumſpectè proſpiceretur. Ceterum quoniam ne hac quidem ratione ſubleuabatur ære Societas, neceſſariū pleriſq; videbatur, vt Patres Deputati, acceptorum atque expenſarum rationes quouis trimeſtri non huius tantum, ſed præterii etiam anni diligenter conferrent, vt de Procuratorum diligentia, & fide pleniùs conſtaret. Multa præterea aduerſus priuatam cuiuſque poſſeſſionem allata fuerunt. Hoc anno petitioni

De Theologiæ Doctoribus ſtatutum.

Pe-

Petri de S. Ioanne Ordinis noſtri in Luſitania Procuratoris generalis vt ſatisfieret Clemens VIII. Sum. Pont. Indulgentiam B. Laurentij feſto Venetis conceſſam publico decreto Luſitanis nobiſcum communem eſſe voluit. B. Laurentij feſto Indulgentia Luſitanis côceſſa.

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Saluatoris noſtri, & Domini Ieſu Chriſti, qui de ſinu Patris ad infima mundi deſcendens, & formam ſerui accipiens, in ara Crucis pro humani generis redemptione pretioſiſſimum ſanguinem ſuum effundere voluit, Vices quamquam immeriti gerentes in terris eius tanto pretio redemptorum fidelium curæ noſtræ commiſſorum ſalutem anxiè procuramus, quam vt facilius conſequi valeant, illos ad pietatis opera, quæ ad illam gradus ſunt, frequentanda cæleſtium gratiarum donis allicere ſtudemus. Supplicationibus itaque dilecti filij Petri à S. Ioanne in Sacra Theologia Doctoris, ac Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ Portugalliæ Procuratoris Generalis, nobis inſuper humiliter porrectis inclinati, omnibus & ſingulis Congregationis ſancti Georgij in Alga religioſis, ac alijs vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſsis, ac ſacra Communione refectis, qui quaſcumque dictæ Congregationis Eccleſias, vbicumque exiſtentes, in S. Georgij Martyris, & S. Io. Euangeliſtæ, necnon B. Laurentij Iuſtiniani, & proprij titularis Eccleſiarum vniuſcuiuſq. Monaſterij, & Abbatiarum prædictæ Congregationis feſtis diebus à primis* Clementis VIII. diploma pro B. Laurentij feſto.

Ve-

Veſperis vſque ad occaſum Solis dierum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus pro religioſis dictæ Congregationis perpetuò, pro alijs verò ad decennium dempto Anno Iubilei dumtaxat valituris. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu ſecretarij ſubſcriptis, & ſigillo prædictæ Congregationis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Ferrariæ ſub annulo Piſcatoris, die XX Iulij MDXCVIII. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Officium, & Miſſa B. Laurentij typis vulgata.

Petentibus porro Canonicis noſtris, paulo poſt non minori Pontificis auctoritate B. Laurentij Officium, & Miſſa typis ſeorſim vulgatur.

Clementis VIII. diploma pro officio B. Iuſtiniani celebrãdo.

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Noſtræ auctoritatis partes in his rebus libenter interponimus, quæ ad religioſorũ pietatem, & deuotionem quam erga ſuæ religionis fundatores Viros Beatos gerunt, magis declarandum pertinent prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Sanè*

pro

pro parte dilectorum filiorum Rectorum Generalium & vniuerſarum Congregationum S. Georgij in Alga, & S. Ioannis Euangeliſtæ Regni Portugallici, quæ ſub eiſdem habitu, & regula ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantur nobis nuper expoſitum fuit quod cum pro eo, quem erga B Laurentium Iuſtinianum primum Patriarcham Venetiarum earumdem Congregationum fundatorem gerunt, deuotionis affectu Officium de eodem B. Laurentio, quod ex Apoſtolicæ Sedis indulto de communi Pontificis Confeſſoris in eiſdem Congregationibus recitatur cum lectionibus proprijs, & Miſſam vt infra, deinceps recitare, & celebrare poſſe deſiderent, lectiones huiuſmodi cum Antiphonis, & orationibus ad præſcriptum Romani Breuiarij Feſto ipſius B. Laurentij accommodatis compilari curarunt, ac ad nos, & Apoſtolicam Sedem examinandis, & approbandis humiliter remiſerunt, Nobisque humiliter ſupplicari fecerunt vt eorum pio deſiderio in præmiſſis de benignitate Apoſtolica annuere dignaremur. Nos igitur Rectorum, & Congregationum prædictarum pijs votis quantum cum Domino poſſumus ſatisfacere cupientes Lectiones, Antiphonas, & Preces, ac Miſſam prædictas dilecto filio noſtro Cæſari titulo Sanctorum Nerei, & Achillei Presbytero Cardinali Baronio nuncupato examinandas, & reformandas commiſimus, qui Cæſar Cardinalis retulit ſe illas examinaſſe, vidiſſe, cognouiſſe, atque probaſſe. Quare prædictos Rectores,

& Congregationes, eorumq. Canonicos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulis à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, &c. Supplicationibus eorum nomine ſuper hoc vt præfertur humiliter porrectis inclinati, Lectiones, Antiphonas, Preces, & Miſſam huiuſmodi, vt præfertur à dicto Cæſare Cardinali, viſas, cognitas, examinatas, atque probatas, ac inferius inſertas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac eiſdem Rectoribus, & Canonicis vniuerſis, vt tam publicè in Choro, quàm priuatim illas in officio quod in Feſto, & octaua B. Laurentij ab eis recitatur pariter reſpectiuè recitare, & illas recitando obligationi recitationis diuini Officij ſatisfacere poſſint auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Ordo autem, & tenor illarum eſt, qui ſequitur. Omnia vt in impreſſorio. Non obſtante quod Feſtus dies B. Laurentij prædicti non ſit in Kalendario Romano adſcriptus, ac noua Breuiarij editione, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Ferrariæ die XXII Septembris MDXCVIII. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

Huius anni menſe Septembri variæ ſimultates inter noſtros increbruerunt. Plerique enim ad Prælatos reformandis clericis præfectos Romam libellos ſupplices aduerſus ſuperiores miſerunt. Quorum falſæ delatio-

lationes breui detectæ euanuerunt; ſed ne diſcriminibus quidem caruit Societas, quæ Deo auxiliante à Reformatione tunc temporis vigēte immunis permanſit.

Patres vigeſima Aprilis in Generalem aſciſcunt D. Marinum Milanum Ariminenſem virum ſolertem, & prudentem, Viſitatoribus electis Laurentio Brocca Patauino, & Eugenio Tadeo. Vnum hic inter cetera decreuerunt, quòd Conſtitutiones noſtræ expurgatæ maturiùs in Etruſcum idioma traducerētur: cui labori D. Liuius Lielmetius S. Mariæ in Vantio Patauij Rector præficitur. Opus quidem feliciter perfectum, neſcio qua de cauſa nunquam prodierit. In tabularijs noſtris ſub die XIV *Maij ad Antiſtitem noſtrum Epiſtola eſt Cardinalis Terrænouæ, qui Romæ præerat Congregationi ſupra Indicem librorum prohibitorum, qua procurante D. Bonifacio Fremoldio Societatis noſtræ Procuratore, & nominatæ Congregationi à conſilijs, libri ſuſpenſi è Bibliothecis publicis cænobiorum noſtrorum, vel priuatis in alium locum reponi iubentur, donec indice Roma tranſmiſſo de ijs aliquid conſtitui poſſet. Secunda verò Septembris nonnulla in Societatis conſeruationem ſancita fuere, rationes nempe triennij proximè elapſi ſumma diligentia examinarentur. Subſtructiones etiam omnes Rectoribus vetitæ: Rectori Generali, & Viſitatoribus permiſſum benefactores, & amicos moderata quadam remuneratione proſequi.* MDXCIX

Rector Generalis XVIII *Aprilis ſucceſſorem habuit* MDC

Hieronymum Zinum Bononienſem, Viſitatores Marinum Milanum, & Egidium Mucciaferum. Patres vnanimes conſtituunt, vt qui Generalis munus obierant, reliquos Canonicos Vicario excepto praecedant, ac Deputatis inſuper cœnobij accenſeantur. Interdictum praeterea, vt vnquam proponeretur venditio Vineæ, quæ Romæ eſt.

Vigeſima Auguſti Rector cum Definitoribus multa deliberant de ſubleuanda Societate ab ære alieno, & de emendandis moribus. Tandem Pontificem Rectoris interceſſione decretum Procuratori Generali Congregationis Siluio Maiolo communicatum reuocaſſe indicat Cardinalis Antonianus.

MDCI *D. Protaſio Ferrarino ſeptima Maij Generalis munus defertur; electi Viſitatores D. Cletus Artuſius, & D. Bonifacius Fremoldius. Hoc anno incendium Veronæ in medio ædis S. Georgij in Braida tholum abſumpſit magna totius Congregationis iactura.*

MDCII *Vigeſima ſecunda Aprilis Ferrarino D. Cletus Artuſius Venetus ſufficitur: Viſitatores nominati Egidius Mucciaferus, & Veſpaſianus Vicentinus. Rectori S. Mariæ in Vantio D. Bonifacio Fremoldio controuerſia, quæ de prærogatiua cum Lanificiorum Collegio adhuc pendebat, expediunda relinquitur. Quæ tamen hac ratione fuit compoſita, vt negociatores iſti ſe Canonicis Regularibus ſancti Ioannis in Viridario, nobis autem Notarij Collegiati in publicis ſupplicationibus ſe iungerent. Priuilegiorum, Inſtru-*

men-

mentorum aliorumque diplomatum, & literarum diligens recognitio, ac digeſtio Danieli Roſæ commendatur, qui eo nomine publicis impenſis omnia noſtra cænobia viſitauit, ac ſingulis ſuum Archiuum ordinauit. Eodem conuentu ſingulis Canonicis in veſtimenta ex cænobij ære certa quotannis impenſa concedebantur. Quæ conſuetudo in hodiernum diem perdurat. Commodior etiam & concinnior excogitata fuit veſtiendi ratio, quæ hodie maiori decore ſeruatur. Inſuper liberiorem in publico candidæ veſtis vſum, inter priuatos parietes duntaxat receptum concordibus ſuffragijs aboleuere, ſeruato ad maius decorum habitu violaceo. Quod hiſce Pontifex ratum habuit.

CLEMENS PAPA VIII *Ad futuram rei memoriam. Quæ ad Religioſorum antiquum inſtitutum conſeruandum prouidè ordinata fuiſſe dicuntur, ea, cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis firmitate libenter communimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius Generalis Congregationis ſancti Georgij in Alga Venetiarum, quod per vndecim Patres deputatos Capitulum Generale eiuſdem Congregationis repræſentantes communibus votis reſolutum fuit, vt tolleretur abuſus inter religioſos dictæ Congregationis introductus intereſſendi diuinis Officijs in Choro, in Eccleſia, in proceſſionibus particularibus, & alijs locis publicis, cum ſola tunica alba veluti contrarij inſtitutis, & habitui antiquo eiuſdem Congre-* Clementis VIII. diploma veſtis albæ vſus tollitur.

gre-

gregationis: Et propterea deinceps Religioni deberent vbique, & in omni tempore, & præſertim Domi in Monaſterijs, & locis eiuſdem Congregationis deferre Togam coloris cærulei Pellandam nuncupatam iuxta Conſtitutiones eiuſdem Congregationis, & inſtar illius, quam deferebat B. Laurentius Iuſtinianus eiuſdem Congregationis inſtitutor. Vt autem nullo tempore in poſterum prædictæ reſolutioni, ſeu decreto prædictorum vndecim Patrum Deputatorum contraueniatur, idem Generalis totius Congregationis prædictæ nomine nobis humiliter ſupplicari fecit, vt illud Apoſtolica auctoritate perpetuò confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui iuxta petentium votis noſtrum non denegamus aſſenſum, Generalem, & ſingulos religioſos dictæ Congregationis à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Venerabiliũ fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & Regularium deputatorum decretum Capituli Generalis prædictum, vt ſcilicet omnes, & ſinguli dictæ Congregationis Religioſi Togam Pellandam nuncupatam coloris cærulei deferre vt præmiſſum eſt teneantur auctoritate Apoſto-

ſto-

ſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illud per dictos Religioſos inuiolatè obſeruari debere decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXII. Auguſti MDCII. Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Inclinante iam anno, Clemens VIII annuas dignitates in triennes mutauit. Promulgato itaque ſequentibus Comitijs, quartadecima Aprilis Pontificis decreto, Patres Cleto Generali, multiſque Rectoribus officia confirmarunt. electis Viſitatoribus D. Bonifacio Fremoldio, & D. Gratia Dei Pauono Veronenſi. Pontificis autem diploma eſt huiuſmodi. MDCIII

CLEMENS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Circumſpecta Romani Pontificis ratio nonnunquam ea quæ certis ſuadentibus rationibus per eam geſta ſunt ex alijs non minus rationalibus cauſis immutat, & ad priſtinum ſtatum reducit, prout æquitas ſuadet & in Domino conſpicit expedire. Dudum ſiquidem licet congregatio S. Georgij in Alga Venetia-* Clementis VIII. diploma pro trienni regimine.

tiarum ex priuilegio fel. rec. Innocentij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri ſibi conceſſo Priores annales in Capitulo Generali dictæ congregationis, quoties id expedire iudicaret, confirmare poterat, nihilominus piæ mem. Sixtus Papa V. etiam prædeceſſor noſter, habita ratione grauium expenſarum, quæ ſingulo quoque anno in viaticis dicti Capituli Generalis ex mutatione Canonicorum fiebant. Quodque Rector Generalis, ac alij Priores, & Officiales annales nihil emolumenti dictæ congregationi, & illius Monaſterij tam breui tempore afferre poterant, ac in temporalibus Monaſteria dictæ congregationis damnum ſentiebant ex continuis mutationibus Miniſtrorum ſtatuit, & ordinauit, quod Generalis, cæterique Priores, & alij officiales dictæ congregationis triennales forent; idemque confirmauit in conſtitutionibus dictæ congregationis reformatis ſuo tempore ex ſententia S. R. E. Cardinalium ritibus ſacris præfectorum. Poſtremo nos ex certis expreſſis cauſis nobis expoſitis adducti, ſtatutum, & ordinationem dicti Sixti prædeceſſoris Apoſtolica auctoritate reuocauimus, ac etiam ordinauimus, quod Generalis, & alij Priores, & officiales prædicti annales eſſent, prout in dicti Sixti prædeceſſoris, ac noſtris deſuper confectis literis plenius continetur. Cum autem, ſicut ad nos perlatum eſt, vtilius futurum ſit eidem congregationi, vt illius ſuperiores de cetero triennales exiſtant, prout ante noſtrum decretum exiſtebant. Propterea nos vtilitati dictæ congre-

gre-

gregationis hac in parte proſpicere cupientes, ac tenore noſtrarum, & dictorum prædeceſſorum literarum; perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, Apoſtolica auctoritate, literas noſtras prædictas, ac ordinationem, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, tenore præſentium perpetuò reuocamus, ipſamque Congregationem in priſtinum, & eum, in quo ante literas noſtras erat, & prout ipſe Sixtus prædeceſſor poſuerat, ſtatum, reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ita vt Generalis, & alij Priores, & officiales dictæ Congregationis poſthac in futuris Capitulis generalibus de nouo eligendi triennales exiſtant, & eſſe debeant, ſicuti ipſe Sixtus prædeceſſor ſtatuit, & ordinauit, vt præfertur, ac deinceps de triennio in triennium eligantur. Decernentes ex nunc omnes, & ſingulas electiones, & quaſuis alias diſpoſitiones de dictis officijs in Capitulo generali, aut alibi aliter faciendas nullas prorſus exiſtere, ac fore, ſicque per quoſcumque Iudices, & Conſeruatores, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, ac definiri debere. Irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem vt ſi in proxime futuro Capitulo generali, ad huiuſmodi Prioratus, & officia eligi contingat aliquos ex ijs, qui

in præſenti anno Priores, & officiales huiuſmodi fuerunt, attento quod de cetero non per annum, vt hactenus, ſed per triennium ab eiſdem Prioratibus, & officijs vacaturi ſunt, nihilominus ipſi etiam in eodem Capitulo generali ſic electi triennales exiſtant, & eſſe debeant, non obſtantibus præmiſſis noſtris literis, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dictus prædeceſſor in ſuis literis præfatis voluit non obſtare, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus præterea quod præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIV. Martij MDCIII. Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Diſplicuit id multis, qui ad annuam munerum viciſſitudinem aſpirabant. Hinc varijs de eorum adminiſtratione poſtea rumoribus occaſio naſcebatur. Quibus motus Pontifex nouitati alias ſatis fauens, auctoritate Apoſtolica Epiſcopum Lauellum vniuerſæ Congregationi Viſitatorem aſſignat. Is cùm Venetias appuliſſet, Pontificis morte interueniente,

Se-

Sereniſſimi Senatus Veneti arbitrio nihil vlterius tentauit. In his comitijs, comitatis, & æquitatis exemplo euidentiori, abſente Rectore Vicarij iubentur Rectoribus aduenis, pariterque Viſitatoribus, locum cedere, cum illi tantum officio non dignitate polleant, ideoque neque ab ijs vlla ratione conuocari poſſe Canonicos. Sed nec Viſitatores, nec Rectores extranei à Rectore loci obligantur exeundi facultatem petere per ſe, aut per ſuos ſubditos: ſi tamen ſocium velint eius Monaſterij domeſticum, hic ſuum Priorem eo nomine compellet. Additum hic fuit conducendos eſſe Philoſophiæ, & Theol. Lectores, ne iuuenes externis lectionum auſcultationibus variè diſtraherentur. Cuiuſuis hebdomadæ feria quinta nulli feſto dicata B. Laurentij Officium recitaretur.

M D C I V.

Exacto varijs ſucceſſibus altero Sodalitatis noſtræ ſeculo, in congreſſu S. Georgij tertia Maij de more præter conſuetam ſingulis annis familiarum commutationem, petentibus nonnullis conceſſum fuit pecuniam ſuam fœnori locare, in emolumentum cuiuſcumque cœnobij, cui ſe poſſeſſor fauere profitebatur, reſeruato ſibi in vita ſortis cenſu. Sodalitatis annus Secularis.

Quarta Maij congregati de more Rectores in Diui Georgij cœnobio conſeruatores eligunt Senatores ampliſs. Nicolaum Contarenum, & Antonium Quirinum. CAMILLVS BVRGHESIVS *hoc anno Pauli V. titulo euectus ad apicem Apoſtolatus ne Summi* M D C V

Pauli V. ad Pôtificatú electio.

Pontificis prædeceſſoris prouidentiæ quicquam hac in parte diſceſſiſſe videretur, Epiſcopo Lauello Marcum Cornelium Epiſcopum Patauinum Virum præſtantiſſimum in Viſitatorem Apoſtolicum Congregationis noſtræ ſubrogat; qui vt Pontificis mandatis pareret, onus ſumma obit ſolertia, cœnobia noſtra quæque & patres omnes ſeorſim, vt moris eſt, inſigni pietate viſitat, ſimulque binos ex patribus viros optimos, Liuium Lielmetium, & Paulum Milotum rationibus recognoſcendis præficit: cetera ad Congregationis ſplendorem, & vitæ religioſæ conſeruationem neceſſaria, magno ſtudio in tabulas referri iubet. At maiori labore, quàm fructu. Ea enim fuit quorundam è noſtris, & in primis Bonifacij Fremoldij Viſitatoris prudentia, ac dexteritas, vt Pontifex à Magnatibus, noſtriſq. fautoribus priuatim de negotio edoctus hanc rerum minutiſſimam inueſtigationem parum ſibi gratam, noſtræve Congregationi vtilem cenſuerit. Sublato itaque viſitationis rigore, vt aliquid ſuæ benignitatis argumentum Congregationi præberet Pontifex, cùm in dies magis, magiſq. Venetijs, & alibi D. Laurentij Iuſtiniani Protopatriarchæ cultus vigeret, nouo reſcripto eiuſdem Officium, & Miſſam quinta qualibet hebdomadæ feria celebrari ſanxit.

Pauli V. diploma, de officio B. Laurentij.

PAVLVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus fel. record. Clemens Papa Octauus prædeceſſor noſter alias dilectis filijs Canonicis Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum*

rum

rum indulſerit, vt in eorum Eccleſijs Feſtum B. Laurentij Iuſtiniani dictæ Congregationis fundatoris ſolemniter celebrare, ac Officium, & Miſſam cum Lectionibus proprijs de eodem B. Laurentio recitare licitè poſſint, prout in eiſdem prædeceſſoris literis in forma Breuis deſuper expeditis plenius continetur. Cumque poſtea ijdem Canonici in Capitulo Generali eiuſdem congregationis ordinauerint, vt ab eiuſdem congregationis Canonicis, & Religioſis Officium prædictum de B. Laurentio feria v. cuiuſcunque hebdomadæ alio Feſto non impedita recitaretur. Nunc vt Officium ipſum dicta feria quinta maiori cum veneratione recitetur, cupiunt huiuſmodi ordinationem per nos comprobari, ac aliquam illis, ac alijs intereſſentibus, indulgentiam benignè concedi; Quare nobis ſupplicatum fuit, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorum pijs votis quantum cum Domino poſſumus annuere cupientes, ac ipſos Canonicos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, vel pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum Clementis prædeceſſoris prædictarum tenore præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicatio-

cationibus inclinati ordinationem prædictam de recitando Officio de B. Laurentio feria v. cuiuſcunque hebdomadæ alio feſto non impedita confirmantes, & approbantes omnibus, & ſingulis eiuſdem Congregationis Canonicis, qui officium huiuſmodi ſiue in choro, ſiue extra chorum deuotè recitauerint, vt præfertur necnon alijs vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus Officio huiuſmodi, ſeu Miſſæ de B. Laurentio deuotè intereſſentibus, tres annos de iniunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta qualibet vice id egerint relaxamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem & præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides habeatur vbique, quæ ipſis præſentibus haberetur.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXIX. Iulij MDCV. Pontificatus noſtri Anno primo.

Eodem anno Summus Pontifex IX *Nouembris ſingulari erga nos benignitate, Priuilegia noſtra, immunitates, exemptiones, indulgentias, aliaque ſpiritualia, & temporalia bona à Summis Pontificibus anteactis temporibus liberaliter noſtris conceſſa, confirmauit.*

PAVLVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam.*

riam. Paterna noſtra erga Congregationem Canonicorum Secularium S. Georgij in Alga Venetiarum charitas, ac eiuſdem congregationis Canonicorum viciſſim in nos, & Apoſtolicam Sedem deuotio poſtulant, vt priuilegia, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & Sede Apoſtolica conceſſa, vt firmiora perpetuò, & illibata ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robore libenter muniamus. Supplicationibus igitur pro parte dilectorum filiorum Rectoris Generalis, & Canonicorum eiuſdem congregationis per dilectum Siluium Maiolum Priorem Monaſterij S. Saluatoris in Lauro nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac eoſdem Rectorem, et Canonicos vniuerſos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, conceſſiones, immunitates, exemptiones, indulgentias etiam plenarias, & alias gratias tam ſpirituales, quàm temporales eidem congregationi, ac eius Generali, & alijs Rectoribus, & Canonicis, eorumq. Monaſterijs, & domibus, & alijs Nouitijs, Fratribus, Conuerſis, commiſsis, ſeruitoribus, colonis, & familiaribus, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, præſertim verò Eugenium Quartum, Paulus V. Priuilegia confirmat.

Pium

Pium Quartum, Pium Quintum, Gregorium Decimum tertium, Sixtum Quintum, & Clementem Octauum, ac Sedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſa, confirmata, approbata, & pluries innouata, necnon literas Apoſtolicas etiam in forma Breuis, ac omnia, & ſingula in illis contenta, quatenus licita, & honeſta, ac in vſu ſint, & non ſint reuocata, neque ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac contra libertatem Eccleſiaſticam non tendant, ac ſacris canonibus, & Concilij Tridentini decretis non aduerſentur, ac debitæ nobis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiæ, & fidelitati non repugnent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui in eisdem interuenerint, ſupplemus, ac ea omnia, & ſingula perpetuò valida, & efficacia eſſe, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere: Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

mus. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Torcellan. ac dilectis filijs Præceptori Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ac etiam Archipresbytero Eccleſiæ Veronen. necnon Archidiacono Paduan. per præſentes committimus, & mandamus, vt ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Rectoris Generalis, vel aliorum Rectorum, & Canonicorum dictæ Congregationis, aut alicuius eorum fuerint requiſiti præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aßiſtentes faciant auctoritate noſtra illos vniuerſos, & ſingulos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſcumque, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ prædicti Prædeceſſores in ſingulis eorum literis voluerunt non obſtare, cæterisque contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die IX. Nouembris MDCV. Pontificatus noſtri Anno primo.

M. Veſtrius Barbianus.

MDCVI *Finito ita triennio, Capitulum Generale interuertit Summi Pontificis cum Sereniſſima Republica Veneta diſſidium, quo feliciter compoſito Anno* MDCVII *cum Cardinalis Ferdinandus Tauerna tituli S. Euſebij Ordinis noſtri Protector auctoritate ſua Romam Comitia indixiſſet, ipſe præſens D. Romano Auguſto Brixienſi ſacræ Theologiæ Doctori, in vico Nigolentæ territorij Brixienſis molliter, & tranquillè degenti Generalis onus defert, Viſitatoribus electis D. Marco Bentio, & D. Petro Paulo Miloto. Multa Eminentiſſimus Protector vna cum patribus ad priſtinæ diſciplinæ ſplendorem propoſuit, inter cetera optimo Cardinalis conſilio imperatum fuit bina cœnobia in ſtudioſorum commoditatem Patauij nempe ac Bononiæ, iuuenibus ſeligenda, quò ad vberiorem animi cultum concedere poſſent. Ne tamen multitudine, ac frequentiori numero damno eſſent, annuas cuique impenſas à ſuo cœnobio ſubminiſtrandas eſſe. Iam enim Clementis VIII. prouidentia cautum erat, omnibus cuiuſcumque profeſſionis Monaſterijs, ne plures reciperent, quàm quibus redditus pares eſſent. Plura etiam Cardinalis iam à nobis frugalitatis ſtatuta ad noſtri conſeruationem in vſum reuocari ſuaſit: ad maiorem cultus noſtri venuſtatem biretum depreſſius in formam eleuatiorem, & quadratam mutari. Neque inferior Cardinalis feruor, qui rebus noſtris minimè perſpectis, nec exploratis liquido patrum ingenijs, totam Generalis auctoritatem ad ſe trahere, cœnobia*

viſi-

viſitare, atque ad nutum omnia regere conabatur. Patres verò libertatis ſtudioſi, ingenij lenitate tandem eiuſmodi impetum mitigarunt. Annus hic prædio noſtro ſumptuoſè extructo in vico Sablono incendio grauis erat.

Duodecimo Maij congregati Rectores in D. Georgio de more euulgant, quod Cardinalis Protector noſtrarum rerum ſtudioſiſſimus à Pontifice decretum obtinuerat, quo vetitum fuit, ne vllus in Patria ſua Rectoris munus gereret. Optimo ſanè euentu, dum ille nobis præerat. Iuſſit præterea quod rationes expenſarum præteritorum annorum perſpicerentur, itemque in vnoquoque cœnobio perpetuo Theologia, vel Caſus conſcientiæ prælegerentur. Niuibus hic annus memorabilis ædificijs, prædijsque plurimum damni attulit. MDC VIII.

Cletus Artuſius iam grauior ætate, dum vitam monaſticam cum ſacerdotio ruri S. Mariæ de Breſſigaia in Diœceſi Portus Gruari commutat tranquillitatis ſtudio, quem eius loco inuenit, labore confectus breui in meliorem vitam tranſijt. MDCIX

Vigeſima ſexta Aprilis Generalis Conuentus Venetijs actus, aſſiſtente Nuncio Apoſtolico Berlingerio Gypſio Epiſcopo Ariminenſi, quem poſtea Cardinalem vidimus. Petrus Paulus Milotus depoſito Viſitatoris munere Generalis appellatur, Vir optimis moribus, doctrina, & concionandi facultate illuſtris, qui libertatis ſtudium Cardinalis Tauernæ neceſſitu- MDCX

dini pro virili antepoſuit, anteceſſoribus vigilantia, diſciplinæ ſanctimonia, rei augendæ cura nihil inferior. Viſitatores D. Dorotheus Baronus, & D. Gratiadei Pauonus. In his Comitijs decreta ſummi Pontificis à Cardinali tradita fuerunt perlecta, quæ præter nouitatem cùm plurima haberent aſpera vixque toleranda, patres conuocato Sabloni Definitorum conſilio ad vigeſimam ſextam Maij, & ad S. Georgium in Alga die XIX Auguſti, re maturè deliberata reſpondent ſe non obtemperaturos alijs decretis, quàm ijs quæ ſuis conſtitutionibus reſpondeant.

Moniales Hiſpaniæ noſtri inſtituti.

In Comitijs etiam Hiſpaniæ Moniales ſimili nobiſcum inſtituto, habitusque colorè viuentes, in ſpiritualium bonorum participationem prælecto libello ſupplici libenter admiſſæ. Idem pariter impetrabant aliæ cænobij Diæceſis Cartagenæ, Conceptioni B. Virgini Aluaretæ propè Murtiam in Hiſpania dicati, alumnæ.

MDCXI

Auctor Canonicis adſcriptus

Memorandus hic mihi occurrit annus, quo annos natus quindecim edito apud Paulum Milotum Congregationis moderatorem voluntatis, ac ingenij ſpecimine, impetrataque à parentibus, & fratre dimiſſione, religioſo huic cætui benignè adſcriptus die VII Nouembris Vicentiæ à D. Bonifacio Fremoldio S. Rocchi Rectore optimo, & præſtantiſſimo viro, clerici habitum humiliter ſuſcepi.

MDCXII

Decima ſeptima Ianuarij in cænobio D. Georgij ab Alga Nouem Definitores vniti Lucam Cheſinum

Pa-

Patauinum S. Iacobi Montiſſilicis Rectorem indefeſſi laboris virum publico Congregationis nomine Romam mittunt, vt nouis Cardinalis Protectoris molitionibus apud Pontificem Paulum V. intercederet. Reſpublica Veneta Patrem ſuis literis commendauit Simoni Contareno Equiti Oratori ſuo, Senatori conſilio, prudentia, & in rebus agendis dexteritate admirabili, qui noſtræ Societati addictiſſimus nihil prius habuit, quam libertatem eius conſeruari. Varijs item nonnulli machinationibus triennem rerum adminiſtrationem ad annuam reducere conabantur, inter quos Siluius Maiolus Cardinali Tauernæ olim inuiſus, nunc intimus. Sed omnes illius molitiones variè probata regendi conſuetudo penitùs eliſit. Simon Cōtarenus laudatur.

Completo itaque triennio vigeſima ſecunda Aprilis conuocatis Comitijs Rector ex more quædam præfatus ſiſcitabatur, quo nomine Siluius Maiolus, cùm non ſit Rector, nec Socius, huc acceſſiſſet. Reſpondit ille, Clementis VIII. Pont. voluntate id factum: cuius literas cùm produxiſſet, Generalis eas ſumma demiſſione receptas prælegendas dedit. Rogatus vltra aliaſne haberet, Cardinalis Protectoris exhibuit, ſecedere iuſſus, dum ij ſententias inter ſe conferrent. Vocatus redit, cui in memoriam reuocant Patres iam ante aliquot annos ipſum euitandæ nouitatis ſtudio in publico congreſſu, quod à Pontifice impetrauerat, ſuffragij ius liberè abnuiſſe. Cui rationi cùm non acquieſceret, auctoritate Pontificis factum tutatus, tandem MDCXIII

inui-

inuitus extruditur. Ceteri conſenſu vnanimi, declarato Paulo Miloto S. Saluatoris ad Laurum Priore, Antiſtitem D. Gratiamdei Pauonum ſibi eligunt; Viſitatores nominati, D. Bonifacius Fremoldius, & D. Iuſtus Beneuenutus Venetus: Conſeruatores Ordinis conſtituuntur Senatores ampliſs. Thomas Contarenus, & Leonardus Mocenicus. Congregationis adminiſtratio propter aduerſam Generalis valetudinem Bonifacio Fremoldio Viſitatori conceſſa, qui Protectoris ſectatores, nouitatis auidos, ſolerter obſeruauit, eorumque conatus omnes prudenter repreſſit, & arduis in rebus Sereniſſimi Senatus Veneti auctoritate tandem omnia ad priſtinam religionis tranquillitatem redegit.

Sabloni poſſeſſio in controuerſiam vocata.

Hoc Anno & ſequentibus litigio omnium maximo Congregatio exagitata fuit. Coloni villæ Sabloni apud Coloniam potentiorum auctoritate moti, vt de alieno creſcerent, & maiorum ſuorum egeſtatem profligarent, Patribus S. Georgij in Braida Veronæ alienæ poſſeſſionis occupatæ apud Venetum Magiſtratum diem dicunt. Etſi verò loca ipſa, & antiqua cœnobij iura Canonicorum noſtrorum innocentiam tuebantur, accuſatio tamen locum habuit, & Sablonij olim nemoris ius antiquum in dubium reuocatur. Res aduerſis concionibus actitata, nequitia quorumdam, qui opulentia Patrum, & agreſtium hominum inopia magis, quàm rei æquitate ducebantur, uariè periclitabatur, dum coloni huius nemoris ab An. MCCCXXVIII

Canis

Canis Magni Scaligeri Veronæ Domini liberalitate poſſeſſionem obueniſſe ex falſo Codice aſtruebant. At Patres vetuſtiſſimum ab anno CM LXII *Ottone imperante Legatum adducunt, quo à Garimberto Archidiacono cœnobio noſtro ius conceditur Caſtri Sabloni, cum ſiluis, piſcationibus, ſeruis, ancillis, &c. vſque ad eam ætatem continuò ſeruatum. Conquiſitis hinc inde varijs monumentis, noſtra iura porrò ſummis laboribus, & expenſis proſequi nitimur. Qua in re ſummopere enituit vigilantia, & ſtudium D. Michaelis Angeli Zanaſchi, qui ne voluminum mole Iudicum animos offenderet, omnium ſummam, & oppoſitas aduerſarijs ſuæ cauſæ rationes ſtrictim ſingulas typis exhibuit. Quibus tandem Dei ſummi prouidentia fauorabilem æquitati ſententiam obtinuit: quam ſapientiſſimo Senatu dignam, ne tam ingentis beneficij memoria interiret, hiſce Commentarijs noſtro Ordini gratis animis expendendam conſigno.* MDCXIV.

MARCVS ANTONIVS MEMMO *Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Angelo Iuſtiniano de ſuo mandato Poteſtati Coloniæ, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis quod ſub die* XIII *Inſtantis in Excellentiſſimo Conſilio noſtro de XL. Ciuili nouo ob delegationem ad illud factam per Excellentiſſimum maius Conſilium ſub die* XXV *Iulij* MDCXIV *occaſione paritatis ſequutæ in Excellentiſſimo Collegio XXV Deputatorum in cauſa*

ſa vertente inter Reuerendos Canonicos S. Georgij in Braida Veronæ ex vna, & Commune Sabloni ex alia, per Viros Nob. Antonium Bollani, Paulum Marcello Capita, & Andream Vendramino Vic. Cap. Vigore dictæ delegationis poſita fuit pars tenoris infraſcripti, videlicet. Che l'inſtromento di donatione par fatto da Can Grande della Scala l'Anno MCCCXXVIII *al Commun, & huomini di Sabion come carta machinata, nulla, & inualida inſieme con la ſententia delli Signori X. Sauij dell'Eccellentiſſimo Senato dell'Anno* MDCXI. XXX *Genaro ſiano per auttorità di queſto Conſeglio detto inſtromento di donatione, & ſententia in tutte le ſue parti tagliati, caſſati, reuocati, & annullati con tutte le coſe anneſſe, conneſſe, ſeguite, & dependenti, così che per l'auenire ſiano di niun valor, efficacia, ouer momento, come ſe mai ſtati fatti non foſſero, & in tutto, & per tutto giuſta la forma, & continentia della dimanda preſentata per li Reuerendi Padri di S. Georgio in Braida di Verona all'Eccellentiſſimo Collegio predetto ſotto li* XXIV *April* MDCXIII. *Et captum fuit quod inſtrumentum donationis, & ſententia prædicti cum ſequutis, vt ſupra, incidantur in omnibus iuxta formam, & continentiam petitionis prædictorum Reuerendorum Canonicorum præſentatæ in Excellentiſſimo Collegio XXV. Deputatorum ſub die* XXIV *Aprilis* MDCXIII *& reproductæ in prædicto Excellentiſſimo Conſilio ſub die* XXIX *Iulij pro-*

proximi præteriti, vt in ea. Cuius tenor item præſentibus regiſtratis mittimus, videlicet. Si come l'infortunio de noi Canonici del Monaſterio di S. Giorgio in Braida di Verona d'eſſer ſtati ſpogliati de' beni poſſeduti dal ſudetto noſtro Monaſterio continuamente per lo ſpatio di D L X V *anni con fondamento di legittimi titoli, è ſtato così ſtrano, & ſingolare, che per auentura non ſi ritrouerà eſſempio ſimile, Così ſono ſtate ſingolari le cauilloſe inuentioni, con le quali venne fatto à gl'Interuenienti per il Commun di Sabione d'ingannar la buona mente delli Signori X Sauij dell'Eccellentiſſ. Senato, che ſotto li* X X X *Genaro* M D C X I *fecero ben di ſtretto giudicio la ſententia del ſudetto ſpoglio, Poiche in tanto reſtò adombrata, & offuſcata la verità da machinate, & cauilloſe diſputationi, che li ſudetti Illuſtriſſ. Signori fondarono la ſudetta loro ſententia ſopra ſcritture, & ſuppoſiti aſſolutamente falſi, Il fondamento potiſſimo delle pretenſioni del Commun di Sabion, & della ſententia ſudetta, è ſtata vna machinata carta di donatione, nella quale ſi finge che dall'Anno* M C C C X X V I I I *Can Grande dalla Scala donaſſe certo Boſco al ſudetto Cōmun, qual carta nè fù, nè poteua eſſer fatta da Can Grande; Onde quando altre volte ella è comparſa in giudicio sì innanzi il Podeſtà di Cologna, come nell'Eccellentiſſ. Conſeglio di X L Ciuil nouo, è ſempre ſtata ſprezzata come nulla, & inualida, Da queſto hanno preſo occaſione gli Auerſarij noſtri di cauilloſamente intro-*

Pppp durre

durre nelle loro Diſputationi, che in Sabione vi foſſero doi Boſchi, ſi che poteſſero hauer loco la realtà de noſtri titoli, & ſcritture noſtre, con quali prouiamo, che il Boſco di Sabione è ſempre ſtato del Monaſterio di S. Giorgio, & anco poteſſe hauer loco la ſudetta loro machinata carta, dalla qual pure hà anco hauuto origine la falſità, che pare, che nella ſudetta ſententia ſi ſuppona conforme alli cauilli de noſtri Auerſarij, cioè, che in qualche tempo il Commun di Sabion habbia poſſeduto il Boſco ſudetto, del qual non hebbe mai vn' hora di poſſeſſo, & queſto come anco tutto il di ſopra eſpoſto è ſtato così felicemente prouato innanzi la Sereniſs. Signoria con la produttione da noi fatta delle ſcritture noſtre, del diſſegno, & di altre ſcritture non più prodotte, che tutti quelli Illuſtriſſimi Signori doppo otto giorni di longhiſſime diſpute fatte ſopra il merito, ſono reſtati così bene, & compitamente perſuaſi dalle viue ragioni noſtre, che vniform. con tutti li ſei voti hanno delegato a' XXV Signori Sauij dell'Eccellentiſs. Senato la cauſa noſtra, che habbiamo contra il ſudetto Commun ſopra il Boſco di Sabion così detto dalle pertinenze, nelle quali è ſituato, & già CL anni detto le Sgarbè doppo eſſer ſtato col ſgarbarlo da noi ridotto à coltura. Qual delegatione è ſtata confermata dall'Eccellentiſs. Senato, dando ad eſſi Signori Giudici delegati facoltà di poter metter vna, & più parte & di poter giudicar cum toto negotio con la medeſima auttorità di eſſo Eccellentiſs. Senato. Però noi Canonici

nici

rici del Monaſterio di S. Giorgio ſudetti riuerentemente inſtiamo, & ricerchiamo dalla bona giuſtitia di Voſtre Signorie Illuſtriſſime, & Eccellentiſſime Signori Giudici delegati, che la ſudetta carta di donatione, che par fatta da Can Grande della Scala l'anno M CCC XXVIII, *come carta machinata, nulla, & inualida ſia tagliata, & annullata inſieme con la ſententia delli Illuſtriſſimi Signori X Sauij dell'anno* M DC XI. XXX *Genaro cum ſequutis omnibus. ſi che ſia il Monaſterio di S. Giorgio in Braida di Verona ritornato, & ſtabilito nella patronia, & legittimo poſſeſſo della ſua Pezza di terra delle Sgarbè di Sabion altre volte Boſco, in modo che mai più poſſi per tal cauſa ſotto qualunque imaginabil preteſto eſſer moleſtato. ſalue nel reſto tutte le noſtre ragioni, quomodocumque, & qualitercumque: Quare cum prædicto Conſilio vobis mandamus, vt dictam partem inciſionis vt ſupra captam cum omnibus contentis in ea ſimul cum petitione prædicta in omnibus ſuis partibus prout ſtant, & iacent exequamini, & ab omnibus inuiolabiliter exequi, & obſeruari faciatis: Caſſari, & aboleri faciendo ſupradictum Inſtrumentum donationis, & ſententiam cum ſequutis ex omnibus libris, ſcripturis, & filcijs, in, & ſuper quibus deſcripta reperirentur. Poni, & reduci faciendo ſupradictos Reuerendos Canonicos in illis Iure, ſtatu, gradu, conditione, & eſſe prout in petitione prædicta per eos petitum eſt. Has autem noſtras ad futurorum memoriam in Can-*

cellaria veſtra regiſtrari faciatis, & præſentanti reſtituite.

Dat. in noſtro Ducali Palatio Die XIX Menſis Maij, Indictione XIII. MDCXV.

Exhilarata Societas tali ſententia, altera recreata fuit lætitia.

MDCXV Paulus Milotus Epiſcopus Clodienſis eligitur. *Summus Pontifex Paulus V. Petrum Paulum Milotum Romæ Rectorem, ſummo noſtrorum gaudio, Clodienſem Epiſcopum creauit, quam voluntatem quingentorum Ducatorum Venetorum honorario ijſdem teſtari placuit. Vir mitiſſimis moribus, Sac. Theol. paginis, mox concionandi ſtudijs addictus, ad Congregationis magiſtratus tranſlatus poſt Generalis titulos, dignè hos honores promeruit, in quibus ita ſe geſſit, vt perennem ſui memoriam in Clodienſium animis reliquerit.*

MDCXVI *Exacto triennio XIX Aprilis conuocatis Comitijs, omnes in Fremoldij ſtudium ac modeſtiam conuerſi eum Generalis titulo dignum eſſe cenſebant. Ipſe verò Lucretio Mazuchello Brixienſi hanc dignitatem impetrat; Viſitatoribus electis D. Hilario Galeſio, & D. Michaele Angelo Zanaſco; Prioratus S. Mariæ in Vantio dignitate contentus. Mazuchellus hiſtoriarum notitia clarus, tum pietate, tum fide demandatam ſibi prouinciam optimè rexit, obiectaſque initio falſas criminationes vitæ innocentia euertit. Interea cùm plurimi Congregationis honores non ex meritis, ſed magnatum fauorem affectarent; Pau-*

lus

lus V. aduerſus huiuſmodi ambitum hoc diploma cum alijs ordinibus nobis commune eſſe voluit.

Pavlvs Papa V. *Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam nemo debet ſibi aſſumere honorem niſi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vitæ inſtituto valde alienum eſt, vt Religioſi viri, qui honorum, & dignitatum gradus, ſanctitate vitæ, & alijs religioſis virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus cùm ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptosque humiliter adminiſtrare decet, mendicatis ſecularium præſertim perſonarum ſtudijs ad eos ſibi aditum patefacere contendant. Vnde magna in Eccleſia Dei ſcandala, & damna exoriri ſolent. Nos qui pro muneris noſtri debito in hoc potiſſimum laborare non deſiſtimus, vt Eccleſiaſtica, regularisque diſciplina priſtinæ obſeruantiæ reſtituatur, hoc malum à Congregatione Canonicorum Secularium Sancti Georgij in Alga Ordinis S. Auguſtini, cuius proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ Sanctæ vtilitatem ſinceris deſideramus affectibus propellere cupientes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulos Canonicos dictæ Congregationis cuiuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtentes, qui de cetero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia Officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, & alia-*

Pauli V. diploma contra ambitum.

aliarum quarumcumque perſonarum tam ſecularium, quàm Eccleſiaſticarum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſeculari dignitate, & excellentia etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium fauores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, alijsque vijs illicitis directè, vel indirectè, palam, vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinen. aſpirauerint, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſierint, aut etiam ſponte oblatis, & minimè conquiſitis vſi fuerint, illorumq. complices, & fautores vinculo excommunicationis latæ ſententiæ, à qua niſi per nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui nequeant, innodamus, ipſosque & eorum quemlibet ad quaſcumque Prælaturas, dignitates, officia, gradus, honores, adminiſtrationes, & munera in ipſa Congregatione obtinen. perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus, & officijs huiuſmodi eo ipſo priuamus, ac priuatos voce tam paſſiua, quàm actiua carere decernimus, & declaramus, atque in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis etiam latæ ſententiæ pœna omnibus dictæ Congregationis Canonicis, Superioribusque, & Prælatis quocunque titulo nuncupatis, etiam Rectori Generali præſentibus,

bus, & futuris præcipimus, diſtricteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, vel litteris, vel fauoribus adducti, vel aliàs ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque tam ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum, extra dictum gremium exiſtentium prædictorum ad cuiuſuis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia prædicta Congregationis promouere audeant, ſeu præſumant. Decernentes electiones, & promotiones ad Monaſteria, ſeu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Congregationis contra præſentium diſpoſitionem (quod abſit) quandocunque facien. & pro tempore obtinen. nullas prorſus, inualidasque fore, & eſſe, ac omnes, & ſingulos in præmiſſis delinquentes, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eoipſo incurrere, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, &

con-

conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisq. contrarijs quibuſcunq. Aut ſi prædictis Canonicis, vel quibuſvis alijs communiter, aut diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Vt autem harum literarum notitia ad omnes Congregationis huiuſmodi Canonicos facilius deueniat, volumus illas pro hac prima vice in ſingulis dictæ Congregationis domibus regularibus, & deinde in ſingulo quoque Capitulo generali, ſeu dieta dictæ Congregationis publicè legi, illasque vt præfertur lectas ſic omnes arctare, ac ſi vnicuique intimatæ fuiſſent, illarumque exemplis etiam impreſſis manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Rectoris Generalis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignantis eandem prorſus fidem habere, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die XVIII. Iunij MDCXVI. Pontificatus noſtri Anno XII. S.Cobellutius.

Duo-

Duodecima Iunij indicto Venetijs conuentu patres Simonem Contarenum Equitem præſtantiſſimum in defuncti Thome Contareni locum vnanimes Conſeruatorem eligunt. MDCXVII

Res inſuper omnes, quæ ad vſum conceduntur Canonicis noſtris, poſt ipſorum mortem ad publicum Societatis bonum transferendas ſtatuunt.

DE ERIGENDO MONTE
Ex ſpolijs morientium.

Vt bono publico totius Congregationis noſtræ, animarumque Canonicorum, omniumque Fratrum noſtrorum pro viribus conſulamus, ſtatuimus & terminamus, quod res omnes cuiuſcunque generis, ſeu qualitatis exiſtant, quæ ad vſum conceduntur Canonicis, & Confratribus noſtris, poſt ipſorum mortem ad beneficium, & vſum publicum Congregationis tranſeant, exceptoque Infirmario, cui à Patribus Deputatis aliquid concedi poſſit, vſque ad ſummam trium Ducatorum, nemini particulari (neque etiam in minima quantitate) applicari poſſint; ſed vendantur, & ex pecunijs ex dicta venditione detractis, ac ex ijs (ſi quas Defunctus ipſe ex conſueta Indulgentia ad ipſius vſum habuerit) erigatur Mons alius (vltra ordinarium) qui perpetuò manere debeat in hunc, qui ſequitur modum.

Primò in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præ-

cipimus omnibus Confeſſarijs noſtræ ſodalitatis, qui electi fuerint ad curam animæ alicuius infirmi, quod diligenter curent perſuadere infirmo, graui morbo oppreſſo, vt ſibi ipſi prò ſalute animæ bene conſulat, & quod ob id non ſolum plagas criminum expurgare, clypeoque Sacramentorum Eccleſiæ ſe munire curet, verum etiam, quod veſtimenta abijciat, ne in lucta, quam cum vigili hoſte eſt habiturus, miſere ſuccumbat.

Sicque procuret, vt ipſemet infirmus conficere faciat ſcripturam aliquam, medio cuius, poſt eius mortem vera notitia haberi poſſit debitorum, ac creditorum, omniumque rerum ab ipſo Defuncto relictarum.

Statim vero, quod aliquis ex noſtris Confratribus (vt ſupra) vita functus fuerit, Prior, ſiue Vicarius, vel alius Maior in ordine conuocatis Patribus Deputatis, vel etiam aliquo alio ex Maioribus (caſu quo Deputati vna cum Superiore non eſſent ad minus tres) pergat ad cellam Defuncti, fideliterque conficiatur inuentarium omnium, & quarumcumque rerum, ab ipſo Defuncto relictarum.

Poſtea Prior ipſe ſi aderit, (ſi abſens fuerit expectetur) vna cum Deputatis, bené inſpectis ſingulis rebus à Defuncto relictis, faciat pretium vnicuique rei (adhibitis etiam peritis exteris ſi opus fuerit) ac Confratribus etiam Hoſpitibus (ſi aderint) necnon familiæ Monaſterij eiuſdem Ciuitatis, nempè Venetiarum, Veronæ, & Vincentiæ res ipſas omnibus Confra-

fra-

fratribus ipſis emere volentibus in termino dierum octo vendat in hunc, qui ſequitur modum.

Aliquis ex familia (ad beneplacitum Prioris) benè oſtenſa omnibus emere volentibus re vendenda, alta voce petat pretium maius (ad nutum Prioris) æſtimatione (vt ſupra) facta, deinde paulatim (aliqua interpoſita morula) deſcendat, ſicque primo annuenti ipſa res detur.

Si duo eodem tempore petierint, Actio reiteretur, niſi concorditer alter alteri cederet.

Si ex colluſione, vel aliqua alia de cauſa, res ipſæ vendendæ ad nimis vile pretium deſcenderent, tunc per Priorem firmetur venditio ipſius rei, & ad aliam diem transferatur, & ſi cauſa perduraret, poſſit ipſa res vendi pacto, & conuentione, & (excepto habitu Congregationis) etiam exteris Laicis.

Quidquid pecuniarum, tam ex actualiter repertis, quam ex ſpolijs venditis extractum fuerit in termino dierum trium poſt octo iam dictos (vt ſupra) reponatur in capſa publica Monaſterij, indeque minimè remoueri poſſit, niſi ordine infraſcripto.

Poſt celebrationem Capituli Generalis, vel Dietæ poſſint per Priorem, & Deputatos in vnum congregatos exhiberi Procuratori Monaſterij de tẽpore in tempus pecuniæ Montis Defunctorum, pro ſoluendis itineribus Confratribus mutatis, & pro emendis rebus victui neceſſarijs tantum, ne ipſæ res ſub fide recipiantur, & hoc vſque ad menſem Auguſti incluſiuè.

Sed volumus, diſtricteque præcipimus, vt pecuniæ ipſæ Procuratori conſignatæ, vt ſupra, per totum menſem Nouembris in prædicta capſa denuò reſtituantur, nec inde remoueri poßint, niſi poſt proximam Dietam, vel Capitulum Generale Anni ſubſequentis, modo, ordine, & conditione, vt ſupra.

Quando verò Mons ipſe auctus fuerit ad ſummam denariorum ſufficientem, pro ſupraſcriptis impenſis faciendis iuxta qualitatem Monaſteriorum, quæ quidem ſumma pro vnoquoque Monaſterio declarari debeat (viſis videndis) per Reuerendißimum Patrem Generalem, & Viſitatores, tunc ex pecunijs ipſis vltra ſupradictam ſummam in capſa exiſtentibus poßint per Priorem, & Deputatos ſolui grauamina, ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria impoſita, vel à Sancta Sede, vel à Serenißimo Dominio Venetiarum, ita tamen vt ſemper, & perpetuò remaneat ſumma ipſa terminata pro expenſis faciendis, vt ſupra.

Et vnumquodque Monaſterium habeat particularem librum pro ratione tenenda rerum à Defunctis relictarum, in quo tam introitus, quàm exitus deſcribatur.

Et quoniam experientia docet, quod niſi grauis pœna tranſgreſſoribus imponatur, negotium in abuſum tranſibit, ideo ſtatuimus, quod ſi Prior, vel alius ipſius loco, defecerit in conficiendo Inuentario, vt ſupra, vel ſi ſolus ante ipſius Inuentarij formationem cellam Defuncti

functi ingredi præſumpſerit, ipſo facto (probata re) ſit priuatus dignitate, vel officio, & perpetuò habeatur infamis.

Prior vero, & etiam Deputati eadem pœna feriantur, ſi caſu, quo pecuniæ extractæ de capſa pro ſupradictis expenſis faciendis, minimè fuiſſent per præfinitum tempus in capſam reſtitutæ, in termino octo dierum, dictam tranſgreſſionem Generali, & Viſitatoribus non denunciauerint, ac poſtremò eadem pœna feriantur, ſi ex capſa ipſa extrahi permiſerint pro quacumque alia cauſa, vltra ſupra narratas.

Generalis verò Rector, & Viſitatores admoniti, vel à Priore, vel à Deputatis de tranſgreſſione aliqua (vt ſupra) diligenter curent quamcitius emendare neglecta, quod ſi non fecerint, & ipſi poſt expletum officium perpetua laborent infamia.

Qui vero in reliquis contrafecerit Diſpoſitioni huius Conſtitutionis, puniatur à Generali, & Viſitatoribus iuxta qualitatem culpæ. Concordat cum originali.

In hiſce porrò comitijs ſupplicem libellum porrexit D. Catarina de Salcedo cœnobij Ieſu, & B. Virginis in ciuitate Hueta apud Hiſpanos Antiſtita, vt moniales communi nobiſcum inſtituto vitam, & veſtitum ducentes, noſtræ Congregationis priuilegijs, ac immunitatibus fruerentur; quod nullis renuentibus facilè obtinuit.

De-

Decretum etiam fuit ijſdem bonorum ſpiritualium communicationem impertiri, quæ pariter ſecularibus viris, & mulieribus humiliter vnionem noſtram petentibus ex liberalitate Patrum conceditur.
MDC XVIII *Eamque anni ſequentis die* XVII *Septembris in congreſſu Patrum pari benignitate Moniales ſancti Petri ciuitatis Conchæ in Hiſpania S. Georgij in Alga inſtituto viuentes impetrauere.*

MDCXIX *Completo triennio quintadecima Aprilis conuocatis Comitijs Siluius Maiolus ambitu flagrans adfuit, qui rogatus quomodo præter conſuetudinem non vocatus veniſſet, reſpondit, ſe vigore diplomatis Sanctiſſimi Pauli V. Pontificis Anno* M D C X V I *ſexta Iunij impetrati, & literarum Vice-Protectoris Cardinalis Vrſini acceßiſſe, quas anni præſentis die* X X V I *Februarij obtinuerat, illaſque Rectori porrexit, vt publice legerentur. Iis lectis, cum varij Patrum ſenſus eſſent, Generalis amicè monet ab inſtituto deſiſtat, cùm non ſit neſcius Pontificem pridem re à noſtris expoſita ſententiam mutaſſe. Ille nihilominus tenax propoſiti eorum animos ſua pertinacia vicit, qui ipſum in ſuas partes priuato ambitu pertrahere volebant, hac tamen conditione, vt ſine libertatis præiudicio hac vice interueniret. Atque ita triginta ſuffragijs, ominòſo veluti numero, contra receptam conſuetudinem, quæ nouem ac viginti calculos exigebat, Michael Angelus Zanaſcus Generalis appellatur. Viſitatores electi D. Lucretius Mazzuchellus, &*

D. Hor-

D. Hortenſius Ottolinus. Siluius poſt amicorum ſuaſu Pontificis diploma conuentui tradidit, ſeque nihil vlterius in comitijs moliturum profitebatur. Patres hac æquanimitate moti eum Calculatorem generalem eligunt, atque exactis iam in noſtra Societate octo & quadraginta annis emeritum declarant. Cum ex diuerſis infortunijs tanto ære grauaretur Societas, vt ſui redditus ſuſtentandis noſtris, & exſoluendis vectigalibus vix ſufficerent, decretum fuit Nouitios haud admittendos niſi numeratis primo anno ſexaginta coronatis argenteis, & certa ſupellectili adducta, quæ poſt aliquot annos in ſummam priori æquiualentem permutata fuit. Conſilij ſane ratio, vt initio fuit tolerabilis, ſic temporis tractu in abuſum verſa, non parum detrimenti attulit. Ad vnionem conſeruandam ſtatutum fuit, neminem poſſe alteri litem intendere, niſi eam ſub talionis pœna ſubſcripſerit. Nec de vllo facto poſſe accuſari quemquam niſi à teſte oculato. Generalis natura indulgente varij & portentoſi ingenij vir, Mathematicis diſciplinis excultus; lites Sablonias ſupra memoratas bono euentu ad finem perduxit, anteceſſoris Generalatum ſuo idem ingenio variè adminiſtrauerat, iamque rebus præfectus, Congregationis omnia ſingulari magnificentia decorare ſtudebat, ſummaque prudentia ſine vlla affectatione grauitatem perpetuo retinebat. At quum alumnos ſuos plurimum adamaret, & familiares haberet, in ceteros de puniendi occaſione intempeſtiuè ſolici-

Societas ære preſſa.

lici-

licitus, multorum in ſe odia concitauit. Inde Congregationis tranquillitas priuatis diſſidijs turbata fuit. Vnus nempe per ea tempora ad arbitrium adminiſtrabat, nulla Viſitatorum auctoritate, nullo contradicente omnia ad nutum regebat.

MDCXX *Quinta Maij Cardinalis literis in congreſſu Rectorum Patribus Correctoribus facultas datur commutandi Priores. Itaque D Lucas Cheſinus Prior ſanctæ Mariæ in Vantio Brixiam ablegatur; cuius locum ſuppleuit Dionyſius Morarius S. Petri Rector. Noui exempli res inſignem peperit animorum commotionem, ex qua infinitæ poſtea diſſenſiones ſubortæ.*

MDCXXI *Sed & anno ſequenti à quibuſdam Rector Generalis ſollicitatus, & præſertim Siluij Maioli exhortationibus, Bonifacij Fremoldij Rectoris S. Iacobi Montiſilicis viri prudentia, ac vitæ integritate inſignis dignitatem impetere tentauit, non ſine ſuſpicione fraudis, aut excitatæ ab alijs inuidiæ. At fruſtra. Fremoldius enim Romam ſe transferens impetrata appellatione, à Patribus V. Definitoribus, innocentia ipſius proſpecta, liberatus prolixiorem Canonicorum affectum ſibi conciliauit. Generalis nihilominus nouis rebus ſuas partes excitare pergit, variaque fortunæ facie triennium dignitate perfunctus hoc vnum nactus eſt commodi, quod exſpirante officio omnium animos haberet paratiores, cum D. Gabrielem à Fonte Ariminenſem Virum Clariſſimum ſucceſſorem deſignaſſet. Quod etiam ex voto ſucceſſit ſecundis om-*

omnium ſuffragijs, qui eum iſto honore merito condecorandum cenſebant, ea ſpe, vt literarum ſtudia, & tranquillitatis felicitas reuiuiſcerent, omniaque ipſius prudentia ex priſca dignitate conſeruarentur. Nec enim vana hæc erat multorum opinio. Is namque ingenio à natura inſtructus acerrimo Patauij humanis, ac ſacris literis grauem operam iuuenis impenderat, ſummisque viris ibidem gratus Theologiæ Lauream reportauerat, eruditionem illuſtrauit morum candor, ſolertiam in rebus agendis auxit prudentia eius ſingularis, qua ſemper ſe rarum moderationis exemplum probauerat. Viſitatores electi fuerunt D. Fauſtinus Iouita Venetus, & D. Petrus Varotarus Veronenſis.

Hoc tempore Summus Pontifex Gregorius XV petentibus Illuſtriſſimo Patriarcha Venetiarum, Clero Veneto, & Canonicis noſtris, ſpeciali reſcripto tribus ſenioribus Rotæ Auditoribus Clariſſimis, Io: Baptiſta Coccino, Alphonſo Manclanedo, & Iacobo Caualerio committit negotium inter Sanctos recipiendi Laurentium Iuſtinianum. Ii vero Venetijs Illuſtriſſimo Nuncio, Epiſcopo Torcellano, Patriarcham Aquileienſem, & Primicerium Eccleſiæ D. Marci addunt, vt exacte in eius vitam, mores, virtutes, & miracula inquirerent: quod feliciter inceptum fuit.

Anno itaque MDCXXI *die .... Maij ſumma obſeruantia ſuſcepto Generalis honore, prima noui magiſtratus cura Gabrieli erat Diui Georgij in Alga* MDCXXII

cænobio de neceſſarijs proſpicere. Deinde paterno affectu, ſummaque vigilantia aſſumptis Viſitatoribus monaſteria obire cæpit. Hic iuuenum ſtudia auxit, obliteratos veteris religionis mores reſtituit, non omiſſa prouentuum cura. Lombardiæ cænobia poſtquam ſic viſitaſſet, proximè in Flaminiam conceſſit, inde Romam. Pontificem vix iam veneratus erat, cum Pontifex ſumma omnium lætitia Epiſcopatus Veglienſis in D. Aloyſium Lippomanum nobilem Venetum noſtri Ordinis Canonicum, & S. Mariæ ab Horto Rectorem transferret, ea de more noſtris Epiſcopis conſueta honoris acceſſione, quod Summi Pontificis manu amiculum reportaret. Interea Generalis omnia ſecum animo concipiens pro viribus, ac temporis opportunitate, cùm iam non mediocri rerum vſu deprehendiſſet, eam eſſe Societatis rationem, quæ humani corporis, cui aliquando opus medico, vere cogitauit eam pariter poſſe diuino aſpirante fauore, & hominum dexteritate priſtino ſplendori reſtitui. Id cùm Viſitatoribus ab eo inſtituto alienis arduum videretur, nec Prælatis alienigenis facilè committendum, quandoquidem ex quorumdam ambitu alijs temporibus id incommodum, ac periculoſum fuiſſet, re cum Cardinali Vrſino Protectore, & Patronis ſeriò communicata, tres è ſenioribus vitæ probatioris Canonicos auctoritate Summi Pontificis exactæ omnium cænobiorum viſitationi impetrauit: eoſque è duodenis ab ipſo propoſitis in commune votum obtinuit Reu. Pa-

Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Veglienſis electus.

Patrem D. Dorothæum Baionum Venetum multo rerum vſu ac vitæ candore inſignem, P. D. Lælium Magnauinum Brixienſem, & Eugenium Taddæum Veronenſem Sacræ Theologiæ Doctores, nihilo probitatis famà inferiores. Hi igitur prompti creditam ſibi prouinciam diplomate Pontificio muniti ſuſceperunt. Quod tale erat.

Dilectis filijs Dorothæo de Venetijs, Lælio Magnauino, necnon Eugenio Taddæo Congregationis S. Georgij in Alga Profeſſoribus. Diploma Vrbani VIII. pro Viſitatione Apoſtolica.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. De ſtatu Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum proſperè, & ſalubriter dirigendo paterna charitate ſolliciti, ac de veſtra pietate, fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra vos eiuſdem Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum Viſitatores, & Commiſſarios auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, dantes vobis plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, omnia, & ſingula Monaſteria, Domos, Eccleſias, & perſonas quaſcumque cuiuſcumque dignitatis, gradus, & præeminentiæ, etiam Generalatus eiuſdem Congregationis, auctoritate Apoſtolica ſemel tantum corrigendi, viſitandi, reformandi, arguendi, nec non

Apoſtolicæ, & Euangelicæ doctrinæ ſacrorũq; Canonum, & Conciliorum Generalium præſertim Tridentini, ac ſummorum Pontificum Decretis, & SS. Patrum traditionibus regularibusque eiuſdem Congregationis inſtitutis, atque conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis inhærendi, quæcumque mutatione, renouatione, reformatione, emendatione, reuocatione, directione, correctione, ac etiam ex integro editione indigere cognoueritis, immutãdi, reformandi, emendandi, reuocandi, dirigendi, corrigendi, ac de nouo condendi, condita verò ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini, ac dictæ Congregationis decretis, & Conſtitutionibus, non repugnantia confirmare, abuſus quoſcumque tollendi, bonas, & laudabiles inſtitutiones, ac in primis diuinum cultum, Eccleſiaſticam diſciplinam, & obſeruantiam regularem vbicumque lapſa ſit modis congruis reſtituendi. Vt ſi aliquos forſan delinquentes reperietis, eos iuxta Canonicas ſanctiones, & Congregationis huiuſmodi inſtituta, atque Conſtitutiones, puniendi, & caſtigandi, ac ab officijs, & dignitatibus etiam Generalatus remouendi, & nouos ſubrogandi, ſicuti vobis iuſtitia mediante in Domino viſum fuerit; Adminiſtrationis rationem non ſolum ab ijs, qui nunc præſunt, & in eadem Congregatione officia, & munera obeunt, ſiue dignitates obtinent; verum etiam ab illis, qui hactenus illa obierunt, Congregationis monaſteria, & bona adminiſtrarunt, quatenus dictæ adminiſtrationis ratio ijs, ad quos ſpe-

ctat

ctat reddita, & ſolidata non fuit, vel ſi reddita, & ſolidata, de errore tamen conſtet, vel minus legitimè facta reperiatur, exigendum. Proceſſus quoſcunque formandum, formatos expediendum, & expeditos etiam, ſi qui fuerint grauati inſtante parte iterum reuidendum, & terminandum. Cauſas quaſcumque in dicta Congregatione, ſiue inter Monaſterium, & Monaſterium, ſiue inter Canonicos ipſos, ſiue inter Canonicos, & Monaſteria pendentes terminandum. Dietæ ſiue Congregationi Patrum aſſiſtendum, nullam tamen in ipſis vocem habentes: Contradictores quoſcumque, eisque auxilium, conſilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet præſtantes, per priuationem dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac demum per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, abſquè opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Auxilium brachij ſecularis ſi opus foret inuocando, ac omnia alia, quæ Viſitationem, & reformationem concernunt, pro Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum regularium locorum dictæ Congregationis proſpero ſtatu dirigendo neceſſaria, & opportuna faciendum, & exequend. Mandantes inſuper; quod ſi aliquis veſtrum huius noſtræ Viſitationis munus obire recuſauerit, non audiatur, niſi manifeſta impotentiæ ratio illi ſuffragetur. Quo caſu ceteri duo ex vobis quempiam eiuſdem

Con-

Congregationis Canonicum probum, & idoneum eligere, & ſibi aſſumere poterunt toties, quoties tertius Viſitator deerit. Volentes tamen quod ſi aliquando eueniet duos tantum veſtrum adeſſe, poſſint nihilominus reliqui duo Viſitationem ipſam ſuſcipere, & quemcumque actum ad ipſam pertinentem exercere, & perficere, ac ſi tres eſſetis, & durante tempore dictæ Viſitationis nullus ſiue Superior, ſiue ſubditus poſſit ſe transferre de loco ad locum extra propria Monaſteria ſibi à ſuperioribus aſſignata, niſi de veſtra licentia in ſcriptis obtinenda ſub pœnis veſtro arbitrio irrogandis, non obſtantibus quibuſcumque, &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die XXIII Nouembris MDCXXIII. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Hen. de la Plume. V.Theatin.

Contentio cum Dominicanis de loco in ſacello Pōtificio.

Hæc dum ita proſperè capta, primum felicitatis curſum Viro optimo interruptura videbatur RR. PP. Prædicatorum dignitas, qui in Sacello Pontificio primas ſibi deberi contendebant. At ne Generalis quicquam per animi intemperantiam, aut negligentiam egiſſe videretur, inito cum Iuriſconſultis celeberrimi Auguſtino de Cruce, Petro Antonio Saluato, & Io: Camb.ª Muſcabruto conſilio S. Congregationis Rituum rationibus ita firmis negotium propoſuit, atque expoſuit, vt deliberata ſententia, quem reliqui prætendebant, locus ipſi eiusque ſucceſſoribus in poſterum perpetuus adiudicaretur. Quod ne hic partis ſtudio me-

memoraſſe videar, ipſa Deciſionis verba Hiſtoriæ fidem aſſerent.

Vrbis

Cum inter Generalem S. Georgij, & Generalem Fr. Prædicatorum occaſione ſedendi in Capella Pontificia controuerſia ſuper præcedentia orta eſſet, ad tollendas in Deo dicatis familijs altercationes, quæſitum fuit à S. Rituum Congregatione an Generalis S. Georgij in Capella, & vbique Generalem Fr. Prædicatorum præcedere debeat. S. Congregatio referente Illuſtriſſimo Cardinali Madrutio reſpondit affirmatiuè xxx. Maij M DC XXIV.

Franciſcus M.ª Cardinalis à Monte.

Io: B. Rinucinus Secr.

Interea Viſitatores in Flaminia rem benè gerunt. Vnde plerique noſtro Ordini plurimum commodi augurabantur. Nihilominus Superiorum pars in Lombardia ab eo inſtituto auerſior ijs occurrit, Generalem partim de dominandi licentia, partim de nouitatis ſtudio incuſans. Ille autem Roma properans, magna animi conſtantia, rem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Collegio poſtquam diuinis auſpicijs expoſuiſſet, negotium noſtris è Senatu Conſeruatoribus datum fuit, vt auditas vtriuſque partis rationes ad Senatum referrent. Quibus habitis, tandem ſancitum eſt: Viſitatores feliciter numine cœnobia paterno affectu viſitent, & Societatem ſolicitudine cautiori reſtaurent, ac liber-

bertatem , eorumque decus omnibus modis ſuſtineant.

MDC XXV *Iam acceſſerant Calendæ Ianuarij Anni* MDCXXV *quibus electio Prioratus D. Mariæ in Vantio D. Bonifacio Fremoldio aduerſis quorumdam animis impugnata, Nuncij Apoſtolici, qui tunc Venetijs degebat, ſuprema auctoritate legitima vtilisque probata fuit. Commodum verò accidit, vt D. Fauſtinus Venetus valetudine impeditus Viſitatoris munus deponeret, cui Generalis prouidentia conſentientibus Definitoribus, & Canonicis S. Georgij in Alga ſubrogatus fuit D. Bonifacius Fremoldius Patauinus, ne fruſtra tot antea labores publicæ vtilitatis cauſa ſuſtinuiſſet: Nec profectò conſilium deſtituit euentus. Vterque enim iunctis viribus Viſitatorum Apoſtolicorum diligentiam promouit, omnique ſtudio muniuit. Ea verò ſuæ integritatis edidit Fremoldius ſpecimina; vt Generalis arbitrio publicis omnium ſuffragijs confirmato meritiſſimus ei ſucceſſor ſeligeretur die* XXVII *Maij additis Viſitatoribus D. Lælio Magnauino, & D. Io: Andrea de Rubeis. Fremoldius quippè moribus, ſolertia in rebus agendis inter primos cœnobiarchas iure habitus, cui vultus maieſtas, & in omnibus dexteritas erat ſingularis, quæ ſemper religionis noſtræ onera, ac dignitates ſæpe repetitas ita geſſit, vt ſupremo hoc honore multo ante dignum ſe probauerit. Nec tamen domeſticis curis à literarum ſtudijs ita auocabatur, quin iuuentutem in*

co-

eorum amorem ſumma cura alliceret, raro prudentiæ, vigilantiæ, & moderationis exemplo.

In his Comitijs Conſeruatores Societatis nominati præſtantiſſimi in Republica Viri Superantius Diui Marci Procurator, Benedictus Iuſtinianus, & Angelus Contarenus Eques.

Patribus Siculis petentibus, decretum fuit, Procurator Generalis Romæ etiam ipſorum negocia adminiſtraret: mittendum etiam de conſilio Cardinalis Protectoris Canonicum quemdam, qui eos ab Epiſcopi auctoritate immunes præſtaret. Huic muneri ob ſingularem prudentiam ſeligebatur P. D. Octauius Gualdus nobiliſſimi Equitis Franciſci Gualdi frater. Cardinalis munitus literis, duobus comitantibus Patribus, & è noſtris binis aſſumptis iuuenibus ſe ad iter parat: M DC XXVI Canonicis Siculis Procurator Romæ datus. Octauius Gualdus in Siciliā ablegatur ad Canonicos.

ALEXANDER Miſeratione Diuina S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis Vrſinus Canonicorum Secularium ſub Regula S. Auguſtini S. Georgij in Alga Protector.

Cum Prouincia Siciliæ S. Georgij in Alga ob multam à reliquo corpore Congregationis diſtantiam non fuerit iam plurimis ab hinc annis à Superiore Generali viſitata, ac propterea non modicum detrimenti circa regularem diſciplinam paſſa fuerit, prout etiam certiores fuimus redditi à Viſitatore Apoſtolico ad eandem Congregationem in dicto Regno ſemel viſitante ſpecialiter à Sanctiſſimo deputato, ac quod ſa-

Sſſſ tis

tis videretur conſultum bono Congregationis eiuſdem ſi de Superiori, ſeu Prouinciali prouideretur extraneo. Nos volentes regularem in dicto corpore diſciplinam collabentem reparare, ac ad primam regularis obſeruantiæ formam eandem, quoad fieri poterit reducere. Te D. Octauium Gualdum dictæ Congregationis Canonicum in Collegio S. Saluatoris in Lauro in Vrbe commorantem, de cuius vitæ, morum probitate, religionis zelo, ac peritia in diuinum ſeruitium promouendum, ac rerum adminiſtratione plurimum confidimus, in Superiorem Prouincialem dictæ Congregationis S. Georgij in Alga in dicto Regno deligimus & deputamus cum omnibus ac quibuſcumque honoribus & oneribus ſolitis, & ad dictum officium ſpectantibus, dantes tibi omnem facultatem viſitandi omnia, & ſingula dictæ Congregationis in dicto Regno Siciliæ loca, & perſonas, ac bona quæcumque, computa reuidendi, ſolidandi, nec non proceſſus formandi, ſententiam condendi, & mandata ſeu Decreta exequendi contra quoſcumq; dictæ Congregationis homines in dicto Regno delinquentes, iuxta formam Conſtitutionum Apoſtolicarum, & dictæ Congregationis, cum omnimoda etiam facultate depugtandi, creandi omnes & quoſcumque illorum Collegiorum Superiores, & officiales, eoſque irritandi & amouendi, ſicut in Domino iudicabit expedire. Hanc autem deputationem durare vſque ad proximum Capitulum Generale totius Congregationis declaramus,

mus, cum facultate etiam accedendi ad Capitulum, ac voce actiua & paſſiua prout reliqui dictæ Congregationis Superiores habent iuxta præſcriptum dictarum Conſtitutionum. Mandantes propterea omnibus in dicto Regno dictæ Congregationis Canonicis, & Religioſis in virtute ſanctæ obedientiæ, vt te vti talem recipiant, & in omnibus obediant, quod ſi qui contra attentare præſumpſerint, ij Conſtitutionum Apoſt. pœnas atque indignationem noſtram ſe nouerint incurſuros.

Datum in Arce & Palatio noſtro Bracciani VI die Aprilis An. Domini MDCXXVI.

Neapolim cum is perueniſſet, à Vicario Regio humaniter acceptus alios Patres Siculos ibi operientes inuenit, qui liburno peculiari Panormum deduxerunt. Vbi poſt honorificas Magnatum ſalutationes biennium integrum cùm manſiſſet, res Patrum Siculorum valde auxit, obſoletas antiquæ religionis conſuetudines in lucem produxit, noua addidit, atque in meliorem ſtatum omnia diligenti cura & ſolertia reduxit, impetratis à potentiſſimo Hiſpaniarum Rege decem millibus ducatorum, quos in fabricam, aliaque cœnobiorum ornamenta impenderent. Virum tam benè meritum ægrè dimiſerunt patres. Romam reuerſus Cardinali Vrſino rem totam expoſuit, Venetijs pariter in Comitijs omnium quæ geſſerat ac notauerat, pleniſſimam rationem reddidit. Nimirum eſſe ibi quatuor cœnobia triginta ferè Canonicis dicata:

Sſſſ 2 Pa-

Panormi omnium elegantiſſimum ceteriſque opulentius ſub titulo S. Iacobi Mazzaranenſis Regium olim Sacellum Henrico Simeoni Theologo Clariſſ. Viro à Rege Alphonſo liberaliter traditum. Cui iungitur ædes D. Mariæ Virginis, icone à B. Luca depicta celebris. Hic B. Laurentio Altare peregregio ornatu extructum eſt, quem tanti Patriarchæ auxilio vniuerſa vrbs Panormitana, annis ſuperioribus à peſte liberata, inter ſuos tutelares publico hoc Elogio repoſuit.

BEATVM LAVRENTIVM IVSTINIANVM
CLARISSIMVM
CÆLESTINÆ
CANONICORVM FAMILIÆ
FVNDATOREM
MAGNVM ORBIS COLVMEN
PANORMITANA PIETAS
TANTI PRÆSVLIS ADDICTA
MERITIS
RECENSITVM INTER VRBIS
PATRONOS
LIBENTER ANNVIT,
INCOLVMEM CENSERI
EIVS NOMINE SIBI RATA
FOELICITATEM.

Sequenti anno ciues pro ſacris litandis Summum Pontificem hac verborum forma ſolicitant:

BEA-

Beatissimo Padre

Fra gli altri celeſti Protettori da noi eletti nelli faſtidij paſſati, vi fù con euidentiſſimi effetti di gratia il B. Lorenzo Giuſtiniano, vno de' Fondatori della Congregatione di S. Georgio in Alega detto de' Canonici Secolari. Quinci è, che ricordeuoli de' beneficij riceuuti, hor ſupplichiamo diuotamente Voſtra Santità, che ſi degni di concedere, che nel dì Natale di detto Beato, quì in Palermo ſe ne poſſa anco celebrare l'Officio, e la Meſſa conforme alla conceſſione, che ne hanno eſſi Canonici da Sommi Pontefici di felice memoria Clemente Ottauo, & Paolo Quinto. Sarà tutto ciò gloria di Dio, di Santa Chieſa, e mantenimento della riuerenza, che meritamente porta queſto popolo al Beato. Con l'aiuto del quale pregaremo continuamente per gli anni lunghi, e feliciſſimi di Voſtra Santità.

Di Palermo adì XXVIII Agoſto MDCXXVII.

Serui humiliſſimi, che li
baciano li Piedi.
Li Giurati di Palermo.

Che dalla Santità di N. S. gli fù conceſſo ſotto la data XXVIII. Febraro MDCXXVIII.

Io: Baptiſta Detus Cardinalis

Fr. Fuluius Benignus
Secretarius.

Al-

Alterum huius Societatis cœnobium S. Calogeri extra Vrbem Nari extructum eſt, vbi ſepulcrum eiuſdem Beati Vrbis Patroni adhuc in pauimento Eccleſiæ, magna populi frequentia colitur.

Tertium denis paſſuum millibus in territorio Ranuoſæ diſſitum, Beatæ Virgini ſacrum, in fundo Comitis Montisalbani, cui adeſt fons vberrimus, precibus Comitis Rugieri diuinitus ortus, cùm triginta militum millia duceret, qui graui admodum ſiti languebant.

Poſtremum Templum eſt in Vrbe Gorgenſi Diuæ Mariæ Monſerati titulo, magno populi concurſu celebre. Duo poſteriora magna ex parte pijs largitionibus ſuſtentantur. Patres autem ex hac viſitatione lætioris frugis incrementum hodie colligunt.

MDCXXVII *Tertia Martij defuncto D. Lelio Magnauino Viſitatore, Patres Nouem cum Collegio S. Georgij in Alga D. Gabrielem à Fonte in eius locum eligunt.*

Die octaua Iunij Rectores congregati vnanimes Illuſtriſſ. Virum Franciſcum Corrarum ſibi conſeruatorem decernunt; itemque, ne iuuenes infrà annos decem & octo in cœtum noſtrum admitterentur.

MDCXXVIII *Vigeſima nona Maij, aſſiſtente Comitijs noſtris Ioan: Baptiſta Agucchia Nuncio ad Sereniſſimam Remp. Venetam pro Sanctiſſimo Vrbano VIII, electus fuit Antiſtes D. Io: Andreas de Rubeis, Viſitatores D. Bonifacius Fremoldius, & D. Nicolaus Brunus. Mihi cum adhuc ſupereſſent in Societate quin-*

que menſes de annis octo & decem, intra quos nemo Rectoris officium adire poteſt, patrum benignitate Rectoris S. Mariæ in Vantio dignitas deferebatur. Plurima hic temperandis moribus propoſita fuerunt. In primis autem ſtudioſorum commodis Canonicorum Collegium haſce Conſtitutiones promulgauit.

Prima, Eo Congregationis noſtræ iuuenes luxus, ac otij tabes inuaſit, vt nedum bonos mores, verum ſtudia, ac pietatem ipſam dimittentes in deterius quodque ſcelus mutua quaſi contagione corruptos, prolapſuros verendum fuerit. Quare horum, publicaque rei exitio volentes occurrere, decernimus, quod in poſterum illi, qui publicè, ac laudabiliter ſatis Phyſicas, vel Theologicas, ſiue Canonicas Theſes non defenderint, cuiusvis generis officia, dignitates, ac honores nequeant obtinere, niſi ab ingreſſu Religionis annis XXV *peractis. Huic legi eos ſubiacere non intelligimus, qui nunc Sacerdotij ſunt dignitate inſigniti, ſed ipſos tantum, qui in futurum pro tempore ipſam, muneraque alia adipiſci contenderint. Et vt acrius ipſa iuuentus ad bonarum literarum ſtudia compellatur, volumus, vt qui ſe Illuſtriſsimis, ac Reuerendiſsimis Ordinarijs examinandos ad Sacerdotium, vel Diaconatum præſentauerint, ac reprobati fuerint, pro prima vice Monaſterij inter ſepta per ſex menſes coarctentur, pro ſecunda medietate veſtimentorum careant, ac pro tertia per triennium voce actiua, & paſſiua priuentur. Qui verò ad Subdiaconatum pro prima, & ſecunda*

vice

vice eadem qua ſupra mulctentur pœna, & pro tertia, abſque alia declaratione tamquam penitus rudes, & iuxta Conſt diſt. 2. cap. 14. claßi Conuerſorum habeantur adiuncti.

Et ne aliquis poſt obtentam à proprio Rectore licentiam dictis Ordinarijs ſe non præſentaſſe fraudulenter aſſeuerare præſumat, dimiſſorias literas ipſis ordinandis non niſi cunctis Monaſterij præſentibus Deputatis Rectores, vel Prorectores conſignent, quibus receptis, reprobati, pœnisq. ſupradictis nodati intelligantur quicumque Ordinariorum diplomata probationem affirmantia, vel oſtendentia, eos non inſcitia, ſed alia de cauſa reportatas non reportauerunt.

Et vt vehementius iuuenes ipſi excitentur ad ſtudia, declaramus vt illi, qui Logicam, vel Philoſophiam, vel Theologiam, ſiue Canones iuxta Conſtitutionum ordinem fuerint interpretati, poßint Doctoratus inſignia accipere, & fieri Magiſtri, quo inſigniti honore ipſo facto ſint, & intelligantur excuſati à Matutino, excepto tempore illo, quo tenentur propriam facere hebdomadariam, necnon à lectione menſæ, & vt aptius ſibi ipſis poſſint prouidere, præter veſtimenta ordinaria, habeant ſingulis annis ducatos quinque.

His quoque immunitatibus frui poterunt, qui ad præſens inſignia Doctoratus acceperunt, ſi iuxta Conſtitutionem per quinquennium ſupradictas ſcientias interpretati fuerint.

Tædium etiam vt Patribus leuaretur, facultas data

data Rectoribus vt cum ſuis Deputatis piorum legatorum vſum ad Concilij Tridentini normam efformarent. Decernunt etiam Patres, tollendos eſſe actus criminales in eos, qui è viuis exceſſerant. Ius condendi teſtamentum noſtris Laicis ademptum.

Prouectioribus tandem per hæc Comitia prudenter conſultum fuit: Nimirum qui quadraginta annos in Societate traduxerint, maximeq. ſi alijs præfuerint, ex arbitrio ſibi locum in patria eligere poſſent. Quandoquidem quinquaginta annorum decurſus immunes & emeritos reddat.

Vndecima Nouembris Bonifacius Fremoldius Viſitator ætatis ſuæ LXX, ſed valido adhuc tempera- MDC XXIX
mento, lenta febri correptus, magno omnium mærore in cœnobio D. Mariæ ab Horto ad cælitum chorum emigrat. Huius in locum paulo poſt ſubrogatus eſt D. Hortenſius Ottolinus.

Defuncto Ioanni Cornelio Venetorum Duci Nicolaus Contarenus literis & prudentia Senator Clariſſimus die XVIII Iunij ſubrogatur. Grauis per hæc tempora vniuerſam Galliam Ciſalpinam, iuxtaque Forum Iulij præcipuè vrebat annona. Inde ſortis infima populus, maximeque agreſtis nullis artibus inſtructus agminatim Venetias delatus, quum in vicino D. Nicolai littore aliquamdiu publicis pij Senatus impenſis ſubſediſſet, ſerpente paulatim febre peſtilentiali abſumebatur: cuius vim tandem lautiores etiam ſenſerunt. Imo vniuerſam prope Italiam mox in-

gens obruebat calamitas. Vincentio namque Gonzaga Mantuæ Duci biennio antea extincto cum Carolus Dux Niuernenſis è Gallia ſucceſſiſſet, Hiſpani id parum æquè ferentes, ad contentiones, & arma prorumpunt. Ambroſius Spinola itaque Marchio è Belgio cum regijs copijs Caſalem venit. Rambaldus Comes de Collalto, rebus cum Rege Danorum prius compoſitis, imperialem exercitum Mantuæ admouit. Graſſabatur tunc apud Rhetos peſtilentia: cuius inquinamenta quum miles Germanus ſecum traxiſſet, nec Venetorum & Gallorum auxilia Duci ſufficerent, fracto aduerſa belli fortuna eius exercitu, lues hæc militia licentiùs palante, Veronæ primum inualuit, quo ſe promiſcua multitudo nouis ac inſuetis periculis mota ſecuritatis cauſa receperat. Patres noſtri D. Georgij Braidæ interea magno animo publicæ calamitati occurrentes, milites ceterosque dum ſua annona ſuſtentant, peſtilentis morbi virulentia corripiuntur. In cœnobio autem S. Angeli patres magno ſodalitatis damno occubuere omnes Laico vno ſuperſtite, viri omnes conſpicui.

Malo mox Vicentiam, hinc Venetias acriter infeſtante, Patauium tandem, & Taruiſium, ceteraque Oppida, imo vniuerſa fermè Italia ſic incolis exhauſta, vt ſoli fermè Ferrarienſes, Senenſes, Romani, & Neapolitani, ab hac clade immunes remanerent. Supplicationes quadragenæ vndique indictæ, vota placando Numini variè nuncupata. Creſcente Venetijs

vi-

vitio Senatus decreto cœnobium S. Georgij in Alga non ſine ſummo noſtrorum detrimento ventilandæ, ac mundandæ ciuium ſupellectili deſtinatur. Itaque Patrum alij in prædium S. Bruſonis, Campolongi ablegantur alij. Sæuiente in quoſuis Patauij in dies contagio in extremum collis Euganei vicum Cortellatam ſecedo, vbi à miſera patriæ clade, & amicorum iactura ſeiunctus per literarum oblectamenta ſemeſtre otium egi, vrbi redditus amicorum manibus iuſta exſolui. Summa in primis rei literariæ iactura inter eos deſiderati Cæſar Cremoninus Philoſophus, Laurentius Pignorius Philologus, & Ioannes Preuotius Medicus. Viri in diſciplinarum faſtigio poſiti. Graui etiam Gymnaſij incommodo ſublati, Iacobus Zabarella Canonicus, & Profeſſor, Octauius Salgerius I.C. Albertinus Miliaria I.C. Ioannes Colle Primarius Medicinæ Practicæ Profeſſor, Camillus Bellonius Philoſophus, Ioannes Thuilius, & Felix Oſius mitiorum literarum Profeſſores. Præterea è reliquis ciuibus Martinus Sandelius I. C. & Presbyter eximie doctus. Gaſparus Pignanus Mathematicus, Antonius Greghettus Orator, non vulgari literarum opinione clari.

Sopito diuina ope graui admodum incendio, comitia in ſequentem annum diuulgantur. Interea FRANCISCO MARIA *Duce Vrbini morte ſublato* VRBANVS *VIII. Summus Pontifex magna Romanæ Sedis felicitate, ditione fertiliſſima Eccleſiæ vi-* MDC XXXI

Tttt 2 *vires auxit*

auxit. Defuncto Contareno, FRANCISCVS ERICIV *rei militaris virtute ſpectabilis die* XI *Aprilis ad Reipublicæ Venetæ ſedem euehitur.*

MDC XXXII *D.Georgij cœnobio iam reſtituto die* IX *Nouembris aßiſtente Eminentißimo* FEDERICO CORNELIO *Cardinali & Venetorum Patriarcha, qui Ioanni Theupolo pridem ſucceſſerat, Patrum ſuffragijs Antiſtes ſodalitatis decernitur D. Hortenſius Ottolinus, inter alias animi dotes perſpicacia, & affabilitate qui partam concionibus gloriam auxerat. Viſitatores D.Gabriel à Fonte, & D.Alexander Conſedentius. Plura hic optimo conſilio inſtituta. Inter cetera creſcente rerum omnium precio, Patres æquum cenſuerunt augeri eam æris ſummam ad quinque & viginti ducatos, quæ quotannis in veſtimenta patribus numerari conſueuerat, miniſtris verò ad ducatos quindecim. Illuſtrißimus Marcus Iuſtinianus D. Marci Procurator, & Ioannes Piſanus conſeruatores electi.*

MDC XXXIV *Rector Generalis, vt ſuum in patriam ſtudium impenſius indicaret, à Pontifice diploma impetrat, quo ei concedebatur, vt S.Auguſtini extra Vicentiam prouentus, dempto Prioratus nomine, ad S.Rocchi cœnobium reduceretur. At mora occaſionem eliſit, cùm patribus in diuerſum diſtractis literæ Pontificis nunquam prælegerentur.*

Hoc anno electus fuit Congregationis Protector Cardinalis Virilis, qui paulo poſt annis confectus vitam clauſit. Subrogatus ei à Summo Pontifice Em.

Car-

Cardinalis Ciriacvs Roccivs, *cum in Germania apud Imperatorem Ferdinandum Secundum Legati munere fungeretur.*

Die viii *Aprilis Præſide Comitiorum Eminentiſſ. Federico Cornelio Cardinale & Patriarcha, patres Generalem eligunt D. Dominicum Naſcinum Brixienſem, Muſicæ in primis cultorem, cuius excitato promptoque ingenio magnus acceſſerat omnium rerum vſus, Viſitatores D. Nicolaum Brunum, & D. Prudentium Renem.* MDC XXXVI

Hoc anno conſenſu Generalis, qui plurimum literis delectabatur, ad Luſitanos Canonicos haſce miſimus. MDC XXXVII

Reuerendiſs. Patri Rectori Generali Congregationis S. Io. Euangeliſtæ in Regno Luſitaniæ ſalutem in Chriſto.

Anno ſuperiore Potentiſſimi Regis Veſtri ad Sereniſſimam Rempublicam Venetam Legato meas ad te credidi, Præſul ampliſſime. Dubius num illæ in eo locorum interuallo rectè fuerint traditæ, earum exemplum hic ſubnecto, per communem Societatis noſtræ, quam vtrinque ſanctè profitemur, vtilitatem enixè rogans, atque obteſtans, vt pari ſtudio, quo nos hic vos fratres in Chriſto noſtros veneramur, laudabile inſtitutum prouehere digneris. Beneficium ſanè grati nullo æuo ſilebimus. Benè vale, ac Deo, nobiſque viue.

Pa-

Patauij è Cœnobio Diuæ Mariæ in Vantio XVI. Septembris MDCXXXVIII.

In tua vota omni ſtudio paratiſſimus
Iacobus Philippus Tomaſinus Collegij Pataui Sacræ Theologiæ Doctor, Canonicus Secularis Congregationis S. Georgij ab Alga Venetiarum, & Rector S.Iacobi ad Montem Silicem.

Annus iam quadrageſimus quartus eſt Reuerendiſſime Pater, ex quo propter locorum diſtantiam inter Societatem veſtram, noſtramque nullum exiſtit literarum commercium, vt ſilentio, & obliuione omnia fere mutui amoris fomenta concidiſſe videantur, etiamſi nobis veſtra coniunctione nihil eſſet carius. Quanti vero nobis veſtræ fuerint literæ, vel maximè argumento erit, quod eas Anno MDXCIII *à Michaele de Sancto Spiritu veſtri Ordinis Rectore Generali ad ſupremum noſtrum Antiſtitem tranſmiſſas cum reſponſo in perpetuam rei memoriam Maiores noſtri typis vulgandas cenſuerint. Nouæ autem compellationis meæ cauſa, vt eſt in communi negotio æqua, ſic animi veſtri ſtudium in eam promptius fore confido. Annales Congregationis noſtræ latino ſermone ea, qua licuit fide adornaui, eaque diligentia, vt nihil omiſerim, quod ex ipſius dignitate, vel auctoritate eſſe potuit: ſed ne in ipſo limine impegiſſe videar, de origine certi aliquid tradere conſtitui,*

vbi

vbi iam de veſtra Societate, quantum ex noſtris Commentarijs potui, vberrima mentio facta. Re tamen cum Reuerendiſſimo Patre D. Dominico Naſſino Nobili Brixienſi Rectore Generali Viro integerrimo, & in bonas literas apprimè propenſo, communicata, neceſſarium duximus, præmiſſo cum ſalutatione omnium Officiorum genere apud Reuerendiſſimam Dignitatem tuam de veſtri Ordinis inſtituto aliquid accuratius expiſcari. Addo, plurimum me adiutum iri, ſi de Cœnobiorum veſtrorum numero, ac ſplendore, de Patrum ſtudijs, quique inter eos noſtra ætate eruditionis fama, alijsve in publico dignitatibus conſpicui, aliquid paulò plenius acceſſerit. Scimus quidem vos, Angelum Corrarium, Gabrielem Condulmerium, B. Laurentium Iuſtinianum communes nobiſcum Autores veſtri inſtituti, agnoſcere; exactam tamen facti rationem ignoramus. Num illud Summi Pontificis Eugenij Quarti auctoritate contigerit, inter cetera ſcire auemus, operam daturi ne vos mutui officij, nosve laboris ad commune decus ſuſcepti pœniteat. Vale Reuerendiſſime Præſul cum ceteris veſtri Ordinis Patribus religioſiſſimis, meque tuis precibus Deo omnis boni conatus Autori commenda.

Patauij Cal. Maij M DC XXXVII.

In tua vota omni ſtudio paratiſſimus

Idem vt ſupra.

Anno M DC XL *Doctor Melchior à Graza vir eru-*

eruditiſſimus iſtorum ſumma lætitia haſce nobis Roma tranſmiſit Patrum reſponſiones.

Michael à Spiritu Sancto Rector Generalis Congregationis D. Ioan. Euangeliſtæ in Luſitaniæ Regno, R.P. Iacobo Philippo Tomaſino Collegij Patauini Sacræ Theologiæ Doctori, Canonico Seculari Congregationis S. Georgij in Alga Venetiarum, & Rectori S. Iacobi ad Montem Silicem S.

Quanta viciſſitudinis noſtræ iactura temporis diuturni moleſtum fuerit ſilentium, apud veſtram beneuolentiam innocens teſtatur animus. Non nobis, cui reſpondere deberemus, data copia; occidit enim memoria commendationis veſtræ apud Oratorem Regis Caſtellæ. Nuper duntaxat prædictarum litterarum nobis allatum exemplum Kal. Maij ſubſcriptum, quod in Archiuo totius Congregationis aſſeruari iuſſimus, poſtquam lætiſſimos omnium Religioſorum Fratrum veſtrorum animos, earum argumentum reddidit. Non equidem intermiſſum tempus tot longiſſimo locorum interuallo perditum reputamus, cum noſter nullatenus diſiungatur amor, imo idem nomen adſit cum altero Michaele à Spiritu Sancto Rectore quondam Generali in hac Congregatione, quod felix nobis fauſtumque puto. Annales noſtræ Congregationis ex quibus & illius dignitatem, & auctoritatem auctam iri ſperamus, veſtra manu & diligentia pulchre operatos non diffidimus, ſed vt plenius mandato

ve-

veſtro ſatisfaciamus, quippe qui epiſtolæ anguſtia, & negotiorum pondere impediti, tot Monaſteria, ampliſſima Collegia, & Hoſpitalia non potuimus cum dignitate enarrare, necnon tot Sanctiſſimos Epiſcopos Vlyſſipon. Lamacenſ. Viſenſ. Angrenſ. Fozenſ., Inquiſitores Generales hæreticæ prauitatis, & Fidei conſultores, Rectores ſtudiorum inclytæ Vniuerſitatis Conymbricenſis, Doctores, Magiſtros, Theologos, & Philoſophos profundiſſimos, Iureconſultos eximios, & alios inſignes pietate viros, qui præclaro ſanctitatis, & miraculorum ſplendore vniuerſam Luſitaniam illuſtrarunt, Indiamque Orientalem, Regionem Braſilienſem, Congum, & alias remotiſſimas Æthiopiæ plagas, omnium Eccleſiaſticorum primi, maximo decore & gloria noſtri Ordinis, penetrarunt, & Ieſu Chriſti Euangelio Barbarorum tenebras irradiarunt, R. P. Melchiori da Graça I. V. D. commiſimus, & affectuoſe commendauimus, ut quantocius poſſit è pulchris monumentis eruat, quod apparere non erubeſcat in conſpectu doctiſſimi Patris: fido equidem vobis quamcitiſſime ſatisfacturum, ſicut ei præcepimus, & iniunximus. Venerabiles PP. Angel. Gabriel. & B. Laurent. Iuſtinian. (quem canonizatum cupimus) noſtros agnoſcimus; nec vos pænitebit admiranda ſanctitatis virum Anton. à Conceptione & venerari, & communem cauſam fouere, eum nanque in Sanctorum numero adſcribi volumus, ad idque Religioſum aliquem diligentiſſimum Romam mittendum curamus,

vt propriam rem gerat, quæ procuratorum iniuria multis ab hinc annis iacet ſopita, non ſine totius Regni Luſitani mærore. Religioſi tuis per me verbis ſalutati, te viciſſim meis reſalutant, Et ego cunctos veſtri Ordinis Patres, Fratres noſtros amantiſſimos! Vale.

Vlyſſiponæ Kal. April. ann. Dom. MDCXXXIX.

REVERENDISSIME PRAESVL.

Litteræ tuæ, quas eruditus P. D. Melchior à Graza reddidit, Reuerendiſſimum Generalem, ceterosque Patres adeò mecum exhilararunt, vt nihil ad communem animi lætitiam ijs optabilius contingere potuerit. Nos ſanè veſtri memoriam amantiſſimè colimus, & Luſitano cælo, ſub quo bonæ literæ iam diu florent, magnopere deuincti, Vos veteri inſtituti normam inter ſacra ſtudia & publica munera ſeruantes, vnicè veneramur, hodieque beneficio Reuerendiſſimi Michaelis à Spiritu Sancto gratam adeò memoriam à diuturno tot annorum ſilentio denuò vindicamus, poſtquam literarum veſtrarum non tam locorum diſtantia, quàm varia belli fortuna, omnis prope ſpes interijſſet, iam contendentibus ad prælum Annalibus noſtris. Diuinæ namque bonitatis eſt, quod non modò humaniſſimis tuis noſtro voto reſponderis, ſed quòd Cl. inſuper Viri D. Melchioris de Graza expectato acceſſu, miræ erga nos beneuolentiæ argumento præclarum animi tui deſiderium mirificè expleueris. Diligentia enim exquiſita vir optimus non ſolum de veſtris

ſtris

ſtris ampliſſimis Cœnobijs, Templis, Studijs, Iuriſdi-ctionibus, notitiam communicauit, ſed Beati Anto-nij veſtri effigie, Fidei profeſſione, alijsque precioſis ſuæ liberalitatis muneribus nos ita cohoneſtarit, vt tantis viri dotibus me deuinctiſſimum fatear, niſi contra genium ingratus eſſe velim. Muſeolum no-ſtrum donarijs, Annales noſtros veſtrorum monu-mentorum gemmis exornat, dum Canonicos noſtros tum ſuorum mórum candore, tum ſublimi eruditionis ſpecimine ſibi iure merito conciliat, communem ferè Ordinem non tam in ſui amorem, quàm in veſtri Re-uerendiſſime Antiſtes obſequium traxit. Tot igitur tantisque nominibus vobis deuincti, gratias quas li-cet referimus. Sed in primis Rector Generalis, cete-rique maiores, qui me voluntatis apud te ſuæ teſtem voluerunt, qua ſtudium illud tuum obſequioſi proſe-quuntur. Ego verò, ne Annalibus noſtris quantum in nobis eſt, quidquam deſit, coronides loco eorum In-dicem peto, qui pietatis ac eruditionis fama iſtic emi-nuerunt. Faxit Deus, labores noſtri ſeculo tam eru-dito probentur. Iacta enim alea eſt, nec pedem refer-re licet. Tu pro tuo candore iſta æſtimabis, vbi tuta libellos noſtros in Luſitaniam tranſmittendi ratio fue-rit. Beati Laurentij Iuſtiniani Apotheoſis tempo-rum ſilentio inuoluta iacet. Quam lætior aliquando dies in lucem reuocabit. Veſtros interea in Venerabi-lem Antonium conatus magnopere probamus. Vale Prudentiſſime Rector, vosque Patres auitæ Religio-

nis noſtræ ornamento, Deoque in communem Chriſtiani orbis vtilitatem diutiſſimè incolumes viuite.

Venetijs die XV Aprilis CIↃ IↃC XLI.

In Tua Vota omni ſtudio paratiſſimus

D. Iac. Philippus Tomaſinus Canonicorum Secularium Sancti Georgij Viſitator Primus.

Eodem anno M DC XXXVII *D. Nicolaus Brunus tranquillioris vitæ ſtudio cum Viſitatoris munus in comitijs depoſuiſſet, ſuffectus eſt ei D. Claudius Morellus Patauinus vir prudentia, & morum ſuauitate clarus. Is vero ruris amœniori ſeceſſu quum potius delectaretur, ipſi Simeon Pizzaguerra ſubrogatus eſt. Inter Conſeruatores etiam noſtros nominati Illuſtriſſimi Senatores, Rainerius Zenus Eques & Diui Marci Procurator, & Aloyſius Valareſius Eques, quem hodie Diui Marci Procuratorem vidimus.*

MDC XXXIX *Flagrante paſſim orbe Chriſtiano mutuis armorum incendijs, impetranda cœlitùs tranquillitati publicæ,* VRBANVS IIX *Summus Pontifex ſingulari pietate vniuerſæ Italiæ ſolemni ritu ſupplicationes præſcripſerat. Eas quum ſtatutis diebus præeunte Clero celebraturus eſſet populus Patauij, Epiſcopi Marci Antonij Cornelij defuncti tunc vicesgerens nouo exemplo noſtros ſimul ad hanc pompam inuitat. Verùm productis ad immunitatem noſtram priuilegijs, quæ Caſſinenſibus nobiſcum communia, ceteriſq.*

dili-

diligenter cognitis, quæ nos eo leuant, etiamſi acquieſceret ipſe: Conſeruatoribus tamen Venetis ſummæ prudentiæ, & auctoritatis Senatoribus, haſce vrbis Rectoribus mittere placuit.

Intendiamo, come i Padri di S. Maria in Vanzo vengono ſollecitati coſtì dal Clero per lo interuento publico alla Proceſſione del Giubileo, da cui, come da ogni altra, gli eſſentano i loro ſpeciali Priuilegi. La ragione di queſta cauſa, e la protettione, che noi habbiamo di tutta la loro Congregatione, ſollecita anco noi à pregare caldamente V. S. Illuſtriſſima in euento di ricorſo alla ſua Giuſtitia, perche ci fauoriſca di aſſiſtere con il ſolito della ſua benignità à detti Padri, acciò e l'vſo, e le loro indennità Eccleſiaſtiche non reſtino adeſſo alterate, ma nei pij fauori della ſua religioſa bontà, godano ancora quella quiete, che gli concede la Mente publica. Noi per ciò le rimaneremo obligatiſſimi, e in tanto à V. S. Illuſtriſſima baciamo ſenza fine la mano.

Venetia VII. Aprile MDCXXXIX.

Di V.S.Illuſtriſſima

Renier Zeno Caualier, e Procurator.

Marco Giuſtiniano Procuratore.

Angelo Contarini Caualiere.

Aluiſe Valereſſo Caualiere.

Hoc

Hoc anno die IX *Maij interueniente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo* FRANCISCO VITELLIO *ob ſingularem prudentiam rerumque ſcientiam primi nominis apud Venetos Nuncio, D. Simeon Venetus Generalis Rectoris honorem promeruit; Alexander Galderiſius mecum Viſitationibus præficitur.*

Oportunum iam videbatur, vt cœnobia noſtra iunctim obeuntes vna Romam diuerteremus. Eo quum XXIX *Octobris feliciter perueniſſemus: impetrata apud Summum Pontificem audientia, purpuratorum iuxta Patrum ſumma comitate excepti, quæ ſolicitis luſtrauimus oculis opinione ſuperiora deprehendimus. Mihi certè ſtupenda inter alta priſcæ maieſtatis veſtigia demiranti, nunquam, niſi ingratus eſſe velim, ſilenda dies illa, quæ benigniori admiſſione cœptum Eminentiſſimi Principis* FRANCISCI BARBERINI *fauorem mihi tot beneficijs quotidie cumulatiorem felicioremque in hodiernam diem præſtitit. Quid verò ingens curiæ ornamentum excelſi ingenij heroa à* BALNEO *memorem? quem vtinam nobis fata diutius indulſiſſent. Miram Iulij Saccheti prudentiam & humanitatem famæ parem heic experiri contigit. Cardinalis* HIERONYMI COLVMNAE *dotibus eximijs ſuccumbit calamus: qui & virtutibus Eminentiſſimi* CAESARINI *deprædicandis impar. Quis verò* FEDERICI CORNELII *Cardinalis & Patriar-*

cha

chæ vigilantiſsimi verbis ſat dignis extollet gloriam? cuius in primis munere id præcipuè oblectamenti accidit, quòd in vrbe illa orbis domina viris antea interioris doctrinæ fama notis arctiori coram neceſſitudinis vinculo obſtringi licuerit. Horum ſanè omnium nulla vnquam ceſſabit memoria, dum nouis quotidie meritis, nouis conſilijs, tenues ingenij noſtri conatus iuuant, & promouent.

Hac enim tot Optimatum feliciori aura dum pro viribus cœptum literarij laboris ſtudium decurrimus, tranquillis proſperisque anno ſequenti Societatis noſtræ rebus, anno MDCLI *ad exitum vertente Summi Pontificis* VRBANI IIX *arbitrio Eminentiſſimus Franciſcus Barberinus Franciſco Vitellio Sedis Apoſtolicæ apud Venetos Nuncio Hemoniæ in Illyricis Epiſcopatum mihi decretum ſignificat. Vocationi diuinæ libens parui. Quam ſibi ceterisque Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ primoribus placuiſſe, Sereniſſimus Princeps poſt impetratam dimiſſionem luculenta ad Hieronymum Bonum Reipublicæ in Curia Romana à ſecretis teſtatus eſt.*

Anni MDCXLII *auſpicatiora mihi eluxere initia, quæ Romanæ Vrbis priſtinam retulere faciem; quam eo libentius memoro, quoniam fauori ſucceſſus reſpondit; cui ſummam impoſuit* XXII *Iunij dies, quo Eminentiſſimus M. Antonius Bragadenus Vicentiæ Præſul, aſſiſtentibus Archiepiſcopo Trani, & Marco Antonio Cuccino Anglonæ antiſtite, in Æde*

S. Sal-

S.Saluatoris in Lauro, me Domini vineæ præfectum infula ceteriſque ornamentis ſolemniter decorauit. Quæ vero ab exilibus primordijs diuino inſtinctu cæptis fuere in hunc diem noſtri cætus incrementa, ijs porrò ad æterni conditoris gloriam firmo ſinceræ & veræ concordiæ nexu perennitatem voueo.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

A

ABbatia S.Brigidę S.Petri cœnobio vnita. 443
Abbatiæ S. Pauli in agro Peruſino deſcriptio. 339. olim Monachorum ſedes. 340. à P. D. Tranquillo Leono locupletata. ibid.
Abſolutio à caſibus reſeruatis ab Eugenio IV conceſſa. 244. confirmatur à Leone X. 245
Adoleſcentes qua ætate in Societatem admittendi. 606
Ædes S. Mariæ dos Oliuaes. 149
Io: Baptiſta Agucchia Nuncius Comitijs intereſt. 694
Albani Epiſcopi Pat. diploma pro Præpoſitura S. Io: Decollati. 54
Aleandri liberalitas in noſtros. 482
Eius Bibliotheca D. Mariæ ab Horto data. 482
Alexandri Moretti pictura in triclinio S. Iacobi. 106. in S. Petri Templo binæ picturæ. 199
Alexander VI inquirit in Laur. Iuſtin. vitam. 387
D. Andreas de Almada Doctor celeberrimus. 175
Aloyſius de Campis. 181
Aloyſius Eſtenſis Card. Protector. 583
Aloyſius Gauardus laudatus. 310
Aloyſius Lippomanus Epiſcopatum Veglienſem obtinet. 682
Alphonſus V. Portugalliæ Rex Vincentij opera vtitur. 150
Alphonſus Nogueyra nobilis Luſitanus vnus e fundatoribus Congreg. Canonicorum in Luſitania 149. Romam adijt. mox Venetias. noſtris inſtitutis deſcriptis in Luſitaniam reuertitur. 150. Epiſcopus Conymbricenſis, & poſtea Archiepiſcopus Vlyſſiponenſis. 159
S. Angeli Caſtrum Veronæ exſtructum. 502
Angelus Corrarius Epiſcopus Venetus. 4. Poſt varias dignitates ad Pontificatum euectus. 37. Societatem confirmat. 41. Pontificatum depoſuit. 49. Eiuſdem obitus. 50
Annonæ inopia, & febris peſtilentialis in Lombardia graſſatur. 400. 547
Annonæ collecta. 496
Annus Congregationis Secularis. 359
Annus Secularis Societatis Secundus. 651.
S. Antonij ædes in Parigano S. Saluatori adiecta. 357
Ioan. de Arragonia Cardinalis Protector Canon. 360
Bernardus de S. Antonio ex conchylijs opera mirabilia conficit. 171
S. Antoninus. 80
P. Antonius à Conceptione binis aureis Templum S. Benedicti exſtruere cœpit. 171. Collegium S. Ioannis Euangeliſtæ in Conymbria ſuo patrimonio locupletauit. 174
Antonius à Conceptione Canonicus in Luſitania multa ſanctitatis documenta edidit. 705
Antonij, & Bartholomæi de Murano picturæ. 228
Antonius de Lauris Prioratum S. Michaelis de Murano noſtris tradidit. 352.
Ara portatilis conceſſa. 389
Arbor vetuſtiſſima ſub qua Iuſt. concionabatur. 219
Leonardus Aretinus à Secretis Eugenij IV. Carolus Poggius, Trapezuntius, Blondus. 204
Rodericus Amadus monaſterij e—, Villar de Frades moderator. 151

Matthæus Aſola Muſicus Cl. 536
Auctorā Patrib. Viſitator l. eligitur. 710
Romam proficiſcitur. 710. in eadem ciuitate vtitur conſuetudine complurium virorum ingenio, atque eruditione clarorum. 711. ſtudio, atque opera Eminentiſſimi Franciſci Barberini ab Vrbano VIII. Hemonienſi Eccleſiæ Antiſtes præficitur. 711
Literæ Auctoris è conſenſu Generalis miſſæ ad Canonicos Luſitanos cum reſponſione Luſitani Rectoris eiſdem literis. 702.703
Aucupia vetita. 396
S. Auguſtini reditus D. Rocho adiecti. 380.491
S. Auguſtini cœnobium conſeruandum. 496

B

Permutatio cum illis de Bagolino agri Brixienſis. 298
Ludouicus Barbus S. Georgij ab Alga Prior commendatarius. 13. eius virtutes. 14. Locum S. Georgij noſtris cedit. 14. S. Iuſtinæ Abbas declaratur. 77. nunquam Canonicus Lateranenſis. 71. Concilio Piſano pro Gregorio XII. interuenit. 82. pro Eugenio Summo Pontifice in Concilio Baſilienſe comparet. 178. Epiſcopus Taruiſinus eligitur. 178. Abbatiam S. Iuſtinæ Congregationi Caſſinenſi concedit. 178. Moritur. 239. In D. Iuſtinæ cœnobio eius ſepulcrum. 239
Franciſcus Barbus Ludouici frater vnus e pr mis fundatoribus. 10. Ludouicum ad S. Iuſtinæ Abbatiam reſtaurandam comitatur. 78
Marcus Barbus Senator Venetus. 10
Eximia ac ſingularis munificentia Eminentiſſimi Principis Franciſci Barberini. 710
Franciſci Barbari de Canonicis Secularibus iudicium. 191. Eiuſdem deſcriptio cœnobij S. Petri. 196. Legatum. 386
D. Barnabæ Apoſtoli ſacellum Brixiæ. 197.
Baſſiani pictura. 348
Ioan. de Bellacera. 181
Ioan. Bellini pictura. 228.328
Beltramus S. Georgij in Alga Rector poſtremus ex Auguſtinianis. 13
Benedictinorum reſtauratio. 77
S. Benedicti Abbatia Aſſiſij. 352
S. Benedicti de Gabiano prædium. 360
Iuſti Beneuenuti laus. 350
Bibliotheca S. Georgij ab Alga à Cardinali Corrario, & Brunduſino. 229
Bibliotheca S. Eligij à Laurentio Mauroaucta. 167
Hieronymus Blancus. 322.332
Io: Baptiſta de S. Blaſio Iuris profeſſor, cauſarum patronus eligitur. 367
S. Ioan. Bonamici Archipresbyteratum Apollonius de Payarinis cœnobio S. Angeli renunciat. 397 Eius domus à Chriſtophoro Ciſano reſtauratur. 398
Andreas Bondumerius Patriarcha III Maphæi ſucceſſor. 322
Bononienſes Decuriones D. Gregorij prouentus à vectigali liberant. 139
Laurentius Bouius Societatis S. Mariæ de Sturla Præſes. 215
Domini de Bragantia in Canonicos noſtros benignitas. 175
S. Brigidæ Abbatia. 443
D. Nicolaus Brunus Veronenſis ſacti Georgij in Braida Eccleſiam ornat, & prouentus auget. 258

C

Calculatores electi. 345.521
Liuius Campara. 350
Cameracenſis conſpiratio aduerſus Venetos. 407
Canonicorum Secularium origo. 2. Inſtitutio, laus. 20. appellatio. 31. Statum. 33. Habitus, & viuendi ratio. 42.371. Veneratio apud Venetos. 47. 190. inſtitutio apud Luſitanos. 148. à Mar-

à Martino V. confirmatur. 151. frugalitas. 371
Canonicorum conſeruatores. 332.354
Canonicorum numerus præſcriptus. 614. imminutus. 369
Canonici noſtri, qui inſignia Doctoratus adepti enumerantur Bononiæ. 430.
Canonicorum Societas ære preſſa. 679
Priuata Canonicorum pecunia in publicum Societatis vſum extorta. 584
Canonici Seculares S. Eligij Regijs Conſultationibus, & S. Inquiſitionis, & Archiepiſcopi inſeruiunt. 167
Canonicorum in Sicilia Monaſteria. 694.
Canonicorum S. Ioannis Euangeliſtæ apud Luſitanos ortus, & progreſſus. 148.
Canonicis Siculis Romæ Procurator datus. 689
Canonicorum Luſitanorum literæ. 618. Rectoris noſtri reſponſio. 620
Cantus figuratus exploſus. 309
Capitulum in Sicilia morantibus celebrandum conceditur. 482
Stephanus de Carraria Epiſcopus Par. electus. 52
Cardinalis Alexã Irinus Protector. 617
Cardinalis Eſtenſis locum Ferrariæ nobis conceſſit. 505
Cardinalis Decius Azelinus Protector. 591
Cardinalis Gambara Protector. 496
Cardinalis Ghinucius Protectoris loco datus. 468
Carnium eſus in Villis. 382
Carpeneti prædium. 329
Matthæus Carturus. 338
Franciſcus de Caſali maiori. 344.359 366.
Caſellarum prædium. 386
Caſtrum Horti. 258
Cataldus de Cataldis. 344.360
S. Catharinæ ædicula noſtris conceſſa. 410
S. Mariæ de Catharo. 413. Literæ Canonicorum loci. 417
Iacobus Cauacia cœnobij S. Iuſtinæ ſcriptor celebris. 28
Cenſuræ in Conſtitutionibus ſublatæ. 631. de caſibus reſeruatis decretum. 632.
Cenſores electi. 412
Cenſus quindenus Romæ ſolutus. 506
Centumcellis monaſterium Canonicis deſtinatum. 386
Laurus Cerchiarius. 350
Ludouicus de Chagas. 175
Lucæ Cheſini Pat. laus. 661
Chriſtophorus & Stephanus Brixienſes L. quearia S. Mariæ ab Horto depinxerunt. 327
Bartholomæus Chriſtanus. 350
D. Bernardus de Chriſto Theologus C. L. S. Saluatoris de Villar de Frades Rector. 161
Petrus Cignanus Bugati imitator. 509
Magdalena Ciſtercienſis S. Antonij ædem noſtris renunciat. 397
Iulius de Clementis pacis ſtudio Societatem deſerit. 570
Clericorum reformatio. 326
Clerici Seculares in Sicilia. 179. Horum conſtitutiones. 184. in noſtram tutelam recepti. 189
Codognolæ agri recuperati. 386
Cœnobium S. Mariæ de Aſſumptione in territorio Ducis Brågantiæ. 172
Cœnobium S. Crucis. 173
Cœnobium S. Mariæ de Conſolatione in vrbe Portucalenſi. 173. eius Villæ. 174
Cœnobium S. Ioannis in Vrbe Eborenſi à familia de Fereyra erectum. 172
Cœnobium S. Benedicti de Xobregas à P. Antonio inceptum. 171. vbi Antonij oſſa recondita. 173
Cœnobij S. Iuliani deſcriptio. 434
Cœnobij S. Spiritus Viſitatio conceſſa. 483.
Cœnobiorum in Sicilia deſcriptio. 691
Cœnobium Ferrariæ ab Eſtenſibus incœptum. 225. diploma Eug. pro eodem loco. ibid.
Cœnobium S. Mariæ in Vantiçã Do-

minico Campolongo L C. noſtris traditum. 315. Pontificis dipl. de eodem Prioratu. 316 loci deſcriptio. 347. Bibliotheca. 349. prædia. 351. S. Ioannis Decollati locus additus. 365.
Cœnobium S. Saluatoris à Latino Vrſino Card. don.tum. 338
Cœnobium ss. Firmi, & Ruſtici, necnon D. Auguſtini acceſſio. 64
Cœnobium s. Auguſtini inceptum à Fr. Iacobo q. Cadi. 67. abſolutum à Fr. Thoma Scaligerorum auxilijs 68
Cœnobij s. Angeli Veronæ deſcriptio. 91.
Cœnobium s. Gregorij Bononiæ à Martino V. conceſſum. 93. Eiuſdem reformatio. 94. eius immunitates auget Gabriel Condulmerius Cardinalis. 110. Prouentus eius auget Eug. IV. 135 de quo Bononienſium Decurionum Reſcriptum. 139
Cœnobium s. Iacobi Montiſilicis à Petro Marcello Epiſcopo Patauino noſtris traditum. 96. eiuſdem reformatio. 97. eiuſdem delineatio. 106. reformationem confirmat Eug. IV. & à præſentatione Rectoris liberat. 130
Cœnobium s. Saluatoris de Villar de Frades Luſitanis conceſſum 150. eiuſdem confirmatio à Martino V. 151. ab Eugenio IV. confirmatur. 155 & priuilegia s. Georgij in Alga, & Ordinis s. Hieronymi conceduntur. 156. noſtra inſtituta ſuſcipit. 157 eiuſdem deſcriptio. 159. Congregationis caput. 160. Abbatiæ, & Iuriſdictiones inſignes. ibid.
Cœnobium S. Ioannis Euangeliſtæ expenſis Reginæ Iſabellæ Alphonſi V. coniugis extructum. 161. noſtris traditum. à Pio V. caput totius Congregationis conſtitutum. ibid.
Cœnobium s. Eligij Vliſſiponæ olim Oratorium, & ss. Pauli, Clementis, & Eligij Hoſpitale à Iſardo Epiſcopo ditatum. 166. eius Bibliotheca. Villæ. 168
Cœnobium s. Georgij de Reciam apud Luſitanos noſtris conceſſum. 168
S. Crucis Cœnobium. 161. eius Villæ. 170
Collegium s. Ioannis Euangeliſtæ in Conymbria D. Antonij de Conceytam patrimonio locupletatum. 174
Hieronymus Columna, Cæſarinus, Federicus Cornelio, Cardinales, omnes magni, omnes eximij dotibus præſtantiſſimi. 711
Comitiorum tempus. 368
Comitia protrahuntur. 632
Ordo in Comitijs deſcriptus, & electiones variæ. 345
Concionatores quæſiti. 365
Concilium Conſtantienſe. 89
Eugenius IV. Concilium Ferrariæ inchoatum. Florentiæ tranſtulit. 223. Grecam Eccleſiam cum Roma coniunxit Liberalitas eius in noſtros. 226. eiuſdem priuilegia. 231. 236. 240. 246. 252. 259. 264. 267. 271. 277. 280. 283. 288. eius obitus. 293. eius laus. 294. ſepulchrum. ibid.
Condulmerij. 3
Condulmerij domicilium Veronæ. 6
Gabriel Condulmerius ciuis Venetus Ordinis noſtri è primis auctor. 2. 703 eiuſdem liberalitas in religioſorum Ordines, & in Canonicos noſtros 64 75. Abbatiam s. Pauli Lud. Barbo tradidit. 87 reſtaurat. 88. D. Gregorij cœnobium immunitatibus munijt. 111. dignitas Pontificia Eugenij IV. titulo 120. priuilegia Canonicorum auget. 121. 128. 130. 132. 135. L. Iuſt. Protopatriarcham Venetum creat. 138.
Ioannes Baptiſta de Conegliano pictor Bellini diſcipulus. 227
Superantius, Benedictus Iuſtinianus, & Angelus Contarenus Conſeruatores electi. 689
Conſtitutiones typis dantur. 399. limitantur. 510
Conſeruatores Societatis electi è nobilioribus Venetis. 456. 546

Con-

Contarenorum ſacellum. 327. monumentis Gaſpari Contareni Cardinalis, & Thomæ. 328
Maphęus Contarenus. 117. 140. 178 179. 224. 258. 264. 310 321.
Danielis Contareni ſepulcrum. 228
Hieronymi. ibid.
Gaſparis Contareni Cardinalis ſtatua. 328
Thomæ Contareni D. Marci Procuratoris ſtatua. 328
Simeonis Contareni Equiti, & Diui Marci Procuratoris laus. 661
Nicolaus Contarenus Dux Venet. declaratur. 697
Gaſpar Contarenus, & Hier. Aleander Cardinales à Patribus protectores electi. 482
Contentio cum Monachis de præcedentia. 424. item cum Canonicis Lateranenſibus. 547
Contentio cum Dominicanis de loco in ſacello Pontificio. 687
In contubernium Canonicorum recepti viri celebres, Anton. Columna, Io. de Maphęis, Nouellus de Sanguinacijs. 370
Conuictus maiorum collectitius. 51
Antonius Corrarius Canonicorum auctor. 4. 703. Ad dignitatem Cardinalitiam euectus. 70. S. Angeli cœnobium noſtris cedit. 91. eiuſdem Cardinalis ſenectus Pataui in D. Io: Decollato tranſacta. 260. eius liberalitas in omnes Ordines. Veſtimenta ſacra s. Georgij cœnobio conſignat. 261. Reliquię & calices Bibliothecam s. Georgij ditat diuerſis m. ſ. & ſuis ſcriptis 262. Obitus & ſepultura. ibid.
Franciſcus Corrarius conſeruator 694
Ad s. Blaſium Corrariorum domus. 10. 44.
Corrariorum familia. 2. Domus noſtrorum prima ſedes. 10. ab Hieronymo Corrario locus ſtructura ornatur. 10
Beriola Corraria. 3
Gregorius Corrarius Patriarcha. 332
Federicus Cornelius Cardinalis Protector. 606. eius obitus. 613
Correctores. 345
Cum prædio Cortellatæ commutatio vallis Abbatis. 500
Gerardus Cremonenſis Medicus. 308
Marcus Cuppus. 297. 311. 330. 342
Emeritus Canonicus. 679

D

DAniel Vandech pictor. 328
Debita vitanda. 412
Diarium amiſſum. 420
Diploma Bonifacij IX quo Canonici Seculares inſtituuntur. 20
Clemens VII Priuilegia noſtra confirmat. 427. Inter Diuos Laurentium Iuſtinianum enumerat. 431
Clementis VIII Diploma pro conſeruatione Bibliothecæ D. Laurentij Mourao. 169
Clementis VIII de numero eorum, qui in Societatem recipiendi. 615
Clementis VIII, quo Rectorem Generalem nominat. 624
Eiuſdem de triennij regimine. 626. 647. Priuilegia diuerſa 634. 639. 640.
Idem veſtis albæ vſum tollit. 645
Gregorij XII pro Congregationis confirmatione. 41. pro S. Ioan. præpoſitura. 58. pro SS. Firmo & Ruſtico. 64. pro ſuſcipiendis ordinibus ſacris à quouis Antiſtite. 69
Greg. XIII de electione Præſidis. 569
eiuſdem de Rectorum electione. 575
Gregorius XV pro examine miraculorum D. Laurentij. 681
Iulius Tertius Priuilegia noſtra confirmat. 502
Leonis X priuilegium de caſibus reſeruatis. 414
Diploma pro examine miraculorum B. Laurentij. 421
Martinus Quintus confirmat cęnobiũ S. Saluatoris de Villar de Frades noſtris Canonicis. 151
Nicolai V priuilegium pro Feu[illegible]is 301

Pri-

Priuilegia noſtrà & immunitates cõfirmat. 104
Pauli Secundi priuilegium pro conſeruatoribus. 332
Pauli Tertij diplomate Monachorum Caſſinenſium priuilegia noſtris conceſſa.445 Eorũdem Indulgentiæ.479
Pauli Tertij diploma, quo Verallus Nuncius Comitijs noſtris interuenit. 470
Pauli Tertij Reſcriptum pro libera Generalis electione. 476. pro libertate Comitiorum. 477
Pauli Tertij diploma contra eos, qui è Congregatione exeunt. 479
Paulus Tertius ſtatuta noſtra corroborat. 491
Pauli Tertij Reſcriptum pro electione Superiorum. 494. Altare priuilegiatum conceſſit. 496
Pauli V electio, & diploma de officio B.Laurentij.652. priuilegia confirmat.655.contra ambientes. 669
Pij Secundi priuilegium abſoluendi ab irregularitate. 312
Pij Secundi diploma de Prioratu Sanctæ Mariæ in Vantio. 315
Pij Secundi diploma de Prioratu Sanctæ Mariæ ab Horto. 325
Pius IV priuilegia confirmat. 506
Pius IV ampliori diplomate priuilegia noſtra confirmat. 511
Pij V diploma pro cœnobio S. Ioan. Euangeliſtæ. 161
Pius V Viſitatores Apoſtolicos fecernit Patres Dominicanos. 530
Pij V diploma pro trium votorum profeſſione emittenda. 537. Idem priuilegia & inſtitutа confirmat.541
Eiuſdẽ diploma de prærogatiua. 553
Sixti IV diploma de Prioratu S. Michaelis de Mirano. 352
Sixtus V. contra proprietarios. 584
Eiuſdem moderatio. 592
Sixti V diploma de electionibus ad trienniũ, & de ſocio Capitulari. 598
Sixtus V. noſtras Conſtitutiones confirmat. 608
Vrbani VIII diploma pro Viſitatione Apoſtolica. 683
De Doctorib. Theologiæ ſtatutũ. 658
Dominicus Verrtica & Petrus Hichicherius presbyteri auctores nouę Societatis Canonicorum D. Mariæ de Sturla propè Genuam. 224
Franciſcus Donatus Venet. Dux eligitur. 497
Duces Veneti Michael Stennus. 2
Thomas Mocenigus. 87
Franciſcus Foſcari. 194
Paſqualis Maripetrus. 312
Chriſtophorus Maurus. 330
Nicolaus Tronus. 343
Nicolaus Marcellus. 344
Paulus Mocenicus. 344

E

Emptionis ac venditionis norma 382
SS. Epiſcopi Brixienſes Paulinus, Cyprianus, Paulus, Siluinus, Euaſius, & Deodatus in D. Petri Templo quieſcunt. 198
Thomas Erculanus laudatus. 350
Franciſcus Ericius ad apicem Veneti Principatus euectus. 700
Eugenij IV priuilegium I noſtris conceſſum. 122. Immunitates à Principibus noſtris conceſſa confirmat. priuileg. II. 128. S. Iacobi Montiſilicis reformationem confirmat, noſq. ab omni præſentatione Rectoris liberat. priuil. III. 130. Dat poteſtatem ſuſcipiendi ordines. priuil. IV. 130 Canonicos noſtros à Decimis, & vectigalibus liberat. priuil. V. 132 S. Gregorij prouentus auget. priuil. VI. 135. Literæ ad Iuſtinianum. 141. Eiuſdem ad Canonicos S. Georgij. 143. Aliæ Eug. literæ ad Iuſtinianum. 146. Priuilegia Luſitanis Canonicis confirmat. 155. Inſtituta S. Georgij ab Alga eiuſdem concedit. 155. Diploma pro Clericis in Sicilia. 180. Eorum inſtitutum confir-

firmat.183.Pro S.Petri cœnobio.192 Priuil. VIII. pro immunitate à publicis ſupplicationibus & vectigalibus. 200. S.Syri locum Canonicis deſignat. 204. Priuilegium X. quo immunitates à Principibus conceſſas noſtris confirmat. 209. Dipl. X I Prioratum S. Margaritæ de Pulueria Canonicis adſignat. 210. S. Mariæ cœnobium s.Iacobi monaſterio adiecit.215. Priuil XIII nos à Recognitoribus liberat.220.S.Mariæ Annunciatæ de Sturla Congreg confirmat. 224.Diploma pro loco Ferrariæ.225 Pro Eccleſia s.Georgij in Alga. 226 Priuilegium XIV pro irregularitate tollenda,&c.& pro ſerenãdis Canonicor.cõſcientijs 231. Pro s.Petri in mõte loco D.Pet.Brixiæ a ſiecto.236 Literæ ad Imp. Sigiſmundum in Archiuio s.Georgij aſſeruantur,& literæ Synodis Baſilienſis ad Eugen. IV contra ciues Magdeburgenſes. 239 Eiuſdem gratiarum ſignaturæ diuerſæ 240. Idem, Ampliſſimo priuilegio nos à Decimis, & ab omnibus oneribus,& grauamine liberat. 246 Pro ſupradicti priuilegij formitate Epiſcopos Caſtellanenſis, Patauinæ, ac Vincentinæ Diœceſis elegit. 252 Priuilegium pro peregrinationis votis relaxandis. 259. Pro s.Petri loco. 264.Priuilegium XIX pro Rectorum electione. 267. X X. aduerſus Epiſcopum Patauinum pro noſtrorum immunitate. 271. X X I pro Canonicorum deficientium aut clam diſcedentium pœna.277. XXII à cenſuris non ſolutis Decimis liberat.280 XXIII à Decimis per xx annos non ſolutis abſoluit, & alias Decimas confirmat. 283. X X V Canonici à potentiorum vi defenduntur. 288
S.Euſebij monaſterium Brixiæ. 341
Excommunicationis pœna mitior ſubſtituta. 412

F

Fabricæ vetitæ. 363
impenſæ. 500
Fames in Gallia Ciſalpina præſertim iuxtà Forum Iulium. 697
Fantinus Dandulus. 118. Orator ad Eug. IV. 120. Pontifici charus Epiſcopus Pat. eligitur. 121. Eius liberalitas. 228
Ferdinandus Archiepiſcopus Bracchareñſis noſtros recipit. 149
Petrus Franc. Cardinalis Ferrerius Legatus Venetijs. 329
Theodoſius Ferrarinus. 359
Feuda nulla negligentia Canonicorum amitti. 301
A lexandro de Fornarijs erigendam eſſe aram. 369
Fortunatus Fracãzanus laudatus. 398
Franciſci Foſcari filio anachoreta imperium prædicit. 120
Franciſci Formẽti liberalitas in D. Virginem ab Horto. 328
Franciſcus de Franciſcis pictor. 228
Bonifacij Fremoldij laus. 634. Auctori habitum confert. 660. Laudes. 680 Viſitator. 688. Rector Generalis. 688 eius obitus. 697
D. Fuſca Abbatiſſa s. Iacobi Montiſilicis. 96

G

Gabriel à Fonte laudatur. 350.436
Petrus Garzonus. 179
Beneficium Gemellæ s.Mariæ ab Horto additum. 444
Generalis electio limitata. 521
ſed neglecta. 524
S Georgij ab Alga olim Auguſtianorum. 13. poſt Canonicorum Secularium 14. Reformatio. 24. Topographia 47. Templi noui deſcriptio. 227 Reliquiæ ibidem cœnobium. 228
S.Georgij ab Alga libri. 360
S.Georgij incendium. 642

Geor-

Georgius Bergomenſis res noſtras perturbat. 467
S. Georgij Veronæ tholus comburitur. 644
Generalis munere functus deputatis annumeratur. 644
Mapheus Gherardus Patriarcha, & Card. 332
Octauius Gualdus in Siciliam ad Canonicos reformandos mittitur. 689
D. Melchior de Graza Mathuſienſis I.V.D laudatur. 159.703.705
S. Gregorij Templum deſcribitur. 439
Priuilegijs munitum. 443
Gregorij XII electio Venetis grata. 39.
Legatio Veneta ad Pontificem. 39.
eiuſdem Diploma pro Præpoſitura s. Ioannis. 58
Octauius Gualdus Canonicus ſancti Georgij laudatur. 189
Andreas de Guzago nouitatis ſtudioſus. 371

H

HEnricus Imperator confirmat priuilegia s. Petri. 198
Hieronymus Corrarius prima inſtituti noſtri ſedem exornat. 11
Hieronymus Caballus. 399
Horti S. Mariæ in Vantio foſſa curanda. 501
Hoſpitalibus Luſitanis præſunt. 175
Hoſpitale Conimbricenſe regium à noſtris gubernatur. 176. eius Prouiſor auctoritatem exercet regiam. ibid.
Hoſpitale Balneorum Reginæ Eleonoræ. 176. Præſidis auctoritas ſumma. ibid.
Humiliatorum ordo. 324
Hymnorum vſus introductus in Eccleſias Canonicorum. 368

I

IMpenſorum ratio annua. 411
Inferiæ benemeritis factæ. 364
Inſulæ Cypri direptio. 547
S. Ioannis Decollati Patauij cœnobium noſtris conceſſum à Canonicis Patauinis. 54. diploma Pontificis Gregorij XII. 58. deſtructum. 413
S. Io. de Sablono locus s. Georgio Braidæ iunctus. 400. Loci Procurator. 411
Iſardus Epiſcopus Vlyſſiponenſis. 166
s. Iuliani abbatia. 390
Benedictus Iuſtinianus conſeruator. 689
Bernardi Iuſtiniani ſepulcrum. 309
L. Iuſtiniani ſcripta edita cura Hier. Caballi. 407
Iuſtinopoli poſſeſſiones reſtitutæ. 324
Ius noſtrum pro beneficijs adeundis. 557.

L

LAici à libris arcebantur. 382
Laici non veſtiendi intra annum ætatis XXII. 495
Epiſcopus Lauellus Sodalitati Viſitator datus. 650
Martinus Lauretius Luſitanus concionator. 149
B. Laur. à Panormitanis in Protectorem electus. 692
Laurentij Iuſtiniani ortus, & progreſſus. 15. miracula. 38.50. conſtantia. 52. ſcripta 69 108.115.116.117. mores. 78. Vaticinium. 118. honores. 140. Eugenij IV. ad Laurentium literæ. 141. eiuſdem reſponſio 144. Epiſcopalem dignitatem Venetam adit ſine pompa. 148. Patriam fouet. 190. Protopatriarcha Venetus. 299. noſtris ccc. ducatos tradidit. 300. obitus. 307. contentio de illius ſepultura. 308. In æde Patriarchali 309. Altare. ibid. Sixtus IV. decernit quoſdam Epiſcopos, qui de eius miraculis inquirerent. 344
Legatus Apoſtolicus Comitijs intereſſe iubetur. 574
Iſidorus Leonicenus à Duce Ven. priuilegium immunitatis impetrat. 492
S. Leonini ſepulcrum Patauij. 52
Libri ſuſpecti è Bibliothecis amoti. 643

Li-

Liuius Lielmetius Poeta. 637
Lites de bonis. 367
Literarum inſcriptio. 369
Literæ commendatitię Conſeruatorum Societatis ad Rectores Patauij. 709
Lucas de Eſte. 9. 27. Rector Generalis. 110.
Lucerna Epiſcoporum Brix. aræ appenſa. 369
Salamon Luſitanus nuncupatus. 175

M

Marcus Cornelius Epiſcopus Patauinus Viſitator diligens. 652
Magiſtri humaniorum literarum inſtituti. 496
Stephanus Maurocenus. 9. 27
D. Gonzales de Madre de Deos. 168
D. Emanuel de Madre de Deos. s. Io: Eborenſis Rector vir Cl. 172
D. Franciſcus de Madre de Deos Philoſophus acutiſſimus, & ſuauiſſimus Poeta. 175
D. Virginis della Scala à Gregorio Maffono ædes conſtructa. 437
Andreas Mantinea pictor celebris. 62
Maphæa Abbatiſſa s. Iacobi locum noſtris concedit. 96
Maphæus Archiepiſcopus Iadrenſis, & Iacobus Proth. Apoſtolicus in participationem communem bonorum recipiuntur. 544
Marcus Sacerdos Patauinus venerabilis. 57
D. Marci Euangelij autographum Venetijs aſſeruatur. 108
Marci Mauroceni ſepulcrum, Io: Bragadeni, Micheliorum. 228
S. Mariæ Montis Dominici ædes ſancti Saluatori addita. 561
S. Mariæ in Vantio Auctor Rector adſcribitur. 695
Indulgentia S. Mariæ in Vantio conceſſa. 411. 440
D. Mariæ Virginis effigies Montis Ortoni inuenta. 117
S. Mariæ Cellarum Prioratus Canonicis adſignatus. 401. Viſitatori primo conceditur. 411
Martini V. electio. 89. Romæ ſolemnis ingreſſus. 108. Idem Concilium Papiæ celebrat. 109
Matthęus Martanus. 307. 320
Dominicus Maurocenus. 9. 27
Michael Maurocenus. 306. 323. 337
Georgius Maurocenus. 311
Antonius Maurocenus. 312. 330. 341. 344. 361. s. Georgio patrimonium legat. 371
Maurocenæ ſacellum. 328
Maximianus Ordinis s. Antonij Theol. Lector in D. Maria in Vantio. 505
Georgius Mazzanti. 349
Guidangeli de Melioribus laus. 359
Antonij Memmi. 663
Petrus Mera pictor. 328
Michael Bonellus Cardinalis protector. 624
S. Michaelis de Mirano Prioratus ſanctæ Mariæ ab Horto additus. 352. Loci deſcriptio. 358
Mirani prædium. 329
Aloyſij Mocenici. 561
Modeſti conatus eliduntur. 383
Moniales nři inſtituti in Hiſpania. 660
Moniales s. Petri ciuitatis Conchæ in Hiſpania Societatem cum noſtris petunt. 678
Bartholomæi Montagnæ pictura 348
Montiſilicis Oppidum. 96
Erectio montis ex relictis defunctorum. 673
Mongiæ, & aliorum opinio expenditur. 70
Familia Moranda. 398
Simulacrum D. Chriſtophori à Gaſparo Moranzone factum. 327
Fabiani Moſcagliæ virtus. 582
Victor de Mothone. 368
Laurentius Mourao Regius Senator s. Crucis cœnobium exornat. 168. Bibliothecam addit. 169
Mulieres in cœnobium s. Georgij in Alga admittendæ. 581
Iacobellus de Murano. 296. 302

**

Nar-

N

NArnienſis Abbatia. 384
Nicolaus Contarenus, & Antonius Quirinus conſeruatores electi. 651
S. Nicolai ædes noſtris conceſſa. 13
Nicolai V. P. M. obitus. 309
Lazarus Nogara Pat. 536
Notarius. 345
Nouitiorum cura ſingularis. 381
Nouitijs certa pecunia ſoluenda. 679

O

OLdaricus Epiſcopus Brixienſis Benedictinos ditauit. 198
Oliuerius Epiſcop. Neapolitanus protector. 407
Oratores. 121

P

BAptiſta Pagliarinus Vicentinæ hiſtoriæ ſcriptor, 67
Iacobi Palmę pictura in Eccl. s. Iacobi. 106.328
D. Pantaleon de Saptiago muſicæ artis peritiſſimus cœnobij s. Crucis Rector. 173
Tiberij Parmenſis Humiliatorum Generalis ſepulcrum. 328
Patauium & Bononia ſtudiorum commoditati decernuntur. 658
Patres vndecim. 396
D. Georgius de s. Paulo Philoſophus, & Theologus Rector s. Mariæ de Conſolatione. 174
S. Pauli Aſſiſienſis ædes noſtris conceſſa. 398
Pictura Pauli Veronenſis. 436
Pecuniam fœnori locare conceſſum. 651.
Peſtis Bononiæ noſtris grauis. 428. Lombardiam vexat. 502.574
Peſtis Italiæ, eiusque origo 698. Venetijs in cœnobio s. Georgij infecta, atque ſuſpecta Ciuium ſuppellex mundatur, Patres ex Vrbe ſecedunt. 699.
S. Petri cœnobium Brixiæ Canonicis collatum. 194. Locus deſcribitur à Franciſco Barbaro. 196. Inſigniter exornatum. 197. vbi corpora SS. Epiſcoporum quieſcunt. 199. Loci amœnitas, & prouentus. 200
Primus S. Petri Rector. 197. Generalis. 245
Philoſophiæ, ac Theologiæ Lectores conducendi. 651
Ioannes Picenardus. 927
Ioannes Piſanus. 700
Piſaurorum ſplendidum monumentum 228.
Scipio Polydorus laudatus. 350
Diſſenſiones inter Pontificem, & Alphonſum Regem. 116
Summus Pontifex Bonifacius IX. 12. 20. Gregorius XII. 39. Martinus V. 89.109. Eugenius IV. 120. Nicolaus V. 296. Calliſtus III. 309. Pius II. 310 obijt 330. Petrus Barbus Pauli II. nomine Pontifex creatur. 330. Sixtus IV. 344
Matthæus Ponzonus pictor. 328
Pordononi opus. 327
Petrus Portugalliæ infans Canonicis noſtris fauet. 167
Paulus de Portugruaro Vicarius Stephani de Carraria electi Epiſcopi Patauini. 55
Poſſeſſionum index. 499
Deciſio de precedentia in ſacello Sum. Pont. 687
De præcellentia lanificorum controuerſia compoſita. 644
Prædiorum ratio diligens habenda. 406
Prædia s. Bruſonis, & Campilongi. 129
Priuilegia Caſſinenſium Canonicis Secularibus communia. 630
Priuilegia confirmata ſub titulo Canonicorum Secularium. 634
Priuilegia Doctorum inter Canonicos. 696.
Priuilegia noſtra in omnibus locis noſtris

ſtris tranſcriberentur. 442
Priuilegiorum noſtrorum perpetuitas. 445.
Noſtrorum in procedendo prærogatiua. 541
Procurator. 345. Generalis electus. 631
Profeſſio trium votorum. 535. ad cenſuram reuocata. 564
Permulti interiorum literarum Profeſſores, maxime vero Cæſar Cremoninus Patauij lue peſtilentiali tolluntur. 699
Protectoris de ipſa reſcriptum. 486
Ioannes Puteus Epiſcopus Tiphernas profeſſionem Lud. Barbi ſuſcipit. 77

Q

PIj Quinti mors. 330
Marinus Quirinus Laurent. Iuſt. auunculus. 14

R

RAineriorum nobil. ſacellum. 317
Vicentius Rebeſius. 350
Recognitores. 345
Rector cœnobij qui eligendus. 695
Rectoris electio 34. Poteſtas. Arbitrium. 16.267. munus prorogatum. 366. annuum. 372
Rectores duo Generales. 409
Rectores Generales. B. Lau. Iuſtinianus. 109.116.118. 121
Lucas de Eſte. 114.245
Iulianus de Manerbio. 116.118.178.209.235
Maphæus Contarenus. 117.140.179.220.245.258.263.296.298.306
Nicolaus Cremonenſis. 178.259.297
Petrus Garzonus. 179
Benedictus Venetus. 223
Bandinus Venetus. 263
Iacobellus de Murano. 296.301
Marcus Cuppus. 297.311.330.342
Michael Maurocenus. 306.323.337
Matthæus Martanus de Caſali maiori. 307.320
Georgius Maurocenus. 311
Antonius Maurocenus. 312.330.341.344.361
Hieronymus Mudacius. 312
Ioannes Placentinus. 321.331
Hieronymus Blancus. 322.332
Matthæus Carturus. 338
Franciſcus Paradiſus. 342.346.361.364.368.397.398.399.440. eius obitus. 416
Franciſcus de Caſali maiori. 344.359.366.
Cataldus de Cataldis. 344.360. eiuſdem obitus. ibid.
Daniel Venetus. 366
Victor de Mothono. 368
Aloyſius Contarenus. 397.399.401. Patriarcha electus. 407
Hier. Caballus. 400.406. Præpoſituram s. Agathæ Brixiæ obtinet. 407
Bernardinus Ganaſſonus. 401.407.408.411.413.417
Dorotheus de Deodatis. 412
Hieronymus Salamonus. 416.420.423.431.438
Petrus Bergomenſis. 421.434
Peſna Veronenſis. 423.426.434.440
Petrus Marinus Brix. 424
Donatus Planerius. 440.442
Stephanus de Prouaglio. 440
Philippus Stancharius. 442. à ſacris Confeſſionibus Alexandri VI. ibid.
Leo Bugatus. 443.444. Romam mittitur. 472. laudatur. 481. Generalis. 491.499.500.501.509. obitus, & laus. ibid.
Benedictus Vgo. 444.478.482
Maximus Vicentinus. 444.497
Lucas Picenus. 479.496
Pacificus Brixienſis. 481
Iſidorus Leonicenus. 492
Lazarus de Scledo. 500.501
Iulius de Virola. 500.505.509
Petrus de Cignano. 501
Iacobus Philippus Zanardus. 505
Iulius Alexandrinus. 505.509
Arſenius Columbus. 509
Dominicus Saballus. 510.535.547

Iulius de Clementis. 520
Simeon Bergomenſis. 524
Angelus Lippomanus. 525
Eleutherius Rainaldus. 526
Hippolytus à Portugruaro Vicarius Generalis à Pio V. electus cum Viſitatoribus. 526
Nicolaus Righettus. 553
Simeon Cauamellus. 560
Michael Angelus Liſiera. 568.575
Fidentius Squarra. 573
Benedictus Pontonus. 574
Maximinus Lazari. 575.583.591
Angelus Lippomanus. 581
Io: Bonafinus. 582.583.629
Fabianus Moſcaglia. 582
Proculus Vercellenſis. 583
Archangelus Paraticus. 591
M. Antonius Pozzonouus. 613
Daniel Roſa. 617
Eugenius Cauazzonus. 630
Egidius Buccaferrus. 634
Liuius Lielmetius. 637
Marinus Milanus. 643
Hieronymus Zinus. 644
Protaſius Ferrarinus. 644
Cletus Artuſius. 644. obijt. 659
Petrus Paulus Milotus. 659. Epiſcopus Clodiæ. 668
Gratiadei Pauonus. 662
Lucretius Mazuchellus. 668
Michael Angelus Zanaſcus. 678
Gabriel à Fonte. 680
Bonifacius Fremoldius. 688
Io: Andreas de Rubeis. 694
Hortenſius Ottolinus. 700
Dominicus Naſcinus. 701
Simeon Venetus. 710
Rectores non diſponunt de bonis. 369
Redemptori S. Ædes Venetijs dicata. 574
Redituum vectigal ingens à Paulo III 478.

RESCRIPTA DVCVM.

Franciſci Foſcari pro s. Petri cœnobio. 294
Paſqualis Maripetri. 312
Chriſtophori Mauri pro immunitate cœnobij S. Petri. 331
Chriſtophori Mauri literæ pro Canonicis S. Petri. 341
Idem à grauamine liberat. 343
Antonij Grimani pro noſtrorum prærogatiua. 424
Item Andreæ Gritti. 441
Andreæ Gritti literæ pro immunitate s. Petri. 438. & pro confirmatione. 445
Petri Landi priuilegium immunitatis 492.
Ser. Senatus literæ pro rerum noſtrarum tutela. 471. 561

EPISCOPORVM, ET CARDINALIVM.

Albani Epiſcopi Patauini pro s. Io: Decollato. 14
Gabrielis Condulmerij Cardinalis, quo aureorum ccc. ſummam noſtris conceſſit. 75
Condulmerius Cardinalis s. Gregorij cœnobium immunitatibus munijt. 111.
Angeli Epiſcopi Chyſamenſis reformationis s. Georgij reſcriptum. 25
Franciſci Cardinalis Papienſis diploma pro prioratu Cellarum. 401
Gulielmi Cardinalis Rothomagenſis Decretum de Canonicorum Secularium præcedentia. 361
Petri Marcelli Epiſcopi Patauini pro prioratu s. Iacobi Montiſilicis. 96
Nicolai Epiſcopi Bononienſis pro reformatione s. Gregorij Bononiæ. 94
S. Reſtituti ædes s. Saluatori addita. 350.
Franciſcus Richinus pictor. 199
In Riperia prædium. 360
D. Rochi ædes. 379
Ciriacus Roccius Cardinalis protector. 701
Roma à Borbonio capta. 440
Romanus de Rudello. 47

Da-

Daniel Roſa laudatus. 613
A Daniele Roſa archiua cœnobiorum digeſta. 645

S

Villa Sabloni. 258. eius poſſeſſio in controuerſia. 662. pro noſtris ſententia. 663
Io: Baptiſta de Salice laudatus. 350
S. Saluatoris Templum igne abſumptum. 614
Ius S. Saluatoris in Lauro æde ab Eminentiſſimo Cardinali Marco Antonio Bragadeno Vicentiæ Epiſcopo, ab Archiepiſcopo Trani, & M. Antonio Cuccino Anglonæ antiſtite Auctor in Epiſcopum conſecratur. 711
Ioſephi Saluiati pictura. 319
Franciſcus Sanutus Orator pro Republica. 338
Scardeonius. 371
Carolus Scaglia Epiſcopus Triuenti. 350.
Seculi frugalitas. 36
Sepultura Laicorum in templo s. Saluatoris de Lauro prohibita. 368
Sepulcrum Gregorij Corrarij Patriarchæ IV. 328
Canonici Siculi noſtris adſcribi cupiunt. 613. Henricus de Simcope eorum auctor. 179
S. Silueſtri templum Vicentiæ oblatum. 367.
Henricus Simeon Panormitanus Clericos s. Iacobi de Maſſara introducit, qui Canonicis iuncti. 381
D. Michael à Spiritu Sancto eruditiſſimus s. Ioan. Euangeliſtæ Rector 166
D. Ioannes à Spiritu Sancto Theologus, & concionator inſignis s. Mariæ de Aſſumptione Rector. 173
D. Thomas de Spiritu Sancto Hoſpitalis Balneorum Præſes. 176
Petrus Stalpus I.C. 371
Statuta reformata. 606. in Comitijs ſubſcripta. 611
Matthæus de Strata. 927
Superantius D. Marci Procurator, Conſeruator. 689
S. Syri templum D. Gregorio adiectum. 204
S. Syri cum D. Gregorio permutatio. 500.

T

Evgenius Tadeus. 349
Ferdinandus Tauerna Cardinalis Protector vtilis. 658
Iacobi Tentoreti pictoris opera. 327. 328. 329
Dominici Tentoreti. 328
Teſtamenti libertas noſtris vetita. 505
Teſtamenti ius Laicis ademptum. 697
Theologia, & caſus conſcientiæ prælegantur. 659
Theologorum Pat. noſtræ Societatis catalogus. 349. 350
Ioannes Theupolus Patriarcha. 328
Thomas Contarenus, & Leonardus Mocenicus Conſeruatores electi. 662
Carolus de Tomacellis Venetiæ Marchio commendam s. Georgij in Braida obtinet. 255
Tomaſinus presbyter de Abriana. 54
Aſcanius Tomaſinus Vicarius Generalis Patriarchæ Veneti. 582
Tranſitus in alienam Diœceſin impetrandus. 491
Treuenzoli prædium. 258
Iacobus de Tropheis. 359
Maximi Turriani encomium. 350
Turris à Q. Sertorio Romano erecta. 172
Typographia inuenta ſub Eugenio IV. 233.

Sacellum Valeriorum. 328
Auguſtinus Valerius Cardinalis Protector. 637
Vaſcus Epiſcopus Portualenſis noſtros euocat. 149 In Eccleſiam S. Mariæ de Campanhaam tranſtulit. ibid.
Venditio & oppigneratio libera. 479

Ve-

Vectigal in expeditionem aduerſus Turcas Religioſis impoſitum. 629
Vendraminæ famil. ſacellum. 328
Veſtimentis pretium augetur. 700
Veſtiendi ratio innouata. 645. 658
Veſtimenta Canonicis negata. 629
Veſtimentis parandis æs annumeratum. 645
Vicarij à patribus xi electi. 501
Vicarius Rectoribus, & Viſitatoribus aduenis cedit. 651
Doctor Vicentius à Reſurrectione. 175
Ioan. Vicentius Medicinæ Doctor Luſitanus auctor Congreg. Canonicorum Secularium S. Ioan. Euangeliſtæ in Luſitania. 148. ſuas facultates pauperibus diſtribuit. 149. In cœnobium S. Saluatoris de Villar de Frades cum ſocijs ſecedit. 150. Gabrieli Côdulmerio valetudinē reſtituit. 151
Ioannes Rodriguez & Petrus Aluarez Ioannis Vicentij ſocij. 149
Vinea Romana non abalienanda. 644
B. Virgo Societatis noſtri tutelaris. 44
B. Virginis apparitio in monte Benio prope Vicentiam. 117
Sacræ Virgines Redondellæ in Regno Galliciæ inſtitutum S. Georgij in Alga ſectantes. 177
Ædicula D. Virg. à Turre Patauij. 350
B. Virginis ad montē Gentilem Ædes à Iacobo de Sophis S. Saluatori iuncta. 401
Virilis Cardinalis protector moritur. 701
Viſitatores electi. 346
Dorotheus Baronus, Lælius Magnauinus, & Eugenius Tadæus, Viſitatores Apoſtolici. 683
Viſitator loco Antiſtitis. 416
Viſitatores Apoſtolici electi. 686
Viſitatores cœnobiorum noui. 683
à Senatu Veneto probati. 687
Franciſcus Vitellius. 710
Viuarinorum picturę in Sancti Georgij Templo. 228
Votorum profeſſio. 535
Vrbs Veneta peſte affligitur. 109
Coſimus de Vrſinis. 352
Baptiſta Vrſinus Cardinalis. 352
Neapolionis Vrſini liberalitas. 361
Alex. Vrſinus protector. 689

Z

FRanciſcus Zabarella Archipresbyter Pat. laudatus. 53
Marci Zeni ſepulcrum. 228
Raynerius Zenus Eques, & D. Marci Procurator, & Aloyſius Valareſius Eques Conſeruatores electi. 708
Zumellæ prædium. 329

Imprimatur Vtini die prima Auguſti 1641.

Fr. Ludouicus Syllanus de Gualdo Inquiſ. Generalis Aquileiæ, & Concordiæ.

§ Zuanne Nani Procurator, Reformator.
§ Zuanne Peſaro Caualier, Reformator.

Aluiſe Querini Secretario.

Digitized by Google

N. 7315. h. 4. 10